This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



DIRECTORIUM MYSTICUM,

SIVE

NORMA DIRIGENDI ANIMAS

AD

PERFECTIONEM CHRISTIANAM

PER VIAS

CONTEMPLATIONIS EXTRAORDINARIAS.

Auctore

P. JOANNE BAPT. SCARAMELLO

Soc. JESU

Italico primum idiomate conſcripta;

Jam vero

Pro communi Directorum uſu in latinum converſa, addito ad finem ultimi Tractatus rerum memorabilium Indice.

TOMULUS SECUNDUS

CONTINENS

TRACTATUS IV. & V.

IV. De Contemplatione per actus diſtinctos.
V. De purgationibus paſſivis.

Cum Facultate Superiorum.

Brixinæ, impenſis Epiſcopalis Seminarii,
Et typis Thomæ Weger, Aulic. Epiſcop. Typogr. 1778.

141. m. 234.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA ·

SUMMARIA
Tractatuum, & Capitum
Secundi Tomuli.

TRACTATUS IV.

In quo de iis infuſæ contemplationis gradibus agitur, qui a diſtinctis & claris actibus oriuntur.

Indroductio. fol. 1

Caput I. *Quot & qualibus viſionibus res extraordinario modo a nobis conſpiciantur, declaratur.* 4

Caput II. *Quid viſio corporea ſit, explicatur: Enumerantur objecta, quæ tali viſione repræſentari ſolent: & declaratur modus, quo in oculis noſtris formatur.* 11

Caput III. *Finis propter quem Deus corporeas viſiones ſuis ſervis impertitur, expenditur; & declarantur indicia, quibus viſiones veræ a falſis diſcerni poſſunt.* 28

Caput IV. *Monita practica pro Directore circa prædictas viſiones corporeas, quæ obſervanda etiam veniunt circa alias viſionum proximis Capitibus pertractandarum ſpecies.* 44

Caput V. *Alia monita practica pro Directore circa prædictas viſiones, ſingularibus, quæ in ejusmodi viſionibus repræſentari poſſunt, objectis accommodata.* 77

Caput VI. *Viſiones imaginariæ pertractantur.* 91

Caput VII. *Monita practica pro Directore circa prædictas imaginarias viſiones.* 102

Caput VIII. *Intellectuales viſiones declarantur.* 116

Caput IX. *Monita practica pro directore circa prædictas viſiones intellectuales.* 131

Caput X. *Quid viſio intellectualis Dei in caligine ſit, & quando contingat, declaratur.* 138

Caput XI. *De intellectuali, clara, ac manifeſta viſione Dei.* 152

Caput XII. *De ſupernaturalibus, & divinis locutionibus inchoatur ſermo; quotuplicis ſpeciei ſint, nec non, de qualibus præſenti, & ſubſequentibus Capitibus acturi ſimus, declaratur.* 158

Caput XIII. *Supernaturales imaginariæ locutiones in tres alias ſermonum ſpecies dividuntur: quales hæ ſint, ac quos effectus* pro-

producant, explicatur: & ſigna, quibus veræ a falſis ſecerni poſſunt, recenſentur. 170

Caput XIV. *Quid locutio pure intellectualis ſit, & modus, quo formatur, declaratur.* 192

Caput XV. *Monita practica pro directore circa locutiones, ſuperioribus Capitibus a nobis declaratas.* 212

Caput XVI. *Ad revelationes pertractandas fit progreſſus. Earum ſubſtantia, modi, quibus formantur, ac proprietates eis adhærentes declarantur.* 226

Caput XVII. *Ad revelationes veras a falſis diſcernendas varia indicia ſuppeditantur.* 250

Caput XVIII. *Quam pronum ſit in revelationibus a Deo profectis circa ſignificationis earum intelligentiam hallucinari.* 271

Caput XIX. *Monita practica pro directore circa prædictas revelationes.* 287

TRACTATUS V.

De paſſivis ſenſus & ſpiritus purgationibus.

Introductio. 311

Caput I. *Purgationes in activas, & paſſivas dividuntur. Ad infuſæ contemplationis conſecutionem paſſivarum purgationum neceſſi-*

ceſſitas demonſtratur; hæ rurſus in alias duas purgationum ſpecies dividuntur. Ante omnia autem ad bonum doctrinarum hoc tractatu tradendarum uſum, & rectam earum intelligentiam quædam ſummi momenti notanda præmittuntur. 313

Caput II. *In qua purgatio paſſiva ſenſus conſiſtat: nec non quantopere purgatio hæc ad progreſſus in perfectione, & per conſequens etiam ad contemplationis conſecutionem neceſſaria ſit, oſtenditur.* 329

Caput III. *Primum remedium, quod Deus ad ſenſum purgandum applicat, ariditas ſcilicet ſenſitiva declaratur: & qualiter hæc animam ad contemplationem diſponat, explicatur.* 344

Caput IV. *Indicia quædam proponuntur, ex quibus dignoſci poteſt, num ſenſitivæ partis ariditas a purgatione paſſiva proveniat. Et rurſus alia ſigna indicantur, ex quibus colligi poteſt, num arditas a purgatione proveniens ad contemplationem ordinetur.* 354

Caput V. *Salutares, quos purgativæ ariditates in anima producunt, effectus declarantur; Et modus innuitur, quo hi animam ad contemplationem diſponunt.* 361

Caput VI. *Monita practica pro directore ad rite dirigendas animas, in purgativis ariditatibus a Deo conſtitutas.* 378

Ca-

Caput VII. *Alterum, quo Deus in purgatione ſenſus utitur, remedium declaratur: ſcilicet moleſtiſſima dæmonis obſeſſio, quam Deus animabus has inter purgationes permittit; quid hæc ſit, explicatur, & quatenus ejusmodi animabus conveniat.* 395

Caput VIII. *Moleſtiæ, quibus ſpiritus infernales dæmoniacæ obſidionis tempore corpus affligunt, declarantur.* 419

Caput IX. *Monita practica pro directore circa ſuperius Caput.* 432

Caput X. *Pertractantur extraordinariæ moleſtiæ ſpirituales, quibus animæ in prædicta circumſeſſione detentæ a dæmonibus aggreſſoribus affliguntur.* 459

Caput XI. *Monita practica pro directore circa ſuperiora duo Capita.* 465

Caput XII. *Exponitur tertium remedium, quo Deus purgationem ſenſus perficit, quodque in tribulationibus conſiſtit, quas Deus per naturales ſive liberas ſive neceſſarias cauſſas immittit.* 483

Caput XIII. *Monita practica pro directore circa expoſita ſuperiori Capite purgationis remedia.* 496

Caput XIV. *Fructus ex hactenus declaratis ſenſus purgationibus reſultantes exponuntur.* 505

Caput XV. *Purgationes ſpiritus pertractari incipiunt.*

cipiunt. Oſtenditur earum neceſſitas ad conſcendendos ſubliniſſimos contemplationis gradus, ſpeciatim unionis, & transformationis animæ in Deum. Dicitur, quam moleſtæ ſint, & quo tempore superveniant. 513

Caput XVI. *Remedia purgativa ſpiritus terminis generalibus proponuntur.* 526

Caput XVII. *Explicatur, qua ratione lux purgativa ſpiritus denſas tenebras in intellectu, afflictiones & anguſtias in aliis ſpiritualibus potentiis & cruciatus ingentes in ſenſitivo appetitu producat, ac tandem qualiter dicta lux omnes potentias circa actuum ſuorum exercitationem liget.* 537

Caput XVIII. *Qua ratione prædictæ tenebræ, afflictiones, anguſtiæ, cruciatus, & potentiarum ligatio ſpiritum repurgent, & ad myſticam ac perfectam amoris unionem diſponant, explicatur.* 556

Caput XIX. *Inflammationes amoris, quas anima in purgativæ hujus noctis progreſſu ſentire incipit, declarantur: & tandem ſimilitudine quadam totum purgationis hujus ſyſtema explicatur.* 565

Caput XX. *Monita practica pro directore circa prædictam ſpiritus purgationem.* 577

Caput XXI. *Alia, quibus ſpiritus expurgatur, adminicula explicantur.* 593

DI-

DIRECTORII MYSTICI

Tractatus Quartus,

In quo de iis confuſæ contemplationis gradibus agitur, qui a diſtinctis, & claris actibus oriuntur.

Introductio.

I.

Poſteaquam eos contemplationis gradus, qui in Deo, ejusque attributis per actus indiſtinctos deſignantur, ſingillatim declaravimus; greſſum jam faciamus ad eos explicandos, qui per claros, diſtinctos, & manifeſtos actus in rebus ſupernaturalibus occupantur. Tales

ſunt viſiones, quarum ope res, quas Deus manifeſtare vult, quam clariſſime, & quam diſtinctiſſime conſpiciuntur. Tales ſunt locutiones, quibus quodvis verbum, & quævis ſyllaba, quibus Deus animam alloquitur, clare intelligitur, & veritates ejusmodi verbis ſignificatæ eadem claritate penetrantur. Idem dicendum de revelationibus, prophetiis, ac aliis gratiis, quæ animæ, dum Deus eam favoribus cumulare vult, non raro, per dictas viſiones & locutiones aperte, & ſine obſcuritate communicantur.

2. Ne miretur Director, ſi ejusmodi viſiones, ac locutiones contemplationis gradibus accenſeamus: quia reapſe, quotiescunque ſive exteriori, ſive interiori noſtro obtutui rerum divinarum quidquam repræſentatur, anima id mente ibi defixa, & cum admiratione & cum delectatione contemplatur: & dum Dei verba auſcultamus, Deo nobis loquenti magna cum quiete attendimus, & in ipſa hac attentione circa veritates per hujusmodi verba nobis patefactas ſemper actus contemplationis elicimus. Quapropter in ejusmodi viſionibus, ac locutionibus veræ ſemper contemplationis actus interveniunt. Cum vero harum veritatum contemplationes ac objecta non in abſtracto, obſcure, ac in caligine (prout in gradibus contemplationis

ſu-

ſuperiori Tractatu declaratis contingere amat) ſed multa potius cum diſtinctione & claritate proponi ſoleant; hinc talium contemplationum actus a nobis diſtincti, ac clari appellantur.

3. Præterea Director notet velim, viſiones & locutiones ſupernaturales non ex eo a nobis in præſenti Tractatu reponi, quod majori, quam expoſitos antea contemplationis gradus exiſtimatione dignos cenſeamus, aut quod illos his præferre cupiamus; ſed ex eo duntaxat, quod rectus ordo, & melior materiæ diſpoſitio id exigere videatur. Dictæ locutiones & viſiones neque inter ſeſe neque cum aliis extraordinariæ contemplationis gradibus ullatenus connectuntur; cum eas non ſolum proficientibus & perfectis ſed & incipientibus, imo ipſis quandoque peccatoribus a Deo impertiri videamus: prout re ipſa conceſſæ ſunt S. Paulo Apoſtolo eo ipſo tempore, quo impio furore plenus civitati Damaſcenæ appropinquabat, ut Chriſti ſequacibus crudele bellum moveret. Unde convenientius nobis viſum eſt, eas aliis, certo inter ſe ordine connexis, contemplationis infuſæ gradibus neutiquam immiſcere, ſed potius interim omiſſas præſenti Tractatu ſeparatim diſcutere. Cæterum ſciat Director, declaratos jam infuſæ orationis gra-

dus & ordinis nobilioris, & ab inimicorum noſtrorum illuſionibus ſecuriores eſſe; ſiquidem in fidei valde illuſtratæ, & fervidæ caritatis actibus, quibus anima Deo appropinquat, ac tandem etiam cum eo conjungitur, conſiſtunt, & ſtygiorum hoſtium malitia neutiquam tam faciliter, ut viſiones, & locutiones adulterari poſſunt. Verum ex hoc ipſo, quod favores Tractatu hoc declarandi periculoſiores ſint, majori cum attentione a Directore eos perlegi oportet, ut animas ſuæ a Deo curæ concreditas ab omni circumventione defendere ſciat.

CAPUT I.

Quot, & qualibus viſionibus res extraordinario modo a nobis conſpiciantur, declaratur.

4. Duos ſcopulos in hac, quam pertractaturi ſumus, viſionum materia multa cum ſolicitudine declinare oportet. Ad primum impingunt nonnullæ perſonæ nimium credulæ, quæ nec diligenti examine, nec exacta inquiſitione præmiſſa omni viſioni, a quacunque muliercula aut rudi homine relatæ, plenam fidem adhibent, eam admirantur, adprobant, & ferme

ferme nihilo minus quam veritatem fidei venerantur. Ad alterum ſcopulum impingunt aliæ perſonæ nimium incredulæ, quæ omnem viſionem, aut ſupernaturalem apparitionem ut vanum debilis phantaſiæ ſomnium ſuſpiciunt. Primæ incurrunt reprehenſionem Sapientis (*Eccli* 19. *v.* 4.) *Qui credit cito, levis corde eſt.* Secundæ autem exprobrationem S. Auguſtini (*ſerm.* 147. *de temp.*) dicentis: *In homine carnali tota regula intelligendi eſt conſuetudo cernendi.* Per quæ innuit, hujuſcemodi homines, niſi lumine rationis ſeſe in credendo dirigant, inſtar brutorum nonniſi viſui credentium ſe habere.

5. Non diffiteor hanc viſionum materiam quam difficillimam eſſe, utpote expoſitam non tantum dæmonis illuſionibus, ac propriæ phantaſiæ deceptionibus, ſed & ſimulatorum, ſive hypocritarum fraudibus, utpote qui ementitis his boni ſpiritus characteribus ſanctitatis famam quandoque ſibi attrahere conati ſunt. Verum hæc omnia nos non debent reddere incredulos; ſed cautos, circumſpectos, prudentes, harum rerum intelligentes, ac in illis examinandis magnopere diligentes. Quandoquidem ex altera parte compertum habemus, ſacras paginas viſionibus & revelationibus eſſe refertas: his non ſolum Eccleſiaſtici annales ſcatent, ſed etiam ſanctorum

Patrum volumina abundant: unde omnino negari non poſſunt, niſi a protervo quodam ingenio, quod vel fide, vel ratione deſtitutum ſit. Num adeo emotæ mentis hominem unquam reperire fuit, qui, cum inter gemmas veras, & monetas legitimas etiam adulteratas dari ſciret, omnem ſuam pecuniam, & omnes ſuas gemmas adulterinas reputaret, & nulla earum habita ratione omnes in mare projiceret? Haud aliter ſane ageret, qui veris viſionibus falſas quasdam immixtas eſſe ſciens, omnes deſpiceret, & omnes aut dæmonis illuſiones, aut propriæ phantaſiæ deceptiones eſſe exiſtimaret. Quapropter ſicut ex hoc, quod monetas adulteratas per civitatem vagari ſciamus, non eo inducimur, ut omnes pro adulterinis ſuſpiciamus, ſed ut in monetis examinandis valde attenti, & in iis diſcernendis valde cauti ſimus: ſic hoc, quod ſupernaturalibus & divinis viſionibus diabolicas, & humanas miſceri ſciamus, nos non debet reddere omnino incredulos, aut inducere, ut nullas prorſus veras viſiones in Dei Eccleſia dari ſtulte nobis perſuaſum habeamus; ſed debet, ut juſtum dein de illis judicium ferre valeamus, magnum ejusmodi materias rite intelligendi deſiderium, & multam circa earum examina attentionem in nobis excitare. Id quod ipſe Tractatus hujus ſcopus eſt: in hoc enim

pro virium mearum tenuitate omnia lumina non modo ad intelligentiam, ſed & ad practicum circa viſiones, locutiones, & revelationes, quæ pænitentium animabus obtingere poſſunt, regimen neceſſaria Directori ſuppeditare adlaborabo.

6. Ut autem ad punctum, quod capite hoc diſcutiendum ſumſimus, perveniamus: Dico, quod S. Auguſtinus, S. Iſidorus, S. Thomas, Richardus a S. Victore, S. Bonaventura, & communis Theologorum æque ac ſanctorum Patrum tres viſionum ſpecies recognoſcat. Prima dicitur *Corporea* & ſpectat ad ſenſum externum oculi: altera *Imaginaria* compellatur, ac pertinet ad ſenſum internum phantaſiæ: tertia autem vocatur *Intellectualis*, & refertur ad potentiam ſpiritualem Intellectus. S. Auguſtinus tres has viſionum claſſes (*Lib. XII. ſuper Geneſ. ad Litteram*) longo ſermone perſequitur: S. Iſidorus Libro ſeptimo Etymologiarum de his tractat, prout refert S. Thomas (2. 2. *q*. 175. *art*. 3.) ſcribens: *Ponit tria genera viſionum, unum ſecundum oculos corporis, alterum ſecundum ſpiritum imaginarium, tertium per intuitum mentis.* Idem S. Thomas de raptu S. Pauli in tertium cælum loquens, per tres cælos triplicem prædictam viſionum ſpeciem intelligit: en ipſius verba: *Per tertium cælum poteſt intelligi ali-*

qua viſio ſupermundana, quæ poteſt dici tertium cælum triplici ratione. Uno modo ſecundum ordinem potentiarum cognoſcitivarum, ut primum cælum dicatur viſio ſupermundana corporalis, quæ fit per ſenſum, ſicut viſa eſt manus ſcribentis in pariete. (*Dan.* 5.) *Secundum autem cælum ſit viſio imaginaria, puta, quam vidit Joannes in Apocal. Tertium vero cælum dicitur viſio intellectualis, ut Auguſtinus exponit ſuper Geneſ. ad Litteram.* (*loc. cit.*)

7. Richardus a S. Victore (*Lib.* 1. *in Apoc. cap.* 15.) poſtquam ſermonem fecit de viſione naturali, qua res materiales, & ſenſibiles non a nobis tantum, ſed ab animantibus etiam ratione deſtitutis conſpiciuntur, tres prædictas viſionum claſſes ita deſcribit: *Altera viſio corporalis eſt, quando ſpecies, vel actio ſenſui viſus foris oſtenditur, & intus magna myſticæ ſignificationis virtus continetur: qualis fuit viſio, quæ Moyſi in rubo quidem extrinſecus viſibiliter apparuit, ſed typica ſignificatione plena fuit. Tertius viſionis modus non fit oculis carnis, ſed oculis cordis, quando videlicet animus per Spiritum Sanctum illuminatus formalibus rerum viſibilium ſimilitudinibus, & imaginibus præſentatis, quaſi quibusdam figuris & ſignis ad inviſibilium ducitur cognitionem. Quartus eſt, cum ſpiritus humanus per internam inſpirationem ſubtiliter, & ſuaviter tactus, nullis mediantibus rerum viſibilium*

lium figuris, ſive qualitatibus, ſpiritualiter erigitur ad cœleſtium contemplationem.

8. Eandem diviſionem nobis inſinuat, & omni cum claritate dilucidat Seraphicus Doctor S. Bonaventura (*proc. 7. relig. c. 18.*) inquiens: *Quædam viſiones dici poſſunt corporales, quæ vigilanti corporaliter oſtenduntur, ut Moyſes vidit Dominum in rubo ardenti - - - Aliæ ſunt imaginariæ viſiones, quæ vigilanti non corporaliter, ſed imaginarie oſtenduntur, ſive in ſomno, ſive in mentis raptu, ut viſiones Ezechielis, Danielis &c. - - - Alia eſt viſio intellectualis, qua illuminatur mentis oculus luce veritatis puræ, quia ipſam veritatem in ſe contemplatur.* Et ne in aliis præterea authoritatibus referendis longior ſim, inſpiciat, quæſo Lector, quemcunque, qui haſce materias pertractet, ſive Myſticum ſive Scholaſticum Doctorem, & viſionem ubique in lictas tres claſſes diviſam inveniet. Interim diviſione hac ſtabilita ad ſingulas prælictas viſionum claſſes ſpeciatim diſcutiendas progrediamur, declaremus modum, quo formantur, enumeremus effectus, quos producunt, & ante omnia exactas tradamus regulas, quibus animæ a cunctis, quæ in ejusmodi viſiones irrepere poſſent, illuſionibus ſe defendant.

9. Priusquam tamen greſſum ulterius pro-

moveamus, obſervandum adhuc veniet, quod prima viſionum ſpecies omnium infimæ conditionis ſit; ſiquidem in ſenſu exteriore, oculo videlicet, efformatur. Secunda jam eſt nobilior, producitur enim in potentia perfectiore, phantaſia ſcilicet. Tertia autem absque comparatione adhuc multo excellentior eſt; quia in intellectu per puras intelligentias formatur: & quia anima ejusmodi viſiones recipiens modo quodam Angelico, ac inſtar animarum in beata patria a corporibus ſeparatarum operatur: prout docet Angelicus (2. 2. *qu.* 174. *art.* 2.) Scribens: *Manifeſtum eſt autem, quod manifeſtatio divinæ veritatis, quæ fit per nudam contemplationem ipſius veritatis, potior eſt, quam illa, quæ fit ſub ſimilitudine corporalium rerum: magis enim appropinquat ad viſionem patriæ, ſecundum quam in eſſentia Dei veritas conſpicitur. Et inde eſt, quod prophetia, per quam aliqua ſupernaturalis veritas conſpicitur ſecundum intellectualem veritatem, eſt dignior, quam illa, in qua veritas ſupernaturalis manifeſtatur per ſimilitudines corporalium rerum ſecundum imaginariam viſionem.*

CAPUT II.

Quid viſio corporea ſit, explicatur: enu-
merantur objecta, quæ tali viſione repræſentari ſo-
lent: & declaratur modus, quo in oculis
noſtris formatur.

o. Viſio corporea eſt *improviſa rei aut ob-*
jecti manifeſtatio, quæ oculis noſtris per
pecies viſibiles ſeu viſivas illis immiſſas extraor-
inario quodam modo obtingit. Dixi, corpoream
iſionem debere eſſe rei aut objecti cujusdam
ıanifeſtationem: & in hoc cum aliis dua-
us, quas per Tractatus hujus decurſum de-
laraturi ſumus, viſionum ſpeciebus, imo
um quavıs alia viſione, quam viſus po-
ɔntia naturaliter producit, convenit. Dixi,
ıanifeſtationem hanc oculis obtingere: &
ı hoc a viſione imaginaria, quæ in phanta-
a formatur, & a viſione intellectuali, quæ
ı potentia intellectus producitur, diſtingui-
ır. Dixi manifeſtationem hanc per ſpecies
iſivas oculis immiſſas fieri, quia viſus po-
ɔntia objectorum ſuorum ſpecies non con-
ɔrvat; prout phantaſia & intellectus eas
ɔnſervare ſolent: & hinc dum res quædam
ſpiciendæ ſunt, hæ illis ſpecies, quibus ad
ɔrmandam viſionem determinetur, ſubmi-
iſtrare debent. Dixi tandem manifeſtatio-
em hanc modo extraordinario contingere,

ut differat a viſione naturali, quæ neque quoad ſubſtantiam, neque quoad modum quidquam habet extraordinarii.

11. Ex his omnibus geminam deducas ſequelam velim. Prima eſt, quod viſio corporea *ordinarie* objecti, quod ſui ſpeciem ad oculos transmittat, præſentiam exigat: per quod diſtinguitur ab imaginaria æque ac intellectuali viſione; utpote quarum neutra objectorum præſentia opus habet: cum ambæ effici poſſint combinando ſpecies in phantaſtica & intellectuali memoria jam prius repoſitas. Dixi tamen *ordinarie*: quia Angeli, ut poſtea dicam, etiam objecti ante oculos non exiſtentis ſpeciem ſemper ad oculos transmittere poſſunt: & ſic efficere, ut etiam objecti non præſentis viſio corporea enaſcatur. Altera ſequela eſt, quod corporeæ viſiones majori verborum proprietate apparitiones dici poſſint, quam cæteræ viſiones: licet enim in omni viſionum genere objectum quoddam potentiæ cuidam *apparet*, id tamen magis convenire videtur viſui, qui circa objectum de improviſo ſe oſtendens ab oculo formatur. Et re ipſa apparitiones eas appellat P. Alvarus de Paz (*Tom.* 3. *Lib.* 5. *cap.* 10.) Tales eas dicit Eminentiſſimus Joannes Bona in docto ac erudito Tractatu *de Diſcretione ſpirituum cap.* 19. *n.* 2. Eodem eas nomine

com-

compellant alii Myſtici Doctores; & idem etiam nomen nos illis tam in præſenti, quam in ſubſequentibus Capitibus tribuemus.

12. Si Lector ſcire aveat, quænam harum apparitionum propria ſint objecta. Dico, neque in cælo, neque in terra, neque intra terram quidquam dari, quod oculis noſtris ſenſibili viſione apparere non poſſit, dummodo corporea ſpecie viſui ſe præſens exhibeat. Primo loco certum eſt, Deum, etſi in ſua ſubſtantia oculis corporeis omnino inviſibilem, multoties tamen in formis decentibus Patriarcharum, & propherarum oculis apparuiſſe. Oculi Moyſis viderunt Deum in rubo, qui ardebat, & non comburebatur. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi* (*Exodi* 3. 2.) Etiam oculi Jacobi eum claro intuitu aſpexerunt, prout ipſe (*Gen.* 32. 30.) inquit: *vidi Deum facie ad faciem*, qui nocte illa myſteriis plena cum illo etiam luctari dignatus eſt. Oculis Abrahami apparuit in forma Juvenum ſanctiſſimæ Trinitatis Myſterium exprimentium, & ſub ſenſibilibus illis ſpeciebus etiam viſibiliter voluit adorari (*Gen.* 18.) Oculis Adami, & Evæ videndum ſe præbuit per modum hominis ad auram pomeridianam jucundum hortum obambulantis (*Gen.* 3. *v.* 8.) *cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad*

auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam, Uxor ejus a facie Domini Dei. Oculis im[p]
Caini ſpectandum ſe dedit in forma irati j[u]
dicis, qui fratricidam in ſceleris pænam co[n]
demnavit ad ducendam vitam vagam,
exulem ſuper terram: (*Gen.* 4. *v.* 16.) *[e]
greſſusque Cain a facie Domini habitavit pr[o]
fugus in terra.* Præterea etiam aliæ corp[o]
reæ & ſenſibiles Dei apparitiones in [s]ac[ro]
codice leguntur, quæ absque ſimultanea [...]
dei abnegatione negari non poſſunt.

13. Secundo loco certæ, ac indubitat[æ]
ſunt apparitiones, quibus Jeſus Chr[i]
ſtus ſervorum ſuorum oculis ſe videndu[m]
præbuit, & gaudium attulit. Nemo no[n]
ſcit, Redemtorem poſt reſurrectionem ſua[m]
quadraginta dierum ſpatio diſcipulis ſuis fr[e]
quenter apparuiſſe, cum illis familiariter e[t]
ſe converſatum, eosque circa res ad reg[i]
men Eccleſiæ attinentes inſtituiſſe (*Act. ca[p]*
1. *v.* 3.) *Quibus & præbuit ſe ipſum vivu[m]
poſt paſſionem ſuam in multis argumentis p[er]
dies quadraginta apparens eis, & loquens [d]e
regno Dei.* Apparuit Protomartyri Steph[a]
no, & in gloriæ throno aſpiciendum ſe de
dit, ut eum animaret ad intrepide excipien
dum imbrem lapidum, quos inimici pleni
in eum manibus proijciebant. (*Act.* 7. *v*
55.) *Ecce video cælos apertos, & filium ho
minis ſtantem â dextris Dei.* Apparuit Paul[o]
Apo-

Apoſtolo ante portas Damaſci, ubi lucis ſuæ ſplendoribus corporeos ejus oculos excæcavit, ut oculos mentis ad cognoſcendam S. fidei noſtræ veritatem illuminaret. (*Act.* 9. *v.* 3.) *contigit, ut appropinquaret Damaſco, & ſubito circumfulſit eum lux de cœlo.* Omnes hæ apparitiones nulla omnino ratione negari poſſunt, cum deſcriptæ ſint ipſo ſpiritus ſancti calamo, a quo utique nec minima falſitas aut mendacium prodire poteſt. Verum præter has annales Eccleſiaſtici tot alias, quibus Salvator omni tempore dilectos ſuos ſervos dignatus eſt, apparitiones nobis enarrant, ut ſine ingentis temeritatis nota fides eis negari nequeat.

14. Tertio certum eſt, frequentes ſemper in Eccleſia Dei exſtitiſſe apparitiones, quibus Maria Virgo, & aliorum beatorum animæ viventium adhuc ſuper terram oculis ſenſibili ſe modo manifeſtarunt. Certum etiam eſt, animas purgantes, lugubres tamen, & mæſtas amicorum ac propinquorum ſuorum oculis ad Orationes ac ſuffragia ab eorum pietate impetranda quandoque apparuiſſe. Verum hic notandum, a non paucis pertinaciter negari, quod animæ corporibus exſolutæ, & ad aliam vitam evocatæ apparere, aut viventibus ulla ratione ſe conſpiciendas dare poſſint. Et hinc dum hujuscemodi enarrari inaudiunt,

ea

ea ut ſuperſtitiones explodunt, & neutiquam ut hiſtorias ſuſpiciunt, ſed potius qua anicularum fabulas, & corruptarum, ac inſanarum mentium delirationes irrident. Jam quidam horum (prout P. Martinus del Rio *Disquiſ. Magic. L.* 2. *q.* 26. *Sect.* 17. egregie obſervat) nulla prorſus ratione attendendi ſunt qua Athei, & Deum exiſtere, & animam immortalem eſſe negantes: iſti enim ſtulta ſua judicia impio huic fundamento ſuperimponunt. Alios non nullos ex eo contemni oportet, quod hæreſi ſint infecti, & pro animabus juſtis purgatorium dari negent: cumque defunctorum animarum apparitionibus hanc fidei veritatem magnopere ſtabiliri ac corroborari perſpiciant, omnes ut vanas deſpiciunt, obſtinate contendentes, quod nulla anima ex altera vita redire, aut oculis noſtris apparere poſſit: tam authenticum enim contra errores ſuos teſtimonium ſuſtinere nequeunt. Alii demum neque Athei, neque Hæretici, ſed nimium increduli ſunt, nam cum, qualiter anima a corpore ſeparata oculis mortalium ſe viſibilem reddere poſſit, capere non valeant; omnes has apparitiones imprudenter negant, cum potius imbecillitatem ſuam circa hujusmodi arcani intelligentiam fateri tenerentur: prout S. Auguſtinus) *Epiſt.* 100.) heroa humilitate eam confeſſus fuit. Hi ut de veritate perſuaſi red-

dan-

dantur, circa modum, quo tales apparitiones contingunt, inſtituendi ſunt, prout nos gravium authorum ſententiis innixi paulo poſt præſtabimus. Præterea ſciat Lector, dictum P. del Rio (*Sect.* 26. *quæſt. cit.*) Conciliorum, S. S. Patrum, & graviſſimorum Hiſtoricorum authoritate manifeſte comprobare, quod a Chriſti adventu nullum effluxerit ſæculum, quo non multoties & animæ beatæ e cælis deſcendentes, ad ſolamen viventium, & animæ purgantes e carcere luſtrico emergentes ad implorandam opem apparuerint. Eadem ſectione refert apparitionem, qua ipſe Chriſtus vivens in forma glorioſa, & cum ipſo anima Moyſis in monte Thabor ſe ſpectandos dedere (Matth. 17.) Item viſiones corporeas, quibus jam ante Chriſti adventum anima Samuelis Sauli, & animæ Oniæ & Jeremiæ Judæ machabæo apparuerunt (*I. Reg.* 28. *&* 2. *Mach.* 15.) Ex quibus conſequitur, quod ſiquis animabus defunctorum, ſive beatæ in cælo, ſive afflictæ in purgatorio fuerint, apparitiones abnegare velit, aut ſanæ rationis, aut fidei lumine deſtitutus eſſe debeat.

15. Quarto rationabiliter etiam quædam damnatarum animarum apparitiones admitti debere videntur (licet hæ valde raro contingant) tum quia rationi

non repugnare videntur; tum quia durum eſt, mendacii arguere omnes Hiſtoriographos, minutatim funeſtos hujusmodi apparitionum eventus enarrantes. Pro plena rei hujus intelligentia ſcire oportet, gravium authorum eſſe ſententiam, animas damnatas ergaſtulo infernali in perpetuum incluſas nunquam amplius inde exire poſſe: id quod non tantum ita intelligendum, ut libertatem nunquam conſequi poſſint (utpote cui immutabile eorum damnationis Decretum opponitur) ſed ita, ut ne per tranſennam quidem obtutibus noſtris ſe præſentare poſſint. Et hinc Authores iſti opinantur, ejusmodi apparitiones, quotiescunque contingunt, attribuendas eſſe dæmonibus, utpote qui ex perverſo quodam fine miſerorum damnatorum ſpeciem per fraudem aſſumunt. Hujus opinionis eſſe videntur Tertulianus (*Lib.* 2. *de anima*) S. Joannes Chriſoſtomus (*Hom.* 29. *in Matth.*) & Theophilactus (*in Cap.* 8. *Matth.*) Cardinalis tamen Bellarminus opportune notat, præfatos authores nunquam docuiſſe, quod damnati ex ſtygio carcere abſolute loquendo nunquam exire poſſint ita, ut ne apparere quidem ulli mortalium poſſint; ſed quod hoc illis pro lubitu non liceat, & quod dæmonum inſtar inter mortales circumvagari non poſſint; en citati Cardinalis verba: *Si attente legantur, non dicunt, nullo modo poſſe*

ani-

animas egredi ad nos; ſed non poſſe egredi arbitrio ſuo, nec verti in dæmones, nec vagari inter nos more dæmonum (de Purgat. controv. 6. Lib. 2. Cap. 8.) Unde deduces, etiam damnatos quandoque (licet valde raro) apparere, non tamen pro ſuo lubitu, ſed cum id ipſis a Deo peculiariter conceditur. Hic nolo diſcutere quæſtionem ad Tractatus hujus inſtitutum parum utilem: num ſcilicet animæ inferni carcerem jam ingreſſæ, ac atrocia ejus ſupplicia jam expertæ corpora ſua denuo aſſumere, & ad vitam inter mortales ducendam redire poſſint. Breviter duntaxat dico, caſum hunc qua poſſibilem admitti a S. Thoma (*in prim. ſent. diſt. 43. qu. 2. art. 2. ad 5.*) itidemque admitti a S. Auguſtino, S. Hieronymo, & S. Gregorio ſuis in dialogis: dummodo tamen definitiva damnationis ſententia, a qua non datur effugio locus, in ejusmodi animam non præceſſerit, & ſolus ponatur caſus, quo dicta anima ad breve ſolummodo tempus in tenebricoſum illum carcerem relegata fuit.

16. Quinto dubitari nequit, quin Angeli quandoque viſibiles appareant in forma humana, pulchra quidem, ſed honeſta, decora, & conveniente ita, ut aſpicientibus ſenſa puritatis inſtillent; cum ſacer codex refertus ſit ejusmodi apparitionibus.

17. Sexto dubitari pariter non poteſt, quia etiam Dæmones hominibus appareant: modo in forma monſtrorum, umbrarum, aut ferocium animalium, ut terrorem incutiant: modo ſub ſpecie angelorum, ſanctorum, Beatiſſimæ Virginis, aut ipſius Jeſu Chriſti, ut animas incautas decipiant, & per pias has apparitiones ſenſa, ac apprehenſiones erroneas, quibus a recto virtutis tramite abſtrahantur, iis ingerant. Et in hoc Doctores omnes unanimi calculo conſentiunt.

18. Septimo ſcimus, viventes quoque virtute divina quandoque aliis viventibus apparere. Sic, dum Antonius prædicabat, S. Franciſcus abſens religioſis ſuis benedictionem impertiri conſpectus fuit, prout S. Bonaventura in vita S. Franciſci C. 4. enarrat. S. Antonius Patavinus, prout Surius in ejus vita commemorat, Sæcularibus prædicans cum fratribus ſuis in Monaſterii ſui Choro cantare & auditus, & viſus fuit. Idem dico de aliis Dei ſervis, de quibus ſimiles eventus in vitæ hiſtoriis leguntur. De ſolis infantibus cum culpa originali defunctis, ait Card. Bona (*de diſcr. ſpir. C.* 19.) nulla reperitur apparitio: cum nulla apparendi ratio detur: hi enim neque nobis adjumento eſſe, neque nos illis quidquam levaminis afferre poſſumus.

oſito itaque, quod, ſicut ab initio di-
xi, vix vel in cælo, vel in terra,
ra terram quidquam ſit, quod viſibi-
o obtutibus noſtris apparere nequeat,
ıri jam oportet modum, quo ejusmo-
aritiones contingunt. Communis S.
rum ſententia eſt, appariones, qui-
ɜus oculis Moyſis, Jacobi, Abrahæ,
, & aliorum ſe videndum præbuit,
rum miniſterio fuiſſe formatas. Om-
loco ſufficiat Authoritas S. Auguſti-
i (*L.* 3. *de Trin. cap.* 11.) id cla-
ımat in hæc verba: *Eſſentia Dei, quan-
m nullo modo mutabilis eſt, nullo mo-
eſt ipſa eſſe viſibilis. Proinde illa omnia,
tribus viſa ſunt, per creaturam facta eſ-
niſeſtum eſt. Etſi nos latet, quomodo
iſtris angelis fecerit; ſed credimus, prop-
od & loquimur. Extat enim auctori-
inarum ſcripturarum, unde mens noſtra
non debet.* Antiquorum Patrum ve-
omnes tam ſcholaſtici, quam myſti-
tores ſunt ſecuti.

Modum, quo Angeli Deum in corpo-
reis his apparitionibus repræſen-
egregie declarat S. Gregorius; unde
ıdem opinioni omnes moderni Docto-
hærent. Sanctus hic Doctor tenet,
ıngeli aerea aſſumant corpora, ſive
ex aere cum commixtione variarum

ex elementis particularum quædam & majeſtate & pulchritudine conſpicua forment corpora, quæ divinam pro tempore repræſentandam majeſtatem neutiquam dedeceant. Corpora hæc inter motus & geſtus humano corpori convenientes ab angelis a loco in locum promoventur. Per corpora hæc angeli articulatas voces, uſualium verborum ſonum exprimentes pronuntiant, & per hæc ſeſe non modo aliorum oculis viſibiles, ſed & aliorum manibus palpabiles reddunt. Verba, quibus S. Doctor hæc omnia quoad ſubſtantiam exprimit, ſic habent (28. *Moral. cap.* 1.) *aliquando imaginibus ante corpóreos oculos ad tempus ex aere aſſumtis per angelos loquitur Deus, ſicut Abraham tres viros non ſolum videre potuit, ſed etiam habitaculo terreno ſuſcipere, & non ſolum ſuſcipere, ſed eorum uſibus etiam cibos adhibere. Niſi enim angeli quædam nobis interna nuntiantes ad tempus ex aere corpora ſumerent, exterioribus profecto noſtris obtutibus non apparerent: nec cibos cum Abraham caperent, niſi propter nos ſolidum aliquid ex cæleſti alimento geſtarent.* Nec his omnibus fraus, aut fallacia quædam ſubeſt: licet enim proxime appareant, & in corporibus ex aere aſſumtis ſe nobis repræſentent angeli; iſti tamen a Deo eum in finem mittuntur, ut ejus perſonam repræſentent, ac ejus vices ſuſtineant, unde & preces, obſequia, ac ado-

rati-

es, quæ ipſis deferuntur, in Deo tan-
principali per eos repræſentato obje-
rminantur. Haud ſecus ac in ſacra-
maginum cultu contingit; ubi noſtræ
iones non in tela & coloribus, e
s imago componitur, ſed in cæleſti,
jusmodi lineamentis & coloribus in
xprimitur, perſona terminantur.

Iro poſtea dicendorum intelligentia
hic notes velim, quod angeli vel
, vel Jeſum Chriſtum, vel Mariam
nem, vel quemdam ex cælitibus re-
ntare poſſint, non ſolum per corpora
re aſſumta, ut mox diximus, ſed &
ujusmodi corporibus mutationem dun-
aliquam in oculis noſtris faciendo:
S. Thomas variis in locis docet. Res
contingit: Angeli ad oculos noſtros
mittunt ſpecies perſonæ, quam repræ-
re volunt; & per has ſpecies oculos
bjecti hujusmodi (etſi abſentis) vi-
n formandam determinant. Nec hoc
n videatur; nam etiam ſecundum or-
a naturæ, dum corpus aliquod aſpici-
non ipſum corpus per ſe in oculis
s ſui viſionem producit, ſed id fit a
bus, quæ ab illo oculis noſtris immit-
r. Unde conſequitur, quod, quoties
cunque demum objecti ſpecies in pu-
noſtris producantur, illud ocjulis co-

ram oculis noſtris apparere debeat; cum in dictis ſpeciebus tota reſideat cauſſa, quæ ad ejusmodi viſionem ex parte objecti requiritur. Et id ipſum Angeli quandoque in corporeis apparitionibus efficiunt.

22. Proſequamur jam noſtras declarationes, & quæ modo de divinitate diximus, etiam de ſacratiſſima Redemtoris humanitate dicamus, ſcilicet, quod Jeſus Chriſtus in propria perſona nemini unquam appareat; ſed id ſemper efficiat miniſterio Angelorum, utpote qui vel aſſumto aereo corpore eum exprimunt modo in forma infantis, modo in figura viri adulti, modo ſub ſpecie mæſta; qualis inter cruciatus apparuit, modo in ſplendore gloriæ, prout poſt reſurrectionem fuit, vel ſaltem ſine formatione corporis per ſpecies viſibiles eum ita repræſentant. Fuit equidem, qui defenderet, Redemtorem in proprio corpore quibusdam ſanctorum apparuiſſe; verum id nulla ratione ſuſtineri poſſe videtur: cum conſtans, & unanimis S. S. Patrum opinio ſit, Redemtorem extra Euchariſtiam nunquam amplius cælo deſcendiſſe; ſi ſolam celebrem illam, quæ S. Paulo obtigit, apparitionem excipias.

23. Maxima difficultas verſatur circa declarandas non nullas apparitiones,

qui-

quibus in hoſtia conſecrata Jeſus infans, aut ejus caro, vel ejus ſanguis conſpicitur. Has enim ita exſplicari oportet, ut ſacramenti ſubſtantiæ, quæ exigit, ut Euchariſtica accidentia permaneant, nullum inferatur præjudicium. Angelicus Doctor S. Thomas (*part.* 3. *qu.* 76. *art.* 8.) dictas apparitiones opportuna quadam diſtinctione quam præclariſſime dilucidat. Vel enim, inquit, Jeſus Chriſtus cum ſua carne ac ſanguine unius duntaxat perſonæ oculis brevi tempore apparet, vel totius populi obtutibus longo temporis tractu repræſentatur. Si caro, ſanguis, aut ipſa redemtoris perſona in forma ſpecioſi parvuli uni ſoli ſe videndam præbeat, dicendum, ejusmodi apparitionem per ſpecies viſibiles ad ejus oculos transmiſſas ab Angelis fieri: & in hoc caſu ex parte ſacræ hoſtiæ nulla accidit immutatio, ita ut Sacramentum in ſua eſſentia integrum, ac intactum perſeveret. Si tales apparitiones autem coram omnium oculis fiant, & diu perdurent, dici oportet, in ſpeciebus Sacramenti E. g. colore, figura, aut aliis ſimilibus per prodigium quamdam mutationem contingere ita, ut ſpecies iſtæ adjunctis forte etiam non nullis extraneis illam, quæ ſtabiliter a cunctis conſpicitur, ſanguinis, aut carnis, aut parvuli figuram efforment: in quo caſu tamen notes, quod eodem tempore in conſecrata

tali hoſtia remaneat quantitas, utpote quæ aliorum, quæ non variantur, accidentium ſubjectum & ſuſtentaculum eſſe debet. Sic jam ſalvatur non modo, quod Chriſtus ſub ſpeciebus panis ſtabiliter lateat, ſed & quod Euchariſtiæ Sacramentum, non obſtante quadam immutatione in ſua ſubſtantia perſeveret. Tota hæc Doctrina e D. Thoma (*loc. cit.*) hauſta eſt. Ad cautelam Directoris breviter ſubjungo, quod in primo caſu illuſio dæmonis intervenire poſſit: quia Dæmon viribus ſuis naturalibus (ſi Deus id permittat) ſpecies, quales vult, oculis noſtris immittere poteſt. In ſecundo autem caſu ejusmodi illuſio locum habere non poteſt: cum Sacramenti ſpecies ulla ratione immutandi facultas veteratori illi non competat.

24. De Mariæ virginis apparitionibus loquendo, dicere oportet, quod de aliis hactenus pertractatis diximus, eas ſcilicet Angelorum miniſterio fieri: valde etenim conveniens eſt, quod beati illi ſpiritus ſuæ inſerviant Reginæ, ac ſpecioſam ejus formam aſſumentes illorum, quos favoribus proſequi deſiderat, non ſolum aſpectibus ſe præſentent, ſed eos etiam alloquantur, conſolentur, ac omni ea, quæ illi præ cæteris placuerit, ratione blandimentis demulceant. Idem obſervandum circa apparitiones

ones animarum bonarum a corporibus ſe-
aratarum, ſive dein in cælis jam beatæ,
ve in flammis purgantibus afflictæ fuerint:
quidem hæ viribus naturalibus corpora ex
ere aſſumere nequeunt.

5. His, quæ ſupra de Angelorum appari-
tionibus diximus, adjungas velim,
uod Angeli modis jam declaratis non ſo-
um in perſona aliena, ſed quandoque etiam
propria appareant. Et quando unum aut
lterum contingat, abſque difficultate di-
ingui poteſt, dum enim perſonam alienam
præſentant, aſſumunt ſpecies, & profe-
unt ſermones perſonæ, quam exprimunt,
onvenientes. Si in propria perſona præ-
ntes ſe ſiſtant, in honeſtis, ac ſpecioſis
rmis humanis apparere ſolent: alis tergo
ppoſitis ſignificant ſuam agilitatem, & ver-
is, quæ proferunt, ſe ipſos manifeſtant, ac
uales ſint clare indicant.

6. De Dæmonibus paucis dico, quod e-
tiam iſti, ſicut de Angelis bonis
iximus, non ſolum corpora ex aere fabri-
andi, ſed & viſibiles rerum variarum ſpe-
ies oculis noſtris immittendi virtute polle-
nt: prout & maligni hi ſpiritus hac ſua
abilitate in ruinam noſtram nimium quan-
um abutuntur. Præterea etiam perſona-
um defunctarum, damnatarum tamen ca-

davera,

davera, imo & mortuarum beſtiarum corpora ſubinde aſſumunt (id quod cæleſtes genii nunquam faciunt.) Hæc ſubintrant, hæcque motibus extrinſece impreſſis (non autem vitalibus, utpote quod poſſibile non eſt) ab uno in alium locum promovent: in his non modo apparent, ſed & inſtar aliorum ſuper terram viventium ſeſe viſibiles ac palpabiles reddunt. Circa hæc Lector pervolvat P. Martinum Del Rio, qui luridas has dæmonum apparitiones & rationibus, & exemplis comprobat, (*diſq. Mag. Lib.* 2. *qu.* 28. *ſect.* 1.) Nos interim poſtquam declaravimus, quales ſint viſiones & apparitiones corporeæ, quale habeant objectum, ac qua ratione in oculis noſtris formentur: progrediemur ad alias majoris momenti notitias Directori ſuggerendas, ut animas hujuſmodi viſionibus obnoxias in ipſo uſu, exercitatione dirigere ſciat.

CAPUT IIII.

Finis, propter quem Deus corporeas viſiones ſuis ſervis impertitur, expenditur; & declarantur indicia, quibus viſiones veræ a falſis diſcerni poſſunt.

87. Antequam capiti huic manum admoveamus, præmitti oportet, quod cor-

rporeæ viſionis nomine non intelligatur
lius rerum extraordinario modo repræ-
ntatarum viſus, ſed quod intelligi etiam
ebeat quivis alius extraordinarius favor,
ui cuicunque alteri exteriori corporis ſen-
i, puta auditui, odoratui, guſtui, aut
ctui vel a Deo, vel ab ejus ſanctis com-
unicatur. Ita S. Bonaventura docet, ut-
te qui (*proc.* 7. *relig. c.* 18.) de viſio-
corporea ita loquitur: *Ad hanc poteſt*
ferri quorumlibet ſenſuum experientia, ut au-
tus, guſtus, odoratus, & tactus. Hinc in
xodo dicitur (cap. 20. *v.* 18. *) Videbant*
ces, & lampades, & ſonitum buccinæ: vo-
namque & ſonitum buccinæ non viſu ſed au-
u percipere potuerunt. Eadem jam ante ſe-
phicum Doctorem fuere ſenſa S. Augu-
ni (*Lib.* 10. *conf. c.* 15.) ſcribentis: *Ad*
ulos proprie videre pertinet: utimur autem
e verbo etiam in cæteris ſenſibus, cum eos
cognoſcendum intendimus; dicimus enim non
um vide, quid luceat, quod ſoli oculi ſen-
e poſſunt: ſed vide etiam, quid ſonet, vide
id oleat, vide quid ſapiat, vide quam du-
n ſit. Unde deduces, ad viſiones cor-
reas referendas eſſe certas amænas vo-
s, certos perſonarum cæleſtium cantus,
melodias ſuaviſſimas, quibus Dei ſer-
rum aures ſubinde demulcentur. Huc
rtinent certi ſuaves odores, quos eorum
res tanta dulcedine percipiunt, ut flo-
rum

rum & balſamorum terræ hujus fragrantia illis nulla ratione comparari mereatur. Ad has reducendi ſunt certi grati, ac delicati ſapores, quos quandoque & ſpeciatim in ipſo ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſuſceptionis actu palatus eorum tanta dulcedine perſentiſcit, ut eorum comparatione omnes alii cæteroquin ſapidiſſimi cibi vilium, quibus immunda animalia paſcuntur, glandium inſtar deſipiant. Et tandem ad has etiam ſpectant, certa gaudia, ac quam puriſſimæ & vel maxime ſpirituales deliciæ, quibus ſe ſuaviter penetrari, ac in omnibus membris refloreſcere ſentiunt.

28. Præmiſſa hac ſummi momenti notitia dico, Deum, dum ſervis ſuis viſiones, & alios ſub nomine viſionum comprehenſos corporeos favores impertitur, multos equidem fines habere. Interea tamen principalis & quaſi ſpeciem tribuens ita, ut eo deficiente mea opinione etiam omnes alii ceſſarent, in eo verſatur, quod animas ſic ſuaviter & modo naturæ earum conſentaneo ad perfectionem perducere velit. Pro veritatis hujus fundamento duas alias ſtabiliri oportet: Prima eſt, quod omnes cognitiones, & internæ hominis affectiones originem ſuam a ſenſibus externis nanciſcantur; nam phantaſia noſtra rerum ſenſibilium ſpecies recipit, ac oculis

oculis, auribus, guſtu, odoratu & tactu, ac per ſpecies dein producit ſua phantaſmata, & ſuas imaginationes. Phantaſmata hæc autem omnem ſive tenuem ſive vehementem motum ſenſitivum in ſenſitivo appetitu excitant. Secunda veritas eſt, quod Deus in ſuis creaturis ſuaviter operetur: prout legimus (*ſap.* 8. *v.* 1. *diſponit omnia ſuaviter.*) hæc operandi ſuavitas autem præcipue in eo conſiſtit, quod ſe in ſuis operibus (ut cum philoſophis loquar) exigentiæ, & modo agendi ipſis creaturis vel maxime proprio, ac præ cæteris naturali accommodet. Sic videmus, quod Deus, dum ad effectus naturæ concurrit, nunquam tamen (ſi ſolos caſus quosdam prodigioſos excipias) concurrat, niſi dum ipſa natura id exigit: item quod aliter non concurrat, quam prout iſta requirit.

29. Ex gemina hac veritate facile inferes finem, quem Deus viſiones & corporales favores ſuis ſervis impertiens reſpicit. His ſcilicet aliud non quærit, quam ſuaviter, & naturali eorum agendi rationi ſeſe accommodando eos ad ſuum ſervitium attrahere: perſpectiſſimum enim habet, totum ſpiritualem inter fideles ſuos animarum ruinam a ſenſibus exterioribus proficiſci, quatenus per hos phan-

taſia

taſia malitioſis & fallacibus ſpeciebus impletur, & per ſpecies dein inordinatæ affectiones in ſenſitivo appetitu inflammantur; unde & multoties animarum reformationem a ſenſibus externis inchoat: quatenus eis ſpecioſiſſimas rerum cæleſtium viſiones, ſuaviſſimos ſapores, ac gratiſſimos odores elargitur, vi quorum non modo a rerum caducarum amore abſtrahuntur, ſed & ad ſuperna ac divina afficiuntur, & modo omnium, qui dari poſſunt, debili eorum naturæ convenientiſſimo ad virtutum exercitationem animantur: paucis ad chriſtianæ perfectionis arduitatem conſectandam ineſcantur. Hæc adeo vera ſunt, ut S. Joannes a Cruce aſſeverare non dubitet, quod Deus has ſenſibilium favorum ſpecies nemini uni conferret, niſi hunc noſtro operandi modo & fragilis conditionis noſtræ debilitati ſeſe accomodandi finem haberet. Nam etſi hujusmodi gratiis ſpiritus divinus animæ impertiatur: illæ hunc tamen paulatim & ſenſim ſine ſenſu duntaxat communicant, ac guttatim tantum inſtillant: cum ex oppoſito per ſolam fidem torrentium, ac fluminum inſtar infunderetur. En! ipſa S. Doctoris verba: *Qua in re fidem mihi adhiberi vellem, quod niſi Dominus naturali animæ capacitati ſe accommodans, eam ſecundum ejus modum ad ſe adducere vellet (uti*

di-

imus) *minime quantum eſt ex parte ſua ſpiritus ſui copiam per aquæ ductus adeo us, ac ſunt formæ, figuræ, & particula- intelligentiæ, quibus mediis eam veluti qui- lem micis paſcit, & nutrit, communicaret. propterea dixit David*: Mittit Cryſtal- ſuam (*id eſt ſapientiam animabus*) ſi- buccellas (*in aſcenſ. Mont. Lib.* 2. *c.*)Quod hic de corporea diximus viſi- , etiam de imaginaria paulo poſt per- tanda intelligas velim: una enim æque altera ad ſenſus pertinet, licet una in ſibus exterioribus corporis, & altera in ſu interiori phantaſiæ formetur.

Ex Doctrina hac jam Directorem pra- cticas quaſdam ad bonum anima- n regimen conducentes veritates eruere rtet. Et primo quidem quod corporeæ ones ſint favores proprie convenientes pientibus, qui viam ſpiritus recens in- ſſi ſunt. Per quæ tamen me neuti- m innuere velle credas, quod Deus smodi gratias non ſubinde etiam perſo- in perfectione valde provectis ex fini- ſuis ſingularibus impertiatur. Hoc ſo- a dico, quod ut plurimum imo ordina- concedantur iis, qui non a multo tem- e Deo ſervire inceperunt: tum quia ſub- iorum, ac magis ſpirtualium communi- ionum nondum ſunt capaces; tum quia

præ omnibus aliis indigent, ut per tales ſenſibus impertitos favores non modo a ſenſibilibus terræ hujus bonis avellantur, ſed & erga inviſibilia alterius vitæ afficiantur. Secundo quod viſiones iſtæ neutiquam indicent, animam de Deo valde bene eſſe meritam, ſed quod ex oppoſito potius ſint ſigna debilitatis aut duritiæ in anima eas recipiente: cum fortes & pretioſæ animæ per ſemitam fidei utpote ſecuriſſimam, & nequaquam per experientiæ, & ſenſuum dulcedinis fallaciſſimam viam duci ſoleant. Qua propter ſi Deus animam ſenſibilibus ejusmodi per ſe ſemper periculoſis favoribus ineſcat, ordinarie indicium eſt, quod illa ſecus per media ordinaria vel ipſius ſervitio manus nunquam datura, vel conſtans in eo non perſeveratura fuiſſet. Imo dico tertio, quod corporeæ ejusmodi viſiones, prout S. Bonaventura obſervat, etiam peccatoribus impertiri poſſint, ſicut re ipſa etiam conceſſæ fuere Balaamo, Pharaoni, Balthaſari & aliis hominibus impiis, qui etiam poſt tales viſiones peccatorum ſuorum jugum non excuſſere. Quapropter director ex eo, quod anima quædam corporalium & ſenſibilium viſionum ac ſuavitatum blandimenta a Deo accipiat, nunquam magnam illius exiſtimationem concipiat, nec circa hoc rudis populi ſequatur ſenſa; is enim, dum perſonam ejusmodi

gratiis a Deo donari reſcit, eam ocyus magni facere, venerabundis oculis ſuſpicere, & ad ſanctitatis apicem jam elevatam credere ſolet. Invigilet potius, qualiter hujusmodi favoribus utatur, qualem inde profectum hauriat, & quales in conſeſtatione virtutum progreſſus faciat: ſanctitas enim neutiquam in ſenſibilibus guſtibus, ſuavitatibus ac viſionibus; ſed in heroicarum virtutum, & chriſtianæ perfectionis conſecutione conſiſtit. Ad ſummum hanc ſibi ideam ſecure formare poteſt, quod Deus animarum favoribus a ſe cumulatarum peculiarem curam gerat, easque ad magnam ſanctitatem evehere intendat: ſecus enim extraordinaria, & adeo efficacia (qualia ſupradictæ gratiæ reapſe ſunt) media non applicaret, ut eas a mundo omnigenis abſtraheret, & ad ſuum ſervitium affectas redderet. Hinc loco exiſtimationis merito earum ſuperioris ingentem eas in perfectione excolendi Zelum concipiat, cum Deum ipſum huic operi jamjam manum tam potentem admoviſſe videat: curet, ut hujuſcemodi favores cum ſoliditate ſpiritus recipiant, eisque non niſi in eum, propter quem Deus eos elargitur, finem utantur: finis hic autem in ſolo earum profectu, ac ſpirituali progreſſu eſt repoſitus; uti capita ſubſequentia docebunt.

31. Cum vero, prout proverbium dicit, non omne, quod ſplendet, aurum ſit; nec ſemper in corporeis viſionibus angelus lucis reſplendeat; ſed quandoque ad ſenſus noſtros illudendos, & mentes noſtras decipiendas, ſub luminoſo amictu, tenebrarum pater lateat; hinc poſtquam finem, ob quem Deus hujusmodi viſiones elargitur, declaravimus, etiam indicia ſeu notas quasdam ſuppeditare neceſſe eſt, ex quibus dignoſci poterit, num in ejusmodi viſionibus Deus, Jeſus Chriſtus, Beatiſſima Virgo, cælites, & ſancti Angeli ex ſancto nos ſuaviter ad perfectionem alliciendi fine appareant, aut utrum dæmon ex perverſo nos fraudulenter in interitum pertrahendi fine ſpectandum ſe præbeat: ſiquidem Deus externis ſenſibus nullum favorem impertitur, quem ejus inimicus imitatione quadam effingere non valeat.

32. Primum veræ viſionis ſignum S. Antonius nobis ſuggerit, prout notat Doctor Angelicus (3. *p. qu.* 30. *Art.* 3.) ſcribens: *Et propter hoc, ut legitur in vita Antonii, non eſt difficilis beatorum ſpirituum, malorumque diſcretio. Si enim poſt timorem ſucceſſerit gaudium, a Domino veniſſe ſciamus auxilium: quia ſecuritas animæ præſentis majeſtatis indicium eſt; ſi autem incuſſa formido permanſerit, hoſtis eſt, qui videtur.* Per quæ

no-

nobis innuitur, quod veræ viſiones in principio timorem, & turbationem excitare ſoleant, prout Mariæ Virgini accidit, quæ *turbata eſt in ſermone ejus* (*Lucæ* 2. *v.* 29.) Zachariæ, qui *turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum* (*ibidem v.* 12.) & aliis Prophetis, prout ſacræ paginæ enarrant. Verumtamen turbationi ocyus lætitia, gaudium, & ſpiritus tranquillitas ſuccedit. Dæmoniacæ viſionis ex oppoſito ab initio lætitiam, & ſenſibilem delectationem afferunt: poſtea autem in triſtitiam, inquietudinem, ac turbationem deſinunt. Hoc ſignum inſuper non modo a S. Catharina Senenſi, & S. Patre meo Ignatio in aureo ſpiritualium Exercitiorum libello, ſed & communiter ab omnibus myſticis Doctoribus aſſignatur.

33. Ex primo ſigno aliud enaſcitur, quod in eo verſatur, quod divinæ viſiones ſemper mentis ſerenitatem & ſuavem pacem in anima relinquant. Chriſtus Dominus poſt reſurrectionem ſuam Apoſtolis apparens in primo ad eos ingreſſu mox & anuntiavit, & attulit pacem, *Pax vobis* inquiens. Idem Chriſtus Diſcipulos ad prædicandi munus emittens imperavit, ut cuivis, cui pedem intulerint, domui pacem afferrent: *in quamcunque domum intraveritis, primum dicite: pax huic domui* (*Lucæ cap.*

10. v. 5.) ut doceret nos, nec ſeſe, nec ſanctos ſuos fidelium oculis unquam apparere, quin eorum mentem ſerenitate, & cor pace replerent. Diabolus e contra ſemper in eorum, quos falſis ſuis apparitionibus illudit, mente turbationem, tenebras, obfuſcationem, agitationem, & inquietudinem relinquit.

34. Tertio viſiones ſanctæ ob lucem, quietem, & tranquillitatem, quam in anima producunt, mentis in Deum elevationem, ac bonam ad orandum diſpoſitionem relinquunt: dæmoniacæ e contrario viſiones, poſtquam falſo quodam guſtu animam recrearunt, tandem animam tædioſam, obtuſam, aridam, ſiccam, faſtidioſam, & ad mentis per orationem in Deum elevationes ineptiſſimam relinquunt: quapropter & anima tam pravos effectus experta fraudem advertit, & a ſe abigit. Prout ſancta Thereſia docet, inquiens: *Ad veram, quam anima habuit, viſionem deſtruendam dæmon quasdam repræſentationes facit; aſt anima eas ita a ſe rejicit, conturbatur, tædio afficitur, & inquietatur, ut devotionem, & guſtum, quem prius habuit, deperdat, & ſine ulla oratione remaneat.* (*in Vita cap.* 28.) Et in veritatis hujus confirmationem propriam allegat experientiam, ſcribens: *Id, ſicut dixi, ab initio ter aut quater mihi accidit.*

35. **Q**uarto : Cæleſtes viſiones profundam, & ſinceram humilitatem animæ ſemper inſtillant; ſuperna enim, quam infundunt, lux proprios defectus, & proprias miſerias magna illi claritate detegit, & quam certiſſime ob oculos ponit, ſeſe his viſionibus de ſuo prorſus nihil contribuere, unde illa non modo nullatenus ſibi complacet, ſed potius profunde humiliatur, & confunditur, quia, ut Gerſon ait, *vera humilitas ſemper exiſtens ſociata viſitationibus bonis, atque divinis dat cognoſcere ad imum, & veraciter defectus ſuos, per quos ſibi homo diſplicet, redditurque vilis & abominabilis in conſpectu ſuo (de contempl. cap. ult.)* Hinc provenit, quod dictæ animæ a ſimilibus favoribus cuicunque demum detegendis quam alieniſſimæ ſint; cumque ut rite dirigantur, neceſſarium ſit, eos patribus ſpiritualibus manifeſtare, etiam ad id non niſi cum multa repungnantia, & ingenti rubore inducuntur. In viſionibus falſis tamen res non ita contingere ſolet, cum enim a patre ſuperbiæ originem ducant, animo eas recipientis quidquam vanæ complacentiæ, ac propriæ exiſtimationis ſemper inſtillant, & non raro certum, quod in anima clam contigit, palam faciendi pruritum inſinuant.

36. **N**otandum tamen, dari poſſe caſum, quo animæ divinæ apparitiones

impertiuntur, & poſtea vanæ gloriæ tentationes ab inimico ſuggeruntur: in hoc caſu ſuperbia patri ſpirituali pænitentis ſui ſpiritum ſuſpectum reddere non debet; cum hæc non ab intrinſeca viſionis ſubſtantia proficiſcatur, ſed extrinſecus ab invido boni ejus dæmone ingeratur. Verum hic quæret non nemo, qua ratione poterit director cognoſcere, num ejusmodi vanæ gloriæ titillatio falſæ apparitionis aut dæmoniacæ ſuggeſtionis, ad evertendum malignis his artibus Dei opus ſuperveniens, effectus ſit? Hac in re hæſitans rem ſic aggrediatur, pænitentem ſuum diligenter examinet, num mox poſt favores a Deo receptos cum vili exiſtimatione & contemtu ſui ipſius humilis & confuſus maneat ita, ut vanæ cogitationis importune & cum magno animæ cruciatu ſuperveniant: in hoc caſu cum fundamento credere poteſt, viſiones a Deo, & vanas cogitationes a turbatore pacis inimico eſſe profectas. Si vero videat, ab ipſis apparitionibus, dum vel præſentes erant, vel ſtatim poſtquam evanuere, arrogantes cogitationes eſſe ingeſtas, quin vera intimæ, quietæ, ſuavis, & ſinceræ humilitatis ſenſa produxerint; ejusmodi viſiones non de cælis veniſſe, ſed ex inferno emerſiſſe, ſine multa hæſitatione credat. Ea ipſa diſcernendi ratione, & prudenti cau-

tela in omnibus aliis, quas hoc tracta-
u dilucidabimus, ſupernaturalibus gratiis
Directorem procedere oportet, cum in om-
nes eædem fraudes irrepere poſſint.

37. Quinto Viſiones Jeſu Chriſti, Mariæ Virginis, & ſanctorum ſemper ſunt decentiſſimæ ita, ut neſcio quid cæleſte, ac divinum, quod aſpicientis animo nitidæ puritatis ſenſa inſtillat, & vultu, & geſtibus præſeferant. Dum diaboli apparitiones ex oppſito, licet Chriſti, aut ſanctorum ejus ſpeciem repræſentent (Deo, ut animæ fraudem detegere poſſint, ita diſponente) ſemper quidquam incompoſiti involvere, & ſpeciatim vel in fronte, vel in manibus, vel in pedibus quoddam feritatis ſignum monſtrare ſolent. Delectatio, quam parturiunt, ſi rite obſervetur, carnem quodammodo redolet, & amor, quem inſtillant, non omnino purus eſt. Ita ſeraphica mater de his viſionibus loquens docet: *Qui veram a Domino viſionem habuerit, id ſtatim advertet: quia etſi cum conſolatione, & guſtu incipiat, anima nihilominus hunc a ſe rejicit: & mea opinione guſtus hic debet etiam eſſe diverſus ita, ut caſti & puri amoris indicia non habeat: unde in brevi oſtendit, quisnam ſit.* Verum preſſius adhuc hac ſuper re S. Bonaventura ratiocinatur. *Non videtur prætermittendum, quod quidam decepti a ſeducto-*

riis ſpiritibus, vel propriis falſi-putant ſibi apparere in viſione vel ſtum, vel ejus glorioſam genitricem lum amplexibus, & oſculis, ſed et decentioribus geſtibus, & actibus a ceri, ut ſicut ſpiritus eorum inte conſolatur ſpiritualiter, ita & caro bi congruo oblectationis ſenſu ſe mulceatur, & carnaliter conſoletur; ſolum eſt falſum, & ſeductorium blaſphemia gravis eſſe comprobatur. ſancti viſitatio ſicut contra omnia mendа, & deteſtanda infunditur, it lariter contra carnis illecebras oppo 7. Proc. relig. c. 18.)

38. Sexto ſanctæ viſiones ſemper erga Deum, affectum ad avulſionem a mundo, mortificatio nitentiæque deſiderium, & in virt ercitio fortitudinem ſecum ferunt; us ex hoc ipſo fine eas ſervis ſu dat, ut ad perfectionem ſcilicet tur. Viſiones falſæ autem nihil nimabus conferunt; imo ſi anima quenter recipiat, eisque adhæreſca continuo vaniorem, parum obedient prii judicii tenacem, ſibi ipſi indul erga alios auſteram, impatientem, ipſius caſtigatione deſtitutam reddu illi reliquum faciunt, niſi exteriore

ſpiritualis ſpeciem, qua deluſa in ſuis erroribus miſella perſeverat: quia dæmon in ſpiritualium perſonarum oculis aut mente varias illuſiones formans alium re ipſa finem non habet, quam ut earum cordibus perverſum ſuum ſpiritum inſtillet, easque ſenſim ſine ſenſu in interitum pertrahat.

39. Septimo dum perſonæ cæleſtes apparent, nil dicunt, niſi quod verum, quod cujusdam momenti, quod ſanctum, quod animæ utile & ad gloriam Dei conducibile ſit; quia de cælis veniunt, ut veritatis, & ſanctitatis ſpiritum nobis conferant. Econtra cum dæmones apparent, aut falſum dicunt, aut res inutiles ac vanas narrant, aut res noxias inſinuant, aut ſi, quod verum ſimul ac bonum eſt, dicunt, id non niſi ex perverſo per veritatem falſo, & per bonitatem malo fidem conciliandi fine faciunt: quia mendaciorum pater, & proditionum, illuſionumque architectus (niſi a ſe ipſo degeneret) certe aliter loqui nequit.

40. Hi jam ſunt præcipui characteres, ex quibus director, ſi diligens hac ſuper re examen inſtituere velit viſiones veras a falſis facile dignoſcere poterit. Nec ſi juxta dicta procedat, de cor-

poreis

poreis duntaxat, de quibus haſtenus diximus, ſed & imaginariis, ac intellectualibus, de quibus poſtea ſermocinabimur, viſionibus rectum ſibi judicium formare poterit: ſiquidem eadem in omnibus veri, aut falſi ſpiritus indicia deprehenduntur.

CAPUT IV.

Monita practica pro directore circa prædictas viſiones corporeas, quæ obſervanda etiam veniunt circa alias viſionum proximis capitibus pertractandarum ſpecies.

41. MONITUM PRIMUM. Director nemini unquam permittat, ut ullam, cujuscunque dein ſpeciei fuerit, viſionem deſideret, aut ejusmodi res ſub qualicunque prætextu a Deo efflagitet. Primo, quia talia deſideria aut ex ſuperbia, aut ſaltem ex curioſitate quadam naſcuntur, prout P. Alvarus a Paz notat (*p.* 3. *L.* 5. *cap.* 10.) inquiens: *Nam indicium eſt ſuperbiæ, aut ſaltem vanæ curioſitatis, velle has res extraordinarias experiri.* Secundo quia ejusmodi deſideria dæmoni anſam ſuas fraudes, quibus anima illuſionibus illaqueetur, machinandi porrigunt. Ea ſolummodo a nobis deſideranda, & ſine intermiſſione a

Deo

Deo poſtulanda ſunt, quibus in nobis ipſis perfectiores, & oculis ejus acceptiores ſimus. Jam vero talia certe non ſunt viſiones, locutiones, revelationes, & prophetiæ, in quibus multum periculi, & parum utilitatis latet: talia autem utique ſunt mortificatio, avulſio a mundo, ſui ipſius abnegatio, Caritas erga Deum, & proximum, & ſpeciatim ſancta humilitas: his enim multo magis quam quacunque alia re cor divinum ad ſua dona nobis impertienda inflectitur. Hæc itaque, non illa perſonam ſpiritualem deſiderare, hæc ingenti cum fervore a Deo efflagitare oportet: unde S. *Bonaventura* bene ait: *Tales viſiones, vel apparitiones potius ſunt formidandæ, quam deſiderandæ* (*ſent. Diſt.* 9. *Art.* 1. *q.* 9.)

42. Monitum Secundum. Si dein contingat, ut anima absque ullo ſuo deſiderio, & præter omnem ſuam exſpectationem incipiat corporalem vel etiam imaginariam aut intellectualem viſionem recipere; directorem pro bono pænitentis regimine duas cautelas meo judicio valde momentoſas adhibere oportet. Præcipiat illi, ut impoſterum, cum ſimile quid apparuerit, ſive dein Chriſtus Dominus, ſive Beatiſſima Virgo, ſive quidam e cælitibus fuerit, viſionem data opera reiiciat, eique totis viribus reſiſtat. Hinc director eruere poterit,

num viſiones ſuo diſcipulo a cælo, num ab inferno immiſſæ fuerint: ſi enim dæmoniacæ fuerint, diabolus conſtanter ſe rejectum videns, confuſus abibit, nec tam cito ſub ementitis ſanctitatis ſpeciebus ſe iterum præſentabit. Uti in vitis patrum de ſancto illo monacho enarratur, qui, dum dæmon in forma Jeſu Chriſti ſe illi videndum dedit, ocyus oculos clauſit, dixitque: *In hac vita Jeſum Chriſtum videre non curo.* Ad quæ verba inimicus ignominia repletus diſceſſit. Si viſiones autem ſanctæ, ac veræ fuerint, nulla in iis repellendis vis, nulla repugnantia juvabit; imo ſi anima ex obedientia, & humilitate reſiſtat, viſio reddetur perfectior; & ſi ab initio corporea fuerit, poſtea fiet imaginaria; aut ſi talis jam fuerit, clarior in poſterum & ſublimior forte evadet: ſaltem uberiores in anima effectus impreſſos relinquet: quia Deus ejusmodi repulſis nullatenus offenditur; imo eas magni facit, in iis ſibi complacet; illasque ob vilem, quam anima de ſe monſtrat, exiſtimationem, ac ob exercitatam ab omni etiam ſpirituali, ac ſancta ſenſibili delectatione cordis avulſionem etiam remuneratur. Et hinc repulſæ, quas S. Thereſia Chriſto apparenti dedit, nihil profuere, quo minus Redemtor ad eam divina ſua præſentia ſæpe dignandam reverteretur. Imo cum ei quondam a ſuis directoribus (præcepto utique impru

pru

entiſſimo) ipſa oratio omnino interdi-
uiſſet; nunquam tamen magis, quam
temporis orationi intenta fuit; eoquod
; eam in quovis loco, quovis tempore,
nedio etiam ſomno ſuis non ſolum lu-
bus invaderet, ſed & affectus abſorbe-
prout de ſe ipſa (*in vita cap.* 29.)
tur: *cum conſcientiæ arbitri hæc mihi ex-
enta, hasque repugnantias imperare inchoa-
favores, & gratiæ majora etiam incre-
n capere inceperunt; cumque me alio aver-
vellem, non poteram oratione exire, imo
n dormiens videbar mihi in ea perſiſtere ---
(quantumcunque etiam vellem, ac cona-
) in mea poteſtate repoſitum erat de illa
cogitare: nihilominus obediebam, quantum
ram; verum parum, aut nihil in hoc evin-
n.* En qualiter repulſæ divinis fa-
bus, ex imperio directorum præprimis,
e eos neutiquam imminuant, imo po-
adaugeant, ac perfectiores reddant. Un-
& dicta ſancta aliis in locis ſuggerit con-
n, ut de animabus ſenſibiles viſionum,
lationum & alios ſimiles favores per-
re incipientibus ejusmodi experimenta
antur, ac tamdiu in iis continuetur,
e dum director earum ſpiritus qua-
tem rite dijudicaverit.

Altera cautela, quam director pæni-
tentibus viſiones recipere incho-

anti-

antibus adhibere debebit, hæc eſt: injungatur illis, ut Dominum Deum ſerio, & ex animo deprecentur, ut ſeſe ſecuriori ad perfectionem via perducere dignetur. Id conſilii a multis myſticis doctoribus & ſuggeritur, & approbatur, ac a ſancta Thereſia per duos integros annos in uſum fuit deductum. Prout ipſa teſtatur (*in vita cap.* 25.) inquiens: *Ego quoque omnem meam orationem eo dirigebam, & quotquot cognoſcebam, Dei ſervos exorabam, ut a divina mihi majeſtate impetraretur, quatenus me alia via ducere dignaretur: & hoc, quod Deum continuo ita deprecarer, duobus ni fallor annis duravit.* Hoc animarum regimen ex duplici ratione quam convenientiſſimum eſt. Prima eſt, quod ſicut ſecuriorem ad Deum perveniendi viam reperire non eſt, quam nulli ſubjectam errori viam fidei; ſic non detur periculoſior, quam viſionum, locutionum, & revelationum via, utpote quæ non modo dæmonum illuſionibus, ac propriæ phantaſiæ deceptionibus, ſed, quod pejus eſt, etiam abuſui, & gratiarum ſine amoris viciſſitudine receptarum neglectui ſubjacet. Neutiquam enim facile eſt animæ, ſeſe extraordinariis Dei favoribus cumulatam videre, & vilem exiſtimationem, ac omnigenum ſui ipſius contemtum conſervare: uti & ſapidiſſimas ipſis etiam corporis ſenſibus communicationes deguſtare, ac in ple-

na ſimul cordis avulſione perſeverare. Unde S. Philippus Nerius præclare dixit, difficile eſſe inter viſiones ſibi nullatenus complacere, difficilius ſeſe iis non reputare dignum, & difficillimum iis ſeſe omnigenis indignum credere, ac ejusmodi ſuavitates naturæ noſtræ ad quamcunque delectationem avidæ adeo blandientes patientiæ, obedientiæ, & contemtui poſtponere; prout tamen, ſi quis ſolide in virtutibus proficere velit, fieri oportet. Quis itaque non perſpicit, quantopere & animæ conveniens & Deo gratum ſit, ſi anima ſe per adeo luminoſum & deliciosum iter, quale divinorum blandimentorum via eſt, introductam videat, & ex propriæ fragilitatis timore per illud incedere recuſet, ſique per magis tenebroſam, & minus ſuavem puræ fidei viam duci inſtanter poſtulet ſola ea de cauſa, quod eam minus periculoſam eſſe agnoſcat, & per eam majori cum ſecuritate ad Deum pertingere ſperet? Altera, ob quam animam hac ratione dirigi convenit, ratio eſt bona aſſuetudo, cui inducendæ mox ab initio, dum ſenſibiles gratias recipere incipit, ſtudere debet. Si perſona enim Deo frequenter ſupplicare aſſueſcat, ut ejusmodi gratias a ſe removere, & aliis dignioribus conferre dignetur, ab iis deſiderandis haud dubie valde eſt remota: ſique Deus dein ſimile

quid impertiri velit, cum timore & plena cordis avulſione id recipiet. Hoc ipſum autem eſt, quod hujusmodi favores animabus fructuoſos reddit, ut brevi declarabimus.

44. MONITUM TERTIUM. Si, poſtquam pænitens Deum, ut ſe per viam minus ſcabroſam ducere dignetur, multoties rogaverit, & viſionibus occurrere ſolitis ſæpius reſtiterit, director has non ceſſare, ſed potius augeri videat, tunc attente diſcutiat, num dictæ viſiones ſanctos, & ſpeciatim ſuperiori capite enumeratos effectus, tanquam indubitatos boni ſpiritus characteres in anima relinquant. Sique hos inveniat, præcipiat diſcipulo, ut absque ulteriori repugnantia ſe ſpiritu divino duci ſinat, nec novis repulſis ſeſe opponat: quia in hoc caſu prudenter credere poteſt, tales viſiones oriri a Deo, cujus ſpiritui, ſi ſufficienter probatus, ac ut talis agnitus fuerit, reſiſtere non licet. Juxta hanc ipſam normam S. Franciſcus Borgia ſpiritum S. Thereſiæ direxit. Duo jam effluxerant menſes, ex quo illa ſecundum patrum ſpiritualium præceptum omnibus, quibus Dominus eam demulcebat, viſionibus, donis, & favoribus ingenti niſu reſiſtere conabatur: cum dictus ſanctus Avilam eſt delatus, & iſta ſuam oratio-

nem

nem & gratias à Deo in ea acceptas cum illo conferre expetiit, obtinuitque. Poſtquam illam audierat, ſequens ei reſponſum dedit, prout ipſa ſancta (*in vita cap.* 24.) refert: *ſpiritum eſſe divinum, nec ſibi utile videri, ulterius reſiſtere, licet hactenus bene actum fuerit, impoſterum autem injunxit, ut orationem ſemper a quodam Dominicæ paſſionis Myſterio inchoarem: & ſi dein (absque proprio conatu) Dominus ſpiritum meum elevaret, ut non reſiſterem, ſed majeſtatem ſuam operari ſinerem, aliter autem agere jam errorem dicebat. Prout vir hic in via ſpiritus magnis paſſibus progrediebatur, ſic & medicinam, ac conſilium optimum ſuggeſſit. O quantopere hac in re non juvat experientia?* Hic director advertet, quod S. Borgia non ſolum S. Thereſiam viſionibus, & aliis in piis ſuis orationibus accipi ſolitis gratiis novas repugnantias opponere prohibuerit; ſed etiam addiderit, ulterius repugnare errorem eſſe: eoquod veri ſpiritus characteres in ea invenerit, & ex altera parte ſanctam repugnando & orando cæli favoribus jam ſatis reſtitiſſe viderit. Sub tanti ſancti magiſterio itaque diſcat director, qualiter ipſe in ſimilibus caſibus ſe gerere debeat.

45. Monitum Quartum. Ulterius progrediendo jam videamus, quid agendum ſit animæ, quam viſionibus, utpo-

te ſolido cum fundamento a Deo provenire exiſtimatis, non amplius reſiſtere oportet. Circa ejusmodi animas tota induſtria, tota attentio, & tota ſollicitudo directoris in id intenta eſſe debet, ut viſiones (idem de locutionibus ſuo loco explanandis dicendum) cum plena cordis avulſione recipiant: ut ſe iis ocyus exſpolient, de iis non cogitent, nec reflexiones ſuper iis inſtituant, ac ſi eas nunquam accepiſſent; utque ſuas inter orationes in lumine fidei cum Deo converſari pergant; ſolos bonos, quos dictæ viſiones animæ impreſſos relinquunt, effectus ſi excipias; his enim ad virtutum exercitationem eas uti oportet. Doctrinam hanc S. Joannes a cruce paſſim inculcat (*Lib. 2. cap. 11. 16. & alibi in Aſcen. Mont.*) Ut autem rite intelligatur, ac ejus convenientia agnoſcatur, notanda quædam præmitti neceſſe eſt.

46. Primo oportet diſtinguere gratiam, quam Deus per dictas viſiones ſenſibus externis, aut etiam internis elargitur, ab effectibus, qui ab iisdem viſionibus in anima eas recipiente producuntur; aut, ut alii myſtici Doctores loquuntur, diſtinguendus eſt ſuccus, & medulla gratiæ a cortice ejusdem gratiæ. Cortex gratiæ eſt clara & diſtincta rei ejusdam repræſentatio, quæ, ſi viſio corporea ſit, in oculo; ſi au-

tem

tum imaginaria fuerit, in mente efformatur. Succus autem, & medulla gratiæ ſunt ſalutares effectus, quos divina illa repræſentatio animæ inſculptos relinquit: E. g. ſubmiſſa & humilis ſui ipſius cognitio certæ internæ exinanitioni conjuncta, ingens & forte ad veram virtutem incitamentum, delectatio omni ſeſe bono opponenti difficultate ſuperior, ingens a rebus creatis avulſio, vivum patiendi deſiderium, & ardens aut Dei, aut alterius rei divinæ amor, & ſimilia.

47. Secundo ſcire oportet, dictos effectus a viſionibus in anima produci, ſive hæc eas admittat, ſive non admittat: ſive ſe ſuper iis reflectat, ſive cogitatus ſuos aliorſum vertat & ſe abſtrahat: ſicut enim viſiones a noſtra acceptione non pendent, ſed vel in noſtris oculis, vel in noſtra phantaſia, vel in mente ſine noſtro conſenſu paſſive producuntur; ſic & earundem viſionum effectus a noſtra acceptione neutiquam pendent, ſed quam primum propoſitæ ſunt (ſive videns in iis ſe detineat, ſive non) ocyus in anima absque ulla propria induſtria, aut cenſenſu efficacia quædam ad virtutem incitamenta, & fortes ad bonum inclinationes producuntur. Id quod præditus ſanctus ſequenti ſimilitudine egregie declarat. Pone, quod quis manum tuam

candenti ferro tangat, aut percutiat, & certe (velis nolis) manui tuæ ambuſtio, ac plaga impreſſa adhærebit, quia ſicut igniti illius ferri contactus ſine tuo conſenſu contigit, ſic etiam plaga, qua certus ejusmodi tactus effectus ſine ullo tuo conſenſu ſequi debuit. Id ipſum jam in caſu noſtro dicendum.

48. Tertio oportet menti profunde imprimere hanc veritatem, quod totum viſionis bonum nequaquam in repræſentatione objecti, & ſi hoc ſupernaturale ac divinum fuerit, ſed unice in ſanctis, quos producit, effectibus conſiſtat: & hinc hi ſoli ejusmodi gratiarum ſuccus & medulla ſunt; repræſentatio illa autem ejus duntaxat corticem, ut jam dixi, conſtituit. Hoc adeo verum eſt, ut, ſi viſiones ſalutares hos effectus ſecum non ferrent, animabus noxiæ potius, quam utiles forent, nec Deus eas ſervorum ſuorum vel uni unquam impertiretur. S. Joannes a cruce ſparſim in pluribus præcitati operis locis rei hujus rationem reddit. Primo quidquid noſtris ſenſibus ſive externis ſive internis viſione etiam ſupernaturali & divina repræſentatur, proximum ad animam unione amoris cum Deo conjungendam medium eſſe nequaquam poteſt: quia ſenſus noſtri etiam angelico adjuti miniſterio objecta ſua nulla alia ra-

tione,

tione niſi per formas & corporeas figuras exprimere poſſunt: Deus autem per has repræſentari omnino non poteſt; ſiquidem neque figuram habet, neque ſpeciem, quæ ejusmodi imaginibus ſive ocularibus ſive phantaſticis exprimi poſſet. Sola fides proximum nos Deo per amorem uniendi medium eſt: quia hæc ſola nobis Deum (obſcure licet) repræſentat, prout in ſe ipſo eſt, ſcilicet infinitum, immenſum, incomprehenſibilem, ineffabilem, inacceſſibilem. Quod ſi his fidei tenebris quidam aut ſuavis lucis, aut doni ſapientiæ, aut doni intellectus radius ſuperveniat, fides ſic illuſtrata jam dulci amore animam Deo conjungit. Ex quo conſequitur, quod totum viſionum ſenſibus impertitarum bonum in ſanctis, quos animæ relinquunt, effectibus conſiſtat, utpote quibus remote ſaltem ad unionem cum Deo diſponitur. Quod ſi hoc non eſſet, nulli eſſent uſui, niſi ad fidei ſenſibus inimicæ perturbationem procreandam.

49. Secundo nil facilius, quam ſenſibilibus his viſionibus ob ingentem, qua ſenſitivum appetitum perfundunt, delectationem adhæreſcere, ac perdere ſpiritus nuditatem, quæ tamen ad ulteriores in via rationis progreſſus, & ap adpropinquandnm Deo tantopere neceſſaria eſt. Ex ejusmodi

di adhæſione autem tanquam ex radice ſibi propria certa quædam, quam anima de ſe ipſa concipit, oblectatio, ac vana ſatisfactio enaſcitur; quatenus coram Deo, a quo varios in ſe favores redundare conſpicit, ſibi jam quidquam eſſe videtur: quæ omnia ſpiritui periculoſa, imo fatalia ſunt; non enim eum duntaxat, ut alii defectus ſolent, debilitant, ſed omnino extinguunt. Quapropter quis non videt, dictas viſiones, niſi ſancti, quos animæ imprimunt, effectus hæc omnia compenſarent, potius ut noxias fore fugiendas?

50. Tertio. Viſiones multis illuſionibus ſunt expoſitæ, nec reperire eſt animam, etiam recto Dei ſpiritu gubernatam, quæ inter multas ſanctas viſiones non quandoque vel a dæmone, vel a propria phantaſia decipiatur. Ita ut viſiones, niſi ſanctitatis effectus ſecum ferrent, etiam ex hoc capite potius pertimeſcendæ, quam deſiderandæ eſſent.

51. His omnibus poſitis jam videt director, qualiter ſe cum animabus viſiones, etiam bonas, & ſanctas recipientibus gerere debeat. Præcipiat illis, ut ejusmodi apparitionum ſuccum ac medullam arripiant, & nullius frugis corticem relinquant. Volo dicere; imperet iis, ut, poſtquam vi-

ſio

ſo præteriit, ſeſe ea ocyus exſpolient, nec ſenſibili: quam ejus recordatio ingerit, delectatione ineſcati ſuper ea ſe reflectant, aut in ea ſe detineant: ut ſanctos ſolummodo, quibus ſe jam accenſas ſentiunt, affectus amplectantur, profundas ſcilicet humiliationes, generoſam ab omnibus creatis avulſionem, vehementia ſe caſtigandi, pro Deo operandi, ac patiendi deſideria, caritatem erga Deum, amorem ac Zelum verſus proximum, & alios ſimiles, qui ad ſolidarum virtutum exercitationem ſpectant. Præterea cavendum, ne cæleſtium, quas viderunt, perſonarum objecta in ſuis agendis ſibi ob oculos ponant; ſed ut oculos in veritatibus fidei defigant, easque contemplentur ejusdem fidei lumine; hæc enim ſola & ſecure ad Deum perducit, & cito cum illo conjungit. Hunc dirigendi modum hæc duo emolumenta certo ſubſequentur. Primo quod anima omne viſionum bonum apprehenſura, & quidquid in iis periculoſum eſt, ſit relictura: in quo ipſius Dei ntentionem adimplebit; is enim viſiones, evelationes & ſimilia impertiens juxta ſuerius dicta alium ſibi non præfigit finem, uam ut animabus prædicti, quibus ad irtutem exſtimulentur, ſupernaturales effe:us profunde inſculpti hæreant. Præte:a hoc ſequetur, quod anima hujusmodi iſionibus, & reſultanti inde delectationi

non ſit adhæſura: multo autem adhuc minus vana quadam complacentia capietur; ſiquidem omnibus, uti ponimus, ocyus ſe exſpoliabit. Neque etiam illuſionibus erit expoſita; nam licet dæmon ad eam decipiendam forte ſe ingerat, omnigena tamen illa exſpoliatione omnes ejus machinationes irritas redderet ac inanes ita, ut omni fruſtrarentur effectu. Et tandem a via fidei nunquam aberrabit, quæ recto ad Deum tramite ducit, & ſola amoris vinculo nos Deo conjungere poteſt. Sic omnia evitabuntur detrimenta, quæ ex viſionibus, niſi convenienti modo recipiantur, oriri poſſunt.

52. Hanc dirigendi normam ſuggerit, & frequenter inculcat S. Joannes a cruce: verum jam ante illum hæc a S. S. Patribus fuit tradita, & poſt illum ab omnibus quaſi majoris authoritatis Doctoribus myſticis præſcripta. S. Dionyſius Areopagita ſuo Timotheo ſuggerit conſilium, ut ad unionem cum Deo conſequendam omnes ſenſuum operationes, ad quas haud dubie etiam viſiones (de quibus hic ſermo eſt) ſpectant, deſerat. (*Myſt. Theol. c.* 1.) *Tu autem, Timothee, circa myſticas viſiones forti contentione ſenſus relinque*, id quod etiam ſæpius inculcare pergit. S. Auguſtinus id ipſum docuit. (*Medit. c.* 27.)

27.) inquiens: *tranſeat anima, & tranſcendat omne, quod creatum eſt; currat & aſcendat velocitur, & pertranſeat, & in eum, qui creavit omnia, quantum poteſt, oculos fidei dirigat.* Verum S. Bernardus hanc ſummi momenti doctrinam clarioribus adhuc verbis dilucidat, dum verba illa Evangelii, quæ ſalvator a mortuis redivivus apparens ad Magdalenam dixit, *noli me tangere*, contemplans, (*in Cant. ſerm.* 38.) ſcribit: *Noli me tangere; hoc eſt, deſueſce huic ſeducibili ſenſui, inniti verbo fidei aſſueſce; fides neſcia falli, fides inviſibilia comprehendens ſenſus penuriam non ſentit; denique transgreditur fines rationis, humanæ naturæ uſum, experientiæ terminos. Quid interrogas oculum, ad quod non ſufficit? Et manus quid explorare conatur, quod ſupra ipſam eſt? minus eſt, quidquid illa vel ille renuntiet. Sane fides pronuntiat de me, quæ majeſtati nihil minuant: diſce id facere certius, id tutius ſequi, quod illa ſuaſerit.* Dumque ſacrarum litterarum interpretes illa verba ſalvatoris ad Apoſtolos: *ſi autem non abiero, Paraclitus non veniet ad vos* declamant, duce D. Auguſtino dicunt, quod impedimentum adventus Spiritus ſancti neutiquam ex parte perſonæ Chriſti ſe tenuerit, ſed repoſitum fuerit in Apoſtolis ob materialem & ſenſibilem adhæſionem, qua propter familiarem cum ſalvatore converſationem ſacratiſſimæ ejusdem humanitati ag-

glu-

glutinati erant: & hinc Chriſti diſceſſu opus erat, ut Apoſtoli imperfectam adhæſionem illam deponerent, & in obſcura fide poſiti ad Spiritus conſolatoris adventum ſe diſponerent. Ecce hic! quantopere verum ſit, quod anima rerum divinarum viſiones recipiens ſeſe his quantocyus exſpoliare, in pura fide ſe reponere, & ſolos, qui impreſſi relinquuntur, effectus in ſuos uſus convertere debeat: niſi velit, ut ipſæ viſiones, & ipſa cum cæleſtibus perſonis familiaritas etiam ſibi, prout Apoſtolis contingit, ſpiritus ſancti, qui vinculo caritatis Deo conjungit, adventum impediant.

53. Verum hic non nulla dubia in directoris animo oriri poſſunt, quæ, ut in animarum regimine ſine offendiculo per hanc viſionum viam progrediatur, dilucidari oportet. Primo poſſet dubitare, num a prædictis regulis diſpenſanda ſit anima, cujus phantaſiæ viſio quædam profunde inſculpta hæret, ita ut ſe ab illa abſtrahere nequeat. Secundo poſſet naſci dubium, num perſona magnæ ariditatis tempore præteritam viſionem ideo in memoriam revocare non poſſit, ut illius reminiſcentia conſternatus & depreſſus ſpiritus denuo excitetur. Primum dubium in verarum viſionum proprietate fundatur: hæ enim adeo vivam ſui ſpeciem memoriæ imprimunt, ut ordinarie etiam

poſt multorum annorum lapſum nulla oblivione deleantur: id quod non contingit in falſis viſionibus, utpote quæ paulo poſt e memoria evaneſcunt. Secundum dubium in alia quadam ſanctarum viſionum proprietate radicatur, quæ in eo conſiſtit, quod in memoriam revocatæ illos ipſos, quos primo produxerunt, in anima effectus removent: licet id non eadem vivacitate, ac efficacia, ſed in gradu multo remiſſiore fiat: id quod rurſus in dæmoniacis viſionibus non uſuvenit; ex iſtis enim, neque dum præſentes ſunt, neque dum in memoriam redeunt, ullus ſanctus effectus enaſcitur.

54. Ad primum dubium reſpondeo, quod anima in hoc caſu imaginem phantaſiæ tanta vivacitate impreſſam quodam fidei principio corrigere, ac elevare debeat. Vidit quisquam exempli cauſſa in ſacra hoſtia luminoſum ac ſpecioſum puerum Jeſum: jam quotiescunque ſanctiſſimam Euchariſtiam denuo intuetur, etiam illa imago cum multa animi oblectatione ſeſe repræſentat ita, ut eam quaſi rurſus aſpicere ſibi videatur. Hic jam ſic agendum: pium hoc phantaſma quadam fidei veritate emendet, dicatque, Redemtor ſub ſacramenti ſpeciebus inviſibili modo abſconditus ſine comparatione pulchrior, ſpecioſior, magnificentior, ac amabilior eſt: & in obſcuro hoc fidei

prin-

principio dein eum contempletur, adametque. Alius quidam vidit Chriſtum glorioſum, aut in cruce doloribus immerſum, huncque ſemper ſibi præſentem habere videtur. Is ſenſibilem hanc imaginationem nobilitet, & per fidem ab objecto, quod videt, progrediatur ad aliud, quod non videt. Cogitet hominem illum ulceroſum ac afflictum eſſe Deum infinitæ majeſtatis, infinitæ potentiæ, & infinitæ magnitudinis &c. Ex quo conſequetur, quod amor, qui erga Chriſtum totus tener, ac ſenſibilis fuerat, tranſiturus ſit in amorem ejusdem Chriſti magis ſpiritualem, ac puriorem. Quibus tamen neutiquam innuere volo, quod de Jeſu Chriſto, & ſacratiſſima ejus humanitate cogitandum non ſit: errorem hunc alibi jam impugnavi. Dico, quod etiam poſt viſiones de illo cogitare debeamus, non tamen ita, ut in materiali illa, quæ ſenſum cum periculo adhæſionis oblectat, imagine, ac repræſentatione nos detineamus, ſed ita ut per cognitionem fidei, quæ magis ſpiritualis eſt ac perfectiorem & puriorem in ſpiritu amorem perducit, eandem ſenſibilem repræſentationem elevemus, ac nobilitemus. Id ipſum de Mariæ Virginis, Angelorum, Sanctorum viſionibus dico: a materialibus ſcilicet menti vehementer impreſſis viſionibus animam progredi oportet ad id, quod ſancta fides de

ſan-

ſtorum potentia, dignitate & gloria nos
et, & hac duce obſequii, veneratio-
, precum, & ſimiles actus erga eos
t exercendi. Hac ratione viſiones li-
profunde in animo radicatæ nullum
itati ſpiritus detrimentum afferent.

Ad ſecundum dubium dico, quod ariditatis tempore ſopitum ſpiri-
i excitandi cauſſa malum non ſit, ſen-
lem, quam perſona alio tempore acce-
, viſionem in memoriam revocare: hac
men cum cautela, ut anima poſt obten-
m bonum dictæ excitationis, & mentis
Deum elevationis effectum viſionis il-
s corticem relinquat, & in pura fide
n Deo converſetur. Imo etiam aridita-
tempore ſimilium recordari non eſt
lum, dummodo dicta cum cautela pro-
latur. Quapropter notandum, quod,
n dicimus animam, poſtquam viſiones
epit, ſuper iis ſe non reflectere, ſed
us exſpoliare debere, neutiquam ve-
us dicere, quod tanta non poſſit in-
ui reflexio, quanta ad mentem cum
vitate, & pace per fidem ad Deum
randam requiritur: talis reflexio enim
onem cum Deo non impedit, imo ad-
are potius poteſt. Eas duntaxat ani-
s erroris arguere intendimus, quæ ſpe-
s a viſionibus remanentes data opera

in

in memoria conſervant, ac velut in tabulario, prout S. Joannes a cruce loquitur, diligenter cuſtodiunt, in illis ſe fundant, illiſque innituntur cum detrimento fidei: hæc enim neutiquam per viam viſionum ingreditur, ſed ſupernas, ac divinas veritates in obſcurō contemplatur. Illas inſuper etiam reprehendere cupimus animas, quæ ſuaves ejusmodi apparitiones ob guſtum, & ſpiritualem, quam in earum reminiſcentia ſentiunt, delectationem identitem recogitant: & licet ſibi ex hoc fine id non agere videantur; ex ipſo tamen operandi modo apparet, quod ſpiritualis hæc gula, & hoc ſpirituali profectui ſumme noxium amoris proprii pabulum re ipſa lateat: quia a viſibili, quo delectantur, objecto neutiquam curant tranſire ad inviſibile, quod fides eas docet; licet ſola hac fide ſpiritum ſolidum, & purum amorem infundi exploratum ſit. His de cauſis animabus viſiones accipientibus tantopere inculcamus, ut ſanctos, quos relinquunt, effectus amplectantur, cæteroquin autem ocyus ſe exſpolient, ac mentem in Deum elevatam conſervent. De reliquo autem, dummodo debitæ cautelæ adhibeantur, neutiquam prohibemus eas in memoriam revocare occaſione ariditatum, & multo minus occaſione exercendarum virtutum, ſi experientia doceat, magnum vigorem & multas ad o-

pe-

perandum vires ex ejusmodi recordatione derivari.

56. MONITUM QUINTUM. Omnia hactenus dicta valent in caſu, quo Director pænitentis ſui viſiones ex effectibus quos videt, & experimentis, quæ cepit, a ſupernaturali, ac ſancta cauſſa proficiſci judicat. Si vero eas dæmonis illuſiones eſſe dignoſcat, aut rite fundatam de hoc ſuſpicionem habeat, diverſa agendi norma eſt apprehendenda. Tum diſcipulo præcipiendum, ut omnia cum nauſea conſtanter rejiciat, ut ad primum falſarum imaginum conſpectum ſanctæ crucis ſigno ſe obarmet, ut contra faciem inimici ad eum in fugam agendum aquam benedictam ſpargat, ut pro præſidio contra communis adverſarii fraudes ad Deum ac Beatiſſimam Virginem e veſtigio recurrat, ut expreſſum ſine mora a conſpectu ſuo aufugiendi mandatum illi imponat: præprimis autem tali diſcipulo injungendum eſt, ut ſub nullo inimici aſtus eludendi prætextu orationem omittat: quia dæmon quandoque, etſi jam detectus, cum ſuis illuſionibus eum in finem ſæpius redit, ut anima vel perterrefacta, vel faſtidio afflicta ab oratione deſiſtat. Quapropter director ei auctor potius ſit, ut omnes ob oculos poſitas repræſentationes modo jam dicto deſpiciat, mentem ad Deum erigat, per

fidem in eo ſe abſcondat, & luminis ab eadem fide ſuppeditati ope in congruis affectibus ſe exerceat. Interea tamen nullatenus approbo, quod a non nullis in tali caſu ſuaderi ſolet, ut ſcilicet Jeſu Chriſti, Mariæ Virginis, aut ſanctorum figuræ, quibus apparens dæmon ſe occultat, indecoris geſtibus, aut ſputis in faciem miſſis dehoneſtentur: quia, ut quidam magni nominis Theologus ad S. Thereſiam bene dixit, Redemtoris, ejus matris, ac ſanctorum imaginibus reverentia debetur, etiamſi ab ipſo dæmone efformatæ ſint; prout omnino Chriſti imaginem perfidi, ac ſcelerati pictoris manu depictam revereri non omittimus.

57. MONITUM SEXTUM. Dum Director tot ingentia, quæ in viſionibus & revelationibus occurrunt, pericula audit; & tot tradita pro animabus per extraordinarias has, quibus Deus eas ducit, vias rite dirigendis monita percipit, nullatenus vellem, ut ab ejusmodi favoribus certum horrorem conciperet, & eos accipientibus prorſus incredulum ſe exhiberet: hoc etenim aliud non foret, quam id ipſum, quod ſancta Magiſtra noſtra tantopere vituperat (*fund. c.* 13.) ſcribens: *Quibusdam perſonis terrorem incutere videtur, ſi viſiones, aut revelationes vel nominari duntaxat audiant. Verum ego*

nunquam capio, qua de cauſſa adeo periculoſum judicent, ſi Deus animam per hanc viam ducat, & unde ſtupor hic oriatur. Paulo poſt dein ſubjungit: *ejusmodi animæ paucos adibunt conſcientiæ arbitros, a quibus non perterrefactæ dimittentur. Certe tantum illis timorem non incutiunt, dum a diabolo varia ſpiritus blaſphemiæ genera, vel res ineptas, & inhoneſtas ſibi repræſentari ajunt; quantum eos offendunt, dum angelum a ſe viſum aut loqui auditum eſſe dicant, vel quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus cruci affixus ſibi apparuerit.* Ita mater ſeraphica: quodque magis mirandum, tales ordinarie viri litterati ſunt, qui ſanctorum vitas continuo perlegunt, hiſtorias Eccleſiaſticas frequenter manibus terunt, & hinc propriis quaſi oculis vident, in Dei Eccleſia vix ullam ſanctarum, aut quemdam ſanctorum confeſſorum exſtitiſſe, qui vivens in carne mortali non vel viſiones, vel alios ſimiles, quos illi adeo perhorreſcunt, favores receperit. Ita ut hanc brevem, & quaſi compendiariam in brevi ad ſanctitatis faſtigium pertingendi viam eſſe, ipſi diffiteri nequeant. Verum unde, quæſo, hic nimius eorum timor oritur? Exinde enaſcitur, quod harum rerum ſtudio ſe nunquam ſerio impenderint, & quod extraordinarias, quibus Deus non nullas animas ad perfectionem ducit, vias nunquam attente conſiderare conati ſint. Et hinc illis contingit, prout diſcipulo ac-

cidere amat: is enim de doctrina, cujus ſtudium neglexit, a Magiſtro interrogatus ad primas mox quæſtiones expalleſcit, ac timet: cum lætaretur potius, ſi poſt diligens ſtudium ſolidam ejusmodi rerum ſcientiam poſſideret.

58. Caveat itaque director, ne in vituperabiles hos exceſſus prolabatur, qui neque animabus quidquam utilitatis conferre, neque ad rectum earum regimen conducere poſſunt. Nullatenus nego, quod divinæ viſiones & etiam locutiones (prout non modo ſupra jam annotavimus, ſed & quotidie nimium quantum contingere videmus) multis ſubjectæ ſint illuſionibus, ac quod quædam animæ ſupernaturalibus hujusmodi donis non eo, quo oporteret, modo utantur. Unde, cum illis graduum loco, quibus in ſublime aſcenderent, ſervire deberent, offendiculo fiunt, ut in ima deſcendant. Verum hæc omnia opinionem, ac exiſtimationem, quam de illis fovere debemus, nulla ratione imminuere debent; cum tandem magnæ tamen Dei gratiæ, & efficaciſſima ſalutis, ac perfectionis noſtræ ſubſidia ſint: ſed prudentes duntaxat, & circa animarum directionem cautos ea nos reddere debent, ne & animæ nobis concreditæ iisdem illuſionibus aut damnis illaqueentur, in quæ aliæ animæ ex cautionis defectu inciderunt.

Nec

lec hæc nimium in nobis timorem exci-
ıre, ſed attentionem ſolummodo, ne erre-
ıus, acuere debent: quia per Dei gratiam
ıon deſiderantur regulæ, nec unquam de-
rit lumen, ac adjutorium a Domino, vi
uorum non ſolum ſpiritus falſus a vero
iſcerni, ſed & ſpiritus ita dirigi poterit,
t ex favoribus a Deo impertitis proficiat.
t ad ipſum hunc ſcopum monita & ha-
enus tradita, & ſubſequenti capite ſugge-
ında tendunt.

9. MONITUM SEPTIMUM. Verum neque vellem etiam, ut director in aliud
ɔpoſitum extremum impingeret, quatenus er-
ı hæc gratiarum genera juſto amplius incli-
ıtus ſe viſionibus, & revelationibus nimi-
n amicum, ac erga eos, qui tales re-
piunt, nimium affectum exhiberet: Ex
ɔc enim duo gravia ſequerentur incom-
oda. Primum eſt, quod hac ratione par-
ım ſtudio addictus judex fieret, ſive quod
l rectum judicium ferendum ſeſe ineptum
dderet: ſua enim erga ejusmodi favo-
s inclinatione, ac affectu deceptus ſem-
r propenderet ad decidendum in favorem
ænitentis non ſine magno ejusdem peri-
ılo. Alterum eſt, quod, ſi ipſe viſionum
mius amator foret, ſpiritum hunc ſibi
oprium haud dubie etiam animabus a ſe
rectis eſſet impreſſurus. Audiat, quid

S. Joannes a cruce (*in Aſcenſ. Mont. L. 2. c.* 18.) hanc in rem dicat: *Videtur mihi, nec aliter ſe res habet, quod ſi ſpiritualis vitæ Pater ad revelationum ſpiritum* (idem de aliis gratiis intelligendum) *ita fuerit proclivis, ut illas magni pendat, in illiſque complacentiam & ſatisfactionem ſentiat; non poterit* (*licet hoc minime advertat*) *non imprimere ſpiritui diſcipuli, illam ipſam earum ſatisfactionem, & exiſtimationem, niſi forte diſcipulus majori quàm ille perfectione polleat: & quamvis polleat, ſi ſub ejus cura ſpirituali diutius perſtiterit, inſigne poterit illi afferre detrimentum.* Via itaque media director incedat oportet, ſi in animarum regimine bonum ducem agere velit: non ſe exhibeat viſionibus, & revelationibus inimicum: cum id manifeſtus error ſit; nec nimium etiam iis faveat, quia ingentis periculi res eſt; non eas perhorreſcat; quia id ſtultitiæ eſt; non eas nimium amet, aut æſtimet; quia id debilis ſcientiæ eſt.

60. Mediam autem inter vitioſa hæc duo extrema viam ingreſſuro mea opinione hæc obſervanda veniunt. Primo foveat director viſionum ac revelationum exiſtimationem, eo quod dona Dei ſint; exiſtimationem tamen moderatam ita, ut exactam earum ideam ſibi conciliet, cogitetque eas equidem eſſe Dei dona, ſed dona in-

inferioris ordinis quam gradus orationis ſuperiori tractatu dilucidati; cum animam, quæ eas accipit, ex ſe ipſis non ſanctificent: ſiquidem non ſolum imperfectis, ſed etiam peccatoribus dari poſſunt. Secundo animam ejusmodi favoribus ditatam non ſolum nullatenus ſanctam reputet, ſed nequidem propter eos cor ſuum erga illam magis affici patiatur: viſiones enim, & revelationes in ſe ipſis conſideratæ nos neque meliores, neque pejores faciunt: ex bono duntaxat earum uſu notabiles in perfectione progreſſus ſequi poſſunt. Tertio caveat director, ne etiam moderatam illam, quam de hujusmodi gratiis animo fovet, exiſtimationem ſuis pænitentibus unquam manifeſtet; ſed poſtquam eos audiit, concludat cum imperio, ut ſe exſpolient, ſubjungatque, ſanctitatem non in ejusmodi rebus; ſed in humilitate, obedientia, ſui ipſius abnegatione, patientia, ac præprimis in humilitate, & caritate conſiſtere, ad quarum proin & omnium aliarum virtutum exercitationem animandi ſunt. Hæc mihi via illa media videtur, per quam director unacum ſuo pænitente ſecurus incedet.

1. MONITUM OCTAVUM. Notandum directori quod a prædictis duobus axiis extremis alia duo non minus per-

nicioſa enaſcantur, a quibus eum, ſi per virtutis ac prudentiæ medium progredi cupiat, ſolicite declinare oportet. Patres ſpirituales viſionibus, & revelationibus infenſi nolunt aures præbere perſonis, quæ ſe in ſuis orationibus ejusmodi favores recipere dicunt; dumque quædam de his rebus ſermonem inferre incipit, illi mox os obturant inquientes: *de tuis peccatis te accuſa: has res nolo audire: ſunt tuæ inſaniæ: phantaſiæ tuæ deliria ſunt.* Ego ſane nunquam capere potui, quid boni ex tam inconvenienti & ſanæ rationis experte procedendi modo in animas derivari poſſit. Quandoquidem, uti ego arguo, vel anima in ſuis viſionibus a dæmone eſt illuſa, vel a propria phantaſia decepta, vel a Deo favoribus excepta; ſi a dæmone illuſa eſt, illuſiones haud dubie creſcent, niſi ſit, qui eam audiat, dirigatque. Si propria eam imaginatio decipit, melancholicis aut præpoſteris ſuis ſpeciebus continuo magis implicabitur, ſi, qui a confeſſionibus & ejusmodi malorum medicus eſt, eam non admoneat, & debilem ſuam phantaſiam gubernandi modum edoceat. Si vero divinos recipiat favores, qualiter paupercula viam adeo periculoſam ſine duce, ac directore ſecure perficiet?

62. **Adde, animas, quæ veras ac ſanctas**

tus viſiones accipiunt, ſummam in iis manifeſtandis difficultatem, & extremam quaſi repugnantiam reperire. Quapropter ſi contingat, ut a ſacro quodam judice perterreſiant, ac aſperis verbis illis os occludatur, ad illud rurſus aperiendum ſane difficulter inducentur. Audiamus, quid hac de re ſentiat S. Joannes a cruce (*in Aſcenſ. mont. L.* 2. *Cap.* 22.) inquiens: *non propterea debent patres ſpirituales alienos ſe ab illis* (revelationibus ſcilicet) *oſtendere, neque uſque adeo repellere, & irridere, ut ſeſe cohibendi, & ne illa manifeſtare audeant, præbeant occaſionem.* Ita hic ſanctus. In ſolis duobus caſibus, ut ego puto, cum pænitentibus procedendi modus aſper eſſe poſſet. Primo in caſu, quo patri ſpirituali compertum eſt, a perſona quadam, ut magnæ virtutis famam ſibi conciliet, viſiones fingi. Secundo in caſu, quo perſona ſæpius monita, ut ejusmodi res jam manifeſte agnitas, ut falſas deſpiciat, Dei miniſterio ſuum judicium ſubmittere, & obedientiam exequi detrectaret. Extra geminum hunc caſum ejusmodi agendi ratio non niſi in detrimentum & ruinam animarum vergere poteſt. Si director autem viſionibus nimium addictus ſit, impinget in extremum oppoſitum: ſuo enim genio abreptus cum pænitentibus diutius, quam eorum neceſſitas exigat, converſabitur: longiſſimos

mos de ejusmodi materiis ſermones cum illis miſcebit: conſumet in his multas ac ſæpe repetitas horas, ac medios ſæpe dies, ut propriæ potius inclinationi, & guſtui, quam alienæ neceſſitati ſatisfaciat. Iſte eſt alter periculoſiſſimus ſcopulus non ſolum ob jacturam temporis, & indecentias ex una æque ac altera parte emergentes; ſed multo magis quia director hoc operandi modo ſeſe ad rectam animarum gubernationem continuo magis ineptum reddit. Nemo non ſcit, quod pia affectio exiſtimationem intellectus poſt ſe trahat: inde hic non amplius ſecundum rationem, ſed ſecundum voluntatis, a qua præoccupatus eſt, inclinationem judicat.

63. Quapropter directorem etiam in hoc puncto viam mediam tenere, ac ſic agere oportet. Exceptis prædictis duobus caſibus neminem, ut dictas, quas accepiſſe ſibi videtur, gratias exponat, ad ſe accedentem unquam repellat: audiat eum patienter, interroget eum cum caritate, & conveniens cuique reſponſum cum benignitate impertiatur. Imo ſi perſona bono ſpiritu ducta videatur, animos illi addat, ut repugnantiam in iis detegendis exſurgentem vincat: & ſi opus ſit, etiam præceptum ſe ipſam totam quantam manifeſtandi ſuperaddat: prout S. Joannes a

Cru-

Cruce, in his licet materiis alias rigidiſſimus dicit: *Imo ſi oportuerit, præcepto illas adigendo, tanta etenim intercedere ſolet in narrandis rebus iſtis difficultas, ut iſtis mediis omnino uti neceſſe ſit (in Aſcenſ. mont. L. 2. cap. 22.)* ubi de revelationibus loquitur. Caveat autem, ne ſua cum ejusmodi animabus colloquia longius protrahat, aut ſæpius frequentet, quam earundem directio exigit; quandoquidem ſi neceſſitatis terminos transgrediatur, idque cum exceſſu ac frequenter contingat, jam in alterum, quod paulo ante non ſine gravi cauſſa vituperavimus, extremum excurret: colloquiis ſuis ſemper finem cum exhortatione ad ſeſe exſpoliandas, ac omnibus, quæ in ſuis orationibus vel vident vel audiunt, denudandas imponat: tandem eas etiam ad ſolidarum, in quibus totus dictarum gratiarum ſuccus conſiſtit, virtutum exercitationem exſtimulet.

14. Ut maximi autem momenti monita, quæ præſenti capite ſuggeſſimus, directoris animo ſuis in occaſionibus eo ſecurius occurrant: ea paucis hic verbis complector. Primo ſupernas viſiones aut revelationes deſiderare vel efflagitare nemini unquam permittat. Secundo ſi anima contra ſuam voluntatem quasdam recipiat, injungat illi, ut eis ab initio totis vi-

viribus reſiſtat, utque Deum pro alia : perfectionem via impetranda ex animo d precetur. Interea autem diligenter obſe vet, quales poſt dictas gratias in ea e fectus remaneant, uti & qualem ac qua tum in ſpiritu profectum inde hauri: Tertio ſi director ſucceſſu temporis prude ſibi judicium formare poſſit, quod ejusm di viſiones a Deo originem trahant, inju gat diſcipulo, ut divini Spiritus ductu ſequatur. Verum eodem tamen tempo vel maxime urgeat, ut, dum tales fav res recipit, ſeſe iis ocyus exſpoliet, denudet: ut lumen fidei in ſuis oratioı bus ſequatur: ut dictarum gratiarum m dullam in piis affectionibus, ac ſanctis : virtutem incitamentis conſiſtentem appı hendat, & delectabilium repræſentationuı ac ſuavium, quas divina bonitas ei coı municavit, notitiarum corticem relinqua Quarto ſi diſcipulum ſuum præteritaru viſionum recordatione adjuvari videat ordine ad vivaciorem fidem, uti & aı mam ac robur in virtutum exercitio co ſequendum, earum reminiſcentia permit poteſt, dummodo tamen ſancta hac excit tione obtenta, talium gratiarum cortex m deſeratur. Quinto ſi pænitens quamda viſionis profunde impreſſæ ſpeciem e m moria ſua eliminare nequeat, eam ſalte perficere, & quodam fidei principio elev

re

ne conetur. Sexto præprimis caveat director, ne in vitioſa extrema declinet, ſcilicet ne viſionibus & revelationibus ſe vel infenſum, vel nimis amicum exhibeat; & ne eos, qui tales accipiunt, vel abhorreat, vel nimis amet: ut eos neque a ſe abigat, neque ad nimium diuturna colloquia admittat; paucis ut mediam juſtæ moderationis viam teneat.

CAPUT V.

Alia monita practica pro directore circa prædictas viſiones, ſingularibus, quæ in ejuſmodi viſionibus repræſentari poſſunt, objectis accommodata.

65. Capite ſecundo jam diximus, objecta corporearum viſionum (id ipſum de imaginariis, atque etiam intellectualibus dictum credas) cæleſtia ſimul & ſancta eſſe poſſe: & talia ſunt objecta viſionum, in quibus vel Jeſus Chriſtus, vel Maria Virgo, vel Angelus, vel quidam e cælitibus repræſentatur. Dein poſſunt eſſe ſancta, quin ſint cæleſtia: & talia ſunt objecta viſionum lugubrium, in quibus animæ in igne purganti afflictæ oculis noſtris conſpiciendæ dantur. Tandem neque

cæ-

cæleſtia, neque ſancta, ſed infernalia eſſe poſſunt: & talia ſunt objecta horribilium apparitionum, in quibus animæ deſperatæ, quæ in inferorum abyſſis torquentur, ſe videndas præbent. Juxta hanc diviſionem, ex objectorum, quæ veræ viſiones habere poſſunt, diverſitate deſumtam ſingularia jam pro directore circa modum animas in ſingulis hisce caſibus rite dirigendi monita ſubjungemus.

66. Monitum Primum. Quamquam toto ſuperiori capite non niſi monita tradiderimus circa viſiones, in quibus perſonæ cæleſtes apparent; materiæ nihilominus arduitas exigit, ut alia quædam ſingularia hic addamus. Primum ſit, quod director neutiquam præceps eſſe, ac corporeas aut phantaſticas viſiones ſtatim qua falſas aut diabolicas condemnare debeat, ea ſolum de cauſſa, quod perſona eas recipiens adhucdum imperfecta, & in virtutum exercitio debilis ſit: ſiquidem tales gratiæ ſæpe eum ipſum in finem a Deo conceduntur, ut anima, quæ necdum perfecta eſt, earum ope ad perfectionem perveniat. Interea ſcire oportet, quod duplicis generis dentur gratiæ. Quædam in ſubjecto exigunt, ut aut perfectionem jam attigerit, aut ab ea non multum amplius diſtet. Tales ſunt *unio myſtica*, *Ecſtaſis*, & *raptus* præſertim

per-

perfectiores illi, in quibus animæ nexu quaſi inſeparabili cum Deo conjunguntur; cum anima enim per ſublimes hos favores cum Deo uniri, imo in eum transformari debeat, eos impertiri non convenit, priusquam ea, quantum fragilis natura noſtra patitur, magnæ perfectionis conſecutione Deo ſe ſimilem reddiderit. Aliæ dein dantur gratiæ, quæ in ſubjecto, quod eas recipit, perfectionem non requirunt: ſed ideo a Deo conceduntur, ut ſubjectum perficiatur: quia gratiæ iſtæ animam cum Deo non conjungunt, ſed certas divinas, quibus illa ad ejusmodi unionem diſponi incipit, qualitates ſolummodo in ea relinquunt. Hujus poſterioris generis ſunt viſiones ſpeciatim corporeæ, quæ oculis objiciuntur: iſtæ enim incipientibus, qui magnum in via perfectionis progreſſum nondum fecerunt, ut plurimum impertiri ſolent. Quapropter ſi director ; dijudicare velit, num ejusmodi gratiæ vel a Deo vel ab ejus inimico proficiſcantur, non tam in ſtatu perfectionis, quem anima attigit, conſiderando, quam in effectibus, quos relinquunt, ponderandis ſe detineat. Advertat E. g. num poſt viſiones humilem & ſubmiſſam ſui ipſius cognitionem in ea inveniat: num ad ſui ipſius & paſſionum ſuarum caſtigationem ſit animoſior, ad obedientiam promtior, ad patiendum paratior, majoris erga

pro-

proximum caritatis, & num in ſolidarum virtutum conſecutione continuo magis proficiat. Si hæc omnia reperiat, bono duntaxat ſit animo, nullum enim ſuppetit fundamentum judicandi, ejusmodi viſiones non ab auctore Deo eſſe profectas: etſi in diſcipulo varios adhuc nævos cognoſcat, ac defectus, a quibus ſe necdum repurgare valuit.

67. Ex hujus diſcretionis defectu ingentes, quibus S. Thereſia a conſcientiæ arbitris afflicta fuit, tribulationes omnem traxere originem. Cum enim defectum quemdam detexiſſent, mox omnia rejecerunt: prout ipſa (*in vita cap.* 28.) narrat inquiens: *unde quæ libere, & ſine peculiari circumſpectione dicebam, modica ipſis humilitas videbatur; cumque defectum quemdam in me notarent* (*prout multi notari poterant*) *ocyus omnia condemnarunt.* Imo & imperarunt, ut Redemtorem, prout accidere ſolebat, ſibi apparentem per ingentis deſpicientiæ actus a ſe abigeret. Sancta, prout ipſa pluribus in locis commemorat, conabatur eis equidem ob oculos ponere præclaros effectus, quos dictæ gratiæ in ſe relinquebant ita, ut ſe per eas jam in aliam mutatam inveniret, verum illi falſa hac perſuaſione, quod tot favoribus a Deo cumulata jam perfecta eſſe deberet, deluſi ſpiritum ejus verum

eſſe

eſſe perſuadere ſibi non poterant. Ex aliorum ergo hallucinationibus Director in ſimilibus caſibus non hallucinari diſcat.

68. MONITUM SECUNDUM. Siquis Jeſu Chriſti, Mariæ Virginis, aut Sanctorum viſiones accipiat, Director ei nunquam permittat, ut ullum eis venerationis & cultus actum exhibeat, antequam dictas viſiones diligenti examine diſcuſſerit, & debita de illis experimenta ceperit. S. Thomas quærit, num in viſionibus aut apparitionibus Redemtorem, Beatiſſimam virginem, aut alios cælites adorare ſeu venerari liceat eo tempore, quo oculis, phantaſiæ, aut intellectui ſe ſpectandos præbent, & reſpondet, ſi viſio dæmoniaca ſit, tunc nullum ſubeſſe peccatum, ſi adorationis actus cum expreſſa conditione Jeſu Chriſti aut virgineæ matris exhibeantur, E. g. ſi quis dicat: *ſi tu es Jeſus Chriſtus; ſi tu es mater ejus, ego te adoro:* neutiquam vero a peccato & culpa immunem eſſe eum, qui ejusmodi obſequia absque ulla expreſſa conditione præſtaret: licet cæteroquin in animo ſuo (aut ut ſcholæ loquuntur *habitualiter*) ita eſſet conſtitutus, ut imaginem illam adorare nollet, ſi ſub ſpeciebus illis dæmonem latitare ſciret: audiamus ipſum ſacrum doctorem: *dicendum, quod non poteſt diabolus,*

ſub ſpecie Chriſti apparens adorari, niſi ſit conditio actu explicita; non enim ſufficit ſolo habitu: quia illa novitas rei inſolitæ conſiderationem, & attentionem requirit; ſicut dicitur de Beata Virgine Luc. 1. *quod cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio* (*in* 3. *ſent. Diſt.* 9. *qu.* 1. *art.* 2.)

69. Hæc omnia tamen intelligenda ſunt pro caſu, quo perſona non apparente ſufficienti fundamento credendi, quod Jeſus Chriſtus, vel ejus mater, vel alius non nemo e cæleſti curia ſe ſpectandum det, objectum in viſione ſibi repræſentatum adoraret, & ſic ſine conſideratione, & cum temeritate adorationis actum poneret; tunc enim idololatriæ periculo ſe exponeret, prout ipſe Angelicus innuit inquiens: *quia iſta novitas rei inſolitæ conſiderationem, & attentionem requirit:* & allegans inſuper exemplum Mariæ virginis, quæ priusquam angelo reſponderet, ſubitæ viſionis qualitatem ſerio ſecum ipſa perpendere cæpit: *cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio.* De cætero autem ſi anima & ſanctis, quos in ſe experitur, effectibus, & intellectuali, ac indubitata, quæ a veris viſionibus infundi ſolet, fide de veritate objecti certa reddita fuerit, ejusmodi adorationibus non ſolum nullatenus peccat, ſed ſupernaturales etiam, ac præmio dignos actus exercet. Cum vero nulla unquam a-

nima in tanti periculi negotio ſibi ipſi fidere poſſit, Directoris qua judicis eſt, ſe medium interponere, ac quid agendum præſcribere. Interea ne in re tanti momenti hallucinetur, hac ratione progrediatur. Toto illo tempore, quo, ut rei veritatem detegat, diſcipulum juxta dicta reſiſtere jubebit, ei etiam præcipiet, ut omnem adorationis actum ſuſpendat. Poſtquam autem de ſpiritu Domini ſecuritatem (qualis ſcilicet in ejusmodi rebus haberi poteſt) conſecutus fuerit, omnem etiam obſequii, venerationis, ac amoris exhibitionem illi permittere poteſt: addito tamen monito, ut, ſi in quapiam viſione diverſos ab illis, quos antehac expertus eſt, effectus perſentiret, omnem iterum actum ſuſpendat, ac omnia rejiciat. Id quod ea de cauſſa ſubjungo; quia non raro contingit, ut inter veras, quas Deus ſuis ſervis elargitur, viſiones dæmon quandoque falſam repræſentationem intrudat.

70. Et hac ipſa de cauſſa ſevere ab eo exigat, ut, quidquid ſibi hac ex parte acciderit, fideliter manifeſtet, quin vel minimum quid occultet. Et ipſum hoc conſilium ſanctæ Thereſiæ Deus dedit, prout ipſa (*in vita Cap.* 26.) narrat ſcribens: *Dominus multoties mihi dixit, ut totam animam meam, & gratias mihi impertitas non omitte-*

rem conferre cum confeſſario, qui doctus ſit, & cui obedientia exhibeatur. Cumque aliquando a directore parum experto conſilium accepiſſet, ut favores, quibus frequenter a Deo ditabatur, cum nemine amplius conferret, eoquod huic illius ſpiritus ſufficienter probatus, ac in tuto collocatus videretur, ocyus a Domino de non ſequendo pravo hoc conſilio fuit admonita: *Intellexi* (*ait*) *a Domino, quod confeſſarius ille malum mihi conſilium ſuggeſſerit, quodque ſacro meo Judici nulla ratione quidquam occultare debeam; ſiquidem magna in hoc ſecuritas eſſet repoſita: quodque ſi ſecus facerem, decipi ſubinde poſſem.* (*Eodem Cap.*) Ex his perſpiciet director, quanti ad rectam diſcipuli ſui gubernationem momenti ſit, ſi is ſeſe integre, quin quidquam abſcondat, patefaciat: cum ipſe Deus omnigenam hanc ſui manifeſtationem prædictæ ſanctæ toties inculcaverit. Quapropter & ipſe hanc magno cum rigore requirat oportet.

71. MONITUM TERTIUM. Monitum hoc eas concernit apparitiones, quibus ſanctæ, a beata patria adhuc excluſæ, ac in luſtrali carcere detentæ animæ quandoque conſpiciendæ dantur. Ubi primo obſervandum, quod afflictæ illæ animæ diverſis modis apparere ſoleant. Sæpe ſub mæſtis ſpeciebus, ardentiſſimis undique flammis

mis circumfuſæ, viventium oculis præſentantur. Alias ſquallidæ, ac mærentes in pullis veſtibus comparent gemitus, & triſtia ſuſpiria ducentes. Aliquoties in iisdem formis ſe præſentes ſiſtunt, quas corpora earum vel in vita, vel poſt mortem habuerunt, ita tamen, ut ſemper mæſtitiæ, doloris, & planctus ſigna edant. Et hæ illarum apparitiones intuentibus nunquam non turbationem, timorem, tremorem, ac vivam propter earum ſupplicia commiſerationem incutiunt. Quandoque etiam contingit, ut in figuris rerum ſenſu deſtitutarum, aut inanimatarum veluti lucis, ignis, flammæ, nubis, umbræ, & etiam currus, rotæ, aut lapidis appareant; ita tamen, ut illi, qui eas ſub ejusmodi figuris videt, dein verbo quodam ſe manifeſtas faciant. De omnibus his diverſis apparitionum modis & in vitis Patrum, & in Eccleſiaſticis hiſtoriis exempla reperiuntur, quæ ipſa exempla a litteratis approbantur, ſpeciatim a P. Petro Thyræo, qui de omnibus apparitionum ſpeciebus ex inſtituto, ac erudite ſcripſit: & hinc illis fides ſine injuria negari non poteſt.

72. Aliis inſuper, iisque multo magis ſpiritualibus, quam prædicti ſint, modis afflictæ illæ animæ quandoque ſe manifeſtant. Prout Lopez Ezquerra commemo-

morat, contingit ſubinde, ut in pia anima adeo viva, ac radicata defuncti cujusdam excitetur memoria, ut adhibita etiam quacunque induſtria aut conatu eliminari nequeat. Aut accidit, ut anima ingenti certitudine cognoſcat comitem ſuo lateri adhærere, quin tamen reſciat, quisnam is ſit: & quocunque vadat, aut ubicunque moretur, illum ſibi vicinum ſentit: licet cæteroquin ſi oculis circumſpiciat, neminem videat: id quod ſine turbatione, ac terrore nunquam contingit. Sæpe etiam evenit, ut dictæ animæ ſe manifeſtent, vel potius, ut Deus eas manifeſtet per puram, claram tamen ac certam miſeri, in quo verſantur, ſtatus intelligentiam eum in finem, ut orationibus, Miſſæ ſacrificiis, aliisque ſuffragiis eisdem ſuccurramus. In quo caſu mere intellectualis earum præſentia nullum timorem excitat.

73. Nolo longior eſſe in enumerandis indiciis, quibus veræ purgantium animarum viſiones a falſis diſcerni poſſunt: ſiquidem dæmonem in hoc viſionum genere raro intervenire exiſtimo: ſive hæ enim veræ ſive falſæ fuerint, fideles his ſemper ad bona opera in purgantium animarum ſuffragium peragenda permoventur. Et etſi in talibus apparitionibus imaginatio vel maxime locum habere poſſit, magnum tamen damnum inferre nun-

nunquam poteſt, ſi perſona phantaſiæ ſuæ repræſentata tetra phantaſmata nihili faciat, & ſuas orationes generatim pro animabus offerat, ſive pro illa ſcilicet, quæ ſibi apparere videtur, ſive pro aliis, quæ in luſtralibus flammis certo torquentur. In uno tamen caſu monitum volo directorem, ut ejusmodi viſionibus nullam prorſus fidem adhibeat: ſi nempe peccator, qui cum aliorum offendiculo vixit, & dein ex improviſo aut ſaltem ſine peculiaribus pænitentiæ ſignis fuit mortuus, non nemini appareret, & ſe in luſtrico igne detineri nuntiaret. In hoc caſu directorem timerę oportet, quia juſta ſane cauſſa ſubeſt ſuſpicandi, ne tales apparitiones a Diabolo proveniant: is enim peccatorum morti falſis ejusmodi viſionibus bonitatis ſpeciem conciliare ſolet, ut alii male viventes male fundatam a mala vita ad bonam mortem tranſeundi ſpem concipiant, ac fallacibus ejusmodi exemplis innixi in iniquitate ſua obſtinentur. Quapropter diſcipulum ſuum moneat, ut dictæ viſioni, utpote ſuſpectæ de falſitate, nullam fidem habeat; prohibeatque magno cum rigore, ne eam ulli mortalium patefaciat: cum ex tali manifeſtatione nihil boni, bene vero multum mali oriri poſſit. Preces tamen pro infelici illo, quidquid de illo ſit, non interdicat, cum, ne preces illius omni fructu priventur, nullum ſit periculum.

74. Si anima apparens autem tam depravatorum morum non fuerit, directorem obſervare oportet, quidnam in ſua apparitione efflagitet. Si a propria ejusdem, cui ſe manifeſtat, perſona pro ſe offerri exigat, ſuffragia, orationes aut Miſſæ ſacrificia, tantummodo illi injungat, ut petitis ſatisfaciat: quia poſito etiam caſu, quod in talem apparitionem vel dæmonis vel phantaſiæ illuſio irrepſiſſet ita, ut anima illa non in purgantibus flammis mundanda, ſed in infernali abyſſo æternum crucianda detineretur, opera bona, quæ illis non proſunt, alias animas adjuvare poſſent, ac ſemper in Dei gloriam, ac operantis meritum cederent. Si anima apparens autem opera ab aliis peragenda, aut nuntios ex parte ſua aliis ferendos exigat, Directori magna circumſpectione opus eſt, ne inordinationes, inquietudines, ac turbationes inde naſcantur. In tali caſu ſi rebus diligenter diſcuſſis viſionem veram eſſe exiſtimet, & nuntius alteri ferendus Dei gloriam concernat, pœnitenti licentia impertiri poteſt in tertia perſona, quin ſe ipſum detegat, ejusmodi rem manifeſtandi; verum tamen magna in his caſibus cautela opus eſt; quia notabilia inde incommoda oriri poſſunt.

75. Monitum Quintum. Monitum hoc circa damnatarum animarum viſi-

ſiones verſatur, in quibus majori, quam in omnibus aliis cum circumſpectione procedendum eſt. Jam dixi, has apparitiones quam rariſſimas eſſe. Et ſi quandoque accidit, & Deus ex gloriæ ſuæ finibus permittit, ut infelix quædam anima ex ſempiterno ergaſtulo educatur, ac in terra noſtra ſe rurſus ſpectandam præbeat, ejus apparitio nunquam contingit ſine terribilibus indiciis, nec ſine timore, terrore, & animi etiam defectione ex parte illius, cui tam funeſta viſitatio occurrit. In ejusmodi caſibus (ſi Directori tamen unquam aliquis accideret) rigidum diſcipulo injungatur ſilentium, nec permittatur, ut is preces pro tali anima alias fundere ſolitas intermittat, niſi in caſu, quo ingens peccator appareret, qui ſine pænitentiæ ſignis & ſine Eccleſiæ ſacramentis cum manifeſtis æternæ perditionis indiciis defunctus fuiſſet: quia alias quamdam ſalutis ejus ſpem & poteſt & debet habere. Interea director inſtet, ut diſcipulus ex tali viſione proficiat, & ſalutem ſuam majori attentione, vigilantia, ac ſpiritus fervore curare conetur.

76. Aliquoties etiam contingit, ut carcer infernalis viſione imaginaria cuidam ſpectandus detur. Si talis fuerit obſtinatus peccator, cujus duritiem Deus terribili illa viſione expugnare voluerit,

inter rigidæ pænitentiæ deſideria ad frugem redibit, ac vitam auſteram, humanis etiam viribus ſuperiorem ducere incipiet; prout contigit illi Patrifamilias, quem venerabilis Beda commemorat (*Lib.* 13. *de geſt. Anglor.*) Et Abbati Rorimundo, quem Cæſarius refert (*Lib.* 1. *Cap.* 3.) ac multis aliis, quos magnæ authoritatis ſcriptores enarrant. Tali occaſione director duntaxat largas circa pænitentiæ opera manus aperiat, cum tales ordinarie peculiari Dei impulſu incitentur, ad quem vires pro ſuſtinendis aſperrimæ pænitentiæ rigoribus ſufficientes elargiri pertinet, cum ipſe illos vehementibus inſpirationum ſuarum motibus ad ejusmodi impellat. Interea tamen directori curandum, ut ſuæ directioni in omnibus pareant, nec quidquam ſine obedientia aggrediantur: nam ſi ſecus agerent, auſteri eorum ſpiritus ardores valde ſuſpecti eſſent. Si vero perſona, quam Deus tali gratia dignatur, illibatorum morum fuerit, qualis S. Thereſia fuerat, dum ad conſpicienda ac experienda inferorum ſupplicia deducta fuit, Deus non niſi ſanctas affectiones, & efficacia majoris perfectionis deſideria in ea ſuccendere intendit; quapropter Directoris erit, Domini intentiones ſecundare, ac promovere.

77. MONITUM SEXTUM. Præ omnibus quam ſolertiſſime invigilet director, ıt diſcipulus ſuus viſiones, revelationes, & mnes alios, de quibus hoc Tractatu ſer-ocinabimur, favores ſecretos teneat, nec iiquam hominum res hujusmodi ſuperna-ırales patefaciat. Ipſe quoque ſecretum deo momentoſum magna Zelotypia cuſto-iat: dici enim vix poteſt, quanta detri-ıenta, & quanta incommoda ex harum re-ım promulgatione enaſcantur: & quot a-imæ ex cautelæ hujus defectu damnum aſſæ, ac quandoque etiam in præceps a-ſtæ fuerint. Audiamus, quid hanc in rem . Thereſia dicat: *Prioriſſa ingentem curam rat, ne res, quales iſtæ ſunt (etſi valde ivinæ, ac gratiæ evidenter prodigioſæ ſint) rſonis extraneis communicentur: & ne confeſ-ariis quidem, qui prudentia in tacendo defici-t; quia circa hoc multo pluris intereſt, am credatur (in fund. cap.* 13.)

CAPUT VI.

Viſiones imaginariæ pertractantur.

78. Superioribus capitibus greſſum accele-ravimus, dum de prima viſionum, corporearum ſcilicet ſpecie ſermoci-nan-

nantes multa diximus, quæ ad imaginarias ſimul viſiones pertinent. Signa, quæ ad veras viſiones a falſis ſecernendas aſſignavimus, & monita, quæ directori pro animarum ejusmodi favoribus a Deo cumulatarum regimine præſcripſimus, uni æque ac alteri viſionum ſpeciei conveniunt: & hinc directoris oculis æqualiter obverſari debent, ſive de iis agatur viſionibus, quæ in ſenſu externo oculi formantur, ſive de aliis, quæ in ſenſu interno imaginationis producuntur. Quapropter dum imaginariæ viſiones ex inſtituto pertractandæ veniunt, non opus erit nos adeo longos eſſe, prout in ſuperiori materia nos extendimus: cum multum viæ nos jam confeciſſe videamus; ſed notitias ſolummodo ejusmodi viſionibus proprias tam quoad earum intelligentiam, quam quoad perſonarum eas recipientium directionem ſuppeditare ſufficiet.

79. Imaginaria Viſio conſiſtit *in interna objecti cujusdam repræſentatione, quæ in phantaſia per ſpecies ſive combinatas, ſive recens infuſas, ac ſuperno lumine illuſtratas ita efformatur, ut dicta potentia objectum illud majori claritate videat, quam corporis oculi illud ſuis obtutibus intueri poſſent.* Dixi viſiones imaginarias eſſe *internam* objecti repræſentationem, ut diſtinguatur a viſionibus corporeis, quæ externæ objectorum imagines

ſunt:

ſunt: quia in noſtris pupillis, quæ ad externum ſenſum pertinent, effinguntur. Dixi dictas viſiones per ſpecies ſive combinatas ſive infuſas, & poſtea illuſtratas efformari: quia hujusmodi viſiones juxta S. Thomam utroque modo produci poſſunt. Quandoque Deus vel per ſe ipſum, vel per angelum (ut ſanctus doctor ait) ſpecies a ſenſibus externis jam ante ad phantaſiam transmiſſas, ibique repoſitas ordinat, diſponit, ac ita combinat, ut objectum, quod repræſentare vult, exprimant. Poſtea cæleſtem ſuperinfundit lucem, qua dictæ ſpecies ita illuminantur, ut objectum phantaſiæ applicent, ac magna claritate ut præſens conſpiciendum repræſentent. Alias Deus ad formandam imaginariam viſionem non utitur ſpeciebus in imaginativa potentia jam ante repoſitis, ſed infundit alias novas, easque illuſtrat: unde & anima objectum coram ſe clare, ac diſtincte intuetur.

80. Primo modo viſionem fieri contingit, cum Deus ſervorum ſuorum non nemini objectum aliquod conſpiciendum dare vult, de quo ſpecies ad illud effigurandum aptas jam poſſidet: E. g. dum Jeſum Chriſtum cruci affixum in monte Calvariæ aut parvulum in vili Bethlehemitico tugurio exhibere vult: neminem enim reperire eſt, qui hominis vel moribundi vel infantis

tis ſpecies in ſua phantaſia non jam repoſitas habeat. Secundo autem modo ejusmodi viſio efformatur, dum Deus repræſentare vult rem adeo ſublimem, ut in memoria hominis phantaſtica nulla inveniatur ſpecies, quæ ad eam repræſentandam idonea eſſet ita, ut ſine novarum ſpecierum infuſione exacta rei illius imago effingi nequeat. Hæ ex viſionibus imaginariis & nobiliſſimæ & ſublimiſſimæ ſunt. Hujus omnino ſpeciei E. g. fuit viſio, qua Chriſtus Dominus glorioſus S. Thereſiæ apparuit. De hac ſcribit (*in vita Cap.* 28.) quod Redemtor pedetentim ſe ſpectandum dederit: primo ſuas manus monſtravit, deinde divinam ſuam faciem oſtendit; cumque illa capere non poſſet, cur Chriſtus, qui totum ſe conſpiciendum præbere volebat, per partes ſe repræſentare inciperet; ſequentem, quam ipſa refert, intelligentiam a Deo accepit: *Intellexi, quod Dominus, prout naturalis mea debilitas exigebat, me diſponere inciperet: Benedictus Deus in æternum! ſiquidem tam abjectum, ac miſerabile ſubjectum tantam gloriam ſimul & ſemel ſuſtinere non valuiſſet*, dein dicit: *viſio hæc, cum Deus magnitudinis ac majeſtatis ſuæ partem animæ monſtrare vult, tantæ vehementiæ eſt, ut eam ſufferre nemini non impoſſibile judicem, niſi Dominus modo valde ſupernaturali animam adjuvaret, & in raptu vel Ecſtaſi defigeret (tunc enim divinæ illius*

præſentia viſio per gaudium deperditur) - - - ſi multis annis rem adeo pulchram imaginando mihi præfigurare inſiſterem, nihil valerem, nihil vincerem: ſuperat enim, quidquid in hoc mundo per phantaſiam effingi poteſt, poſtea ſubjungit: *Glorioſiſſimi illius corporis ſplendores a noſtra luce adeo differunt, ut in eorum comparatione ſol ipſe obſcurus, fuſcus, ac tenebricoſus videatur; unde & poſt internam hanc viſionem oculi ad illum denuo aſpiciendum nunquam amplius aperiri cuperent.* Jam quis non videt, quod phantaſia noſtra ſpecies ad tam ſublimia, ac excelſa objecta rite exprimenda idoneas in toto ſuo ærario non habeat? quapropter ſi Deus quempiam ad viſiones adeo elevatas admittere velit, neceſſario novas, ac peregrinas, e quibus convenientes imagines componantur, ſpecies infundere debet.

81. Dixi, quod in imaginariis viſionibus objectum majori claritate videatur, quam ipſi oculi illud intueantur. Nec id cuiquam nimis exaggeratum videatur: ſiquidem materiale ſolis lumen, quo viſibiles ad oculum directæ ſpecies illuſtrantur, nulla ratione comparari poteſt cum vivacitate & claritudine cæleſtis illius lucis, qua ſpecies phantaſticæ talem viſionem exprimentes illuminantur; unde per has objectum clarius æque ac diſtinctius repræſentari neutiquam mirandum.

82. Imaginariæ hæ viſiones ex natura ſua viſionibus corporalibus perfectiores ſunt; producuntur enim in phantaſia, quæ oculo corporeo perfectior potentia eſt. Et licet eos ipſos, quos capite tertio de ocularibus viſionibus agentes enumeravimus, ſanctos effectus producant; ordinarie tamen majori vivacitate ſimul ac perfectione eos progenerant; quia ſicut ejusmodi viſiones in imaginativa, cui magnum in ſenſitivum appetitum dominium competit, potentia efformantur, ſic & magnam dulcedinem, ſenſibiles & ferventiſſimas affectiones, ac inflammata majoris perfectionis deſideria eidem imprimendi vi pollent.

83. Hæ viſiones ſemper improviſo, dum anima vel minime autumat, contingunt, ac fulgure citius diſparent: quam breviſſime ſaltem durant. Hoc adeo verum, ut mater ſeraphica falſitatis arguat imaginariam viſionem, quæ longo temporis tractu duraret: id quod ex ſequentibus ejusdem verbis colliges: *ſi anima intuendo hoc Domino multo tempore perſeverare poſſet* (de imaginaria Jeſu Chriſti viſione hic loquitur) *id non viſionem, ſed vehementem in phantaſia fabricatam conſiderationem eſſe crederem: eſſetque reſpectu alterius figura valde imperfecta, haud ſecus ac ſi res mortua viventi comparetur.* Brevitatis hujus duplex aſſigna-

na-

...tur ratio. Prima eſt ingens violentia, quæ in hac viſionum ſpecie perſentitur, prout ſacra magiſtra loco ſuperius citato dicit: cum lux in iis infuſa tanta, & affectiones in iis excitatæ tam vehementes ſint, ut potentiæ has diu ſuſtinere nequeant. Altera ratio ab eadem ſancta aſſignatur ſcilicet, quod viſio imaginaria in intellectualem tranſire ſoleat: vi cujus anima omni materiali ac ſenſibili viſu deperdito potentiis ſpiritualibus in Deo ſuſpenſa hæret.

14. Pro plena ſecundæ hujus rationis, & totius ſimul, quam in præſens pertractamus, materiæ intelligentia e S. Thoma quamdam doctrinam præmitti convenit. Hic (*de verit. qu.* 12. *a.* 12.) nullam perfectam viſionem imaginariam dari aſſerit, quæ non ſimul intellectualem aliquam annexam habeat. Quandoquidem eo ipſo tempore, quo materialis objecti cujusdam imago phantaſiæ repræſentatur, etiam intellectui ſpiritualis quædam lux infunditur, vi ejus veritates, quas Deus ſenſibilibus ejusmodi repræſentationibus manifeſtare cupit, ab eodem & penetrantur, & conſpiciuntur ita, ut phantaſiæ & intellectus visiones conveniant, ac ſimul conjungantur. ... ipſum docet mater ſeraphica, utpote quæ hoc a propria didicit experientia: unde (*in vita Cap.* 28.) ſcribit: *Licet ſu-*

perior, quam dixi, viſio (loquitur de intellectuali Jeſu Chriſti viſione) *& ſublimior, & perfectior ſit, nihilominus, ut inſuper habita fragilitate noſtra ejus memoria conſervetur, ac cogitationes bene occupatæ teneantur, multum intereſt, præſentiam adeo divinam etiam in imaginativa præſentari* (per viſionem imaginariam ſcilicet) *unde geminum hoc viſionum genus ſemper conjungitur: & reapſe ita contingit: quia oculis animæ* (per quos potentiam imaginativam intelligit,) *excellentia, pulchritudo ac gloria ſacratiſſimæ humanitatis aſpicitur, & per illam aliam ſuperius dictam viſionem intelligitur, qua ratione ſit potens Deus, qui omnia poteſt, omnia ordinat, omnia gubernat, & omnia ſuo amore adimplet.* Quod ſancta de viſionibus Redemtoris docet, de aliis quoque viſionibus intelligendum venit. Et ſic, dum quis imaginaria viſione Virginem Mariam intuetur, ac ejus phantaſia in tam excelſæ reginæ forma, figura, ſplendore, pulchritudine, ac gratia contemplanda defixa hæret, eo ipſo tempore per aliam puriorem adhuc lucem etiam ejus intellectus videt ac intelligit, quod potentia imaginativa videre non poteſt, ſcilicet ejus dignitatem, excellentiam, ac prærogativas. Quapropter & imaginaria & intellectualis ejuſdem objecti viſio hic convenit, ac conjungitur. Et in hoc ipſo fundatur ſecunda ſuperius a nobis adducta

ra-

ratio, ob quam viſiones imaginarias cito tranſire diximus: quia anima materialem & ſenſibilem objecti viſionem ſtatim relinquit, ut ſe intellectuali ejusdem viſioni totam immergat: unde illa evaneſcit, & hæc continuatur. Imo ſi Jeſus Chriſtus imaginariæ viſionis objectum fuerit, anima ſæpe in raptu aut ecſtaſi defigitur, ut ſancta Magiſtra pluribus in locis commemorat: quia intellectualis viſionis ope ad ſeſe cum divinitate uniendam ita progreditur, ut non modo ſenſuum uſus, ſed & ipſa Chriſti repræſentatio amittatur, ac in unione illa deperdatur.

85. Interea, quod imaginariæ hæ viſiones breves ſint, neutiquam obſtat, quo minus profunde impreſſam ſui ſpeciem, memoriamque relinquant ita, ut ordinarie nulla unquam oblivione deleantur; nec earum recordatio animum unquam ſubit, quin de bonis, quos primo produxerunt, effectibus denuo quidquam impertiantur; id quod, ut alibi dixi, in dæmoniacis viſionibus non contingit, utpote quæ, niſi quis earum memoriam data opera conſervare vellet, celeri oblivione delentur, ac quoties earum reminiſcentia redit, nullos niſi noxios effectus progenerant. Hanc in rem magiſtra noſtra (*in vita Cap.* 28.) ita loquitur: *Majeſtas, & pulchritudo illa*

ita impreſſa manet, ut quis ejusdem oblivisci nequeat: niſi Dominus, ut poſtea dicam, ordinaverit, ut anima ingentem ariditatem ac ſolitudinem ita patiatur, ut ſibi tunc ipſius etiam Dei oblivisci videatur.

86. Dixi, quod ejusmodi viſiones ordinarie nulla unquam oblivione deleantur; ubi vocem *ordinarie* de induſtria adjeci: quia eas quandoque perpetua oblivione deleri contingit; ſunt enim ex earum numero gratiarum, quæ non minus in ſui conſervatione, quam in prima origine a Dei arbitrio pendent; & hinc, ſi fors contingit, ut Deus earum oblivionem ad animæ profectum expedire videat, omnem earum aufert memoriam, ut myſticus Rusbrochius dicit, & ipſa experientia docet.

87. Plenæ ac perfectæ harum viſionum formationi neutiquam obeſt, quod objectum e longinquo conſpiciatur: E. g. quod Jeſus Chriſtus, aut Maria Virgo, qui cuidam imaginaria viſione repræſentantur, in cælis longe diſtantes proponantur: quia tota ejusmodi viſionum ſubſtantia a ſpecierum combinatione aut infuſione, nec non a divino eas colluſtranti lumine pendet: & hinc ſi hæc omnia adſint, objectum, ſive remotum ſive propinquum

uum dein fuerit, ingenti ſemper cla-
:tate repræſentabitur. Imaginetur ſibi Le-
:or, ſeſe poſitum eſſe ex adverſo excel-
ı montis ſeptem, aut octo milliaribus diſ-
iti, in cujus vertice homo quidam con-
ſtat. In caſu hoc jam certum eſt, quod
omo ille videri nequeat; eo quod viſibiles
bjecti illius ſpecies per tantum aeris ſpa-
ium extendi non poſſint, ſed in via po-
.us, ut ita loquar, deficiant. Si vero
)eus (prout facere poſſet) ordinaret, ut
ictæ ſpecies per tam longos diſtantiæ fi-
es limpidæ ac claræ ad oculum pertinge-
ent, homo ille haud dubie diſtincte con-
piceretur, haud ſecus ac ſi uno ſolum-
odo paſſu diſtaret: quia rei cujuspiam
iſio re ipſa a viſibilibus ſpeciebus, iis-
ue rite illuſtratis, ac in oculum intro-
uctis pendet. Hæc omnia jam lector
naginariæ viſioni applicet, ac intelliget,
ua ratione per eam Redemtor, ejus Ma-
er, ac alii cælites etſi remotiſſimi in bea-
a patria videri a nobis poſſint. Enumeran-
is indiciis, quibus viſiones imaginariæ veræ
a falſis diſcerni poſſunt, non immoror; ſi-
quidem hæc capite tertio jam diſcuſſi.

CAPUT VII.

Monita practica pro directore circa prædictas imaginarias viſiones.

88. Denuo repeto, quod monita quarto, & quinto capite expoſita non pro ſolis viſionibus corporeis, circa quas ſermo noſter tum principaliter verſabatur, ſed pro imaginariis etiam ſint ſuggeſta, adeoque a directore etiam circa has obſervanda. Quapropter non ſupereſt, niſi ut alia quædam monita, phantaſticis his viſionibus peculiariter propria, ſuperaddam.

89. Monitum Primum. Notet director, ſecundum myſticorum Doctorum opinionem, imaginarias viſiones dæmonum illuſionibus magis eſſe expoſitas, quam corporeas, & oculares apparitiones. Ratio ab illis allegata in eo verſatur, quod phantaſia ſit cubiculum, quod inimicus, niſi a Deo impediatur, pro lubitu quam occultiſſime ſubire poteſt: cumque illud, prout frequenter contingit, ingreſſus fuerit, ingentes inibi rumores ſolet excitare: in intellectum autem ad expugnationem voluntatis iniquus hic adverſarius penetrare non poteſt: ſiquidem, dum ad nobilem hanc potenti-

am ingredi vult, portas omnes ſibi clauſas reperit. Interea quid molitur perfidus? Potentiam imaginativam ingreditur, phantaſmata ibi repoſita non ſolum commovet, ſed & diverſimode combinat, alteratque, ut hac ratione ad miſeram voluntatem deludendam fallaces ac fraudulentas ſpecies repræſentare poſſit. Poſito itaque, quod tantam in phantaſia potentiam exercere poſſit, director facile perſpiciet, quanta cautione circa imaginarias, quas Deus in ipſa hac potentia format, viſiones procedendum ſit; cum ejus inimicus has tam facile imitari valeat: videbitque etiam, quantopere ad omnem in tanti periculi negotio hallucinationem evitandam monitorum ſuperioribus capitibus ſuppeditatorum obſervantiæ inhærere oporteat.

90. MONITUM SECUNDUM. Præterea monitum volo directorem, quod imaginariæ viſiones ſubjectæ ſint nonnullis illuſionibus, a quibus corporeæ immunes ſunt: & tales ſunt propriæ phantaſiæ deceptiones. Si non neminem reperire eſſet, qui corporis oculis videre crederet objectum, quod ejus viſui nulla ratione præſens, ſed in ejus duntaxat mente præfiguratum foret, is ſtultus potius quam illuſus eſſet dicendus: quia oculorum viſio, & imaginatio mentis re ipſa diverſarum potentiarum a-

ctus ſunt, qui niſi ab emotæ mentis homine tam faciliter confundi non poſſunt. De phantaſticis viſionibus autem neutiquam eadem ratione ratiocinari oportet: quandoquidem imaginationes, quas naturali modo ipſi in nobis fabricamus, & imaginariæ, quæ divina virtute in nobis producuntur, viſiones ab eadem potentia procedunt; unde & tam difficile non eſt, ut quis, præcipue ſi fixæ, ac melancholicæ indolis fuerit, viſione divina in ſua phantaſia videre ſe credat, quod reapſe nihil divinum continet, & quod ipſe interius ſolummodo ſibi imaginatur, ac propriis duntaxat phantaſmatibus præfigurat. His non obſtantibus Director ex variis ſignis cum ſecuritate poterit arguere, num, quod diſcipulus internis oculis vidiſſe ſe dixerit, divina viſio, vel mera mentis imaginatio fuerit.

91. Primo veræ viſiones imaginariæ fiunt ex improviſo, dum anima nil minus cogitat, & hujusmodi quid contingere debere, nulla ratione ſibi perſuaderet. Ita S. Thereſia (*caſt. inter. Manſ.* 6. *cap.* 9.) inquiens: *cum anima valde longe abeſt a credendo, quod quidquam ſibi videndum ſit; nec ejusmodi cogitatus illi incidit, derepente totum ſimul objectum repræſentatur.* Id quod in naturalibus imaginationibus non accidit; has enim anima ſenſim ſibi ipſi fabricat, & propriis

priis induſtriis pedetentim combinat: uti eadem ſancta perbene notat. *Quod ſua imaginatione vident, ipſæ paulatim ſibi componunt.*

92. Secundo viſiones ſupernaturales ab anima impediri non poſſunt, & celeriter (ſive illa velit, ſive nolit) ſenſui interiori imprimuntur: quia nulla ratione a proprio arbitrio, conſenſu, aut electione, pendent. Magiſtra noſtra id claris verbis affirmat (*in vita cap.* 29.) ubi de imaginaria viſione agens inquit: *Quidquid agamus, non datur modus eam pro lubitu habendi, aut evitandi.* In noſtris imaginationibus autem res non ita contingit: ſicut enim anima eas libere ſibi format, ſic ſi ſibi vim inferat, earum formationem omittere, ac mentem ad alia objecta vertere poteſt.

93. Tertio veris viſionibus nec quidquam addi, nec quidquam adimi poteſt, ita ut anima eas abſque ulla ratione neceſſario ita recipere debeat, prout a Deo in phantaſia repræſentantur. Quapropter cum S. Thereſia (prout ipſa de ſe narrat) in ſuis viſionibus non modo cuperet, ſed & conaretur videre, cujus magnitudinis, ac coloris in Jeſu Chriſto oculi eſſent, induſtriæ illius ad aſſequendum propoſitum nihil profuere: imo in ipſo actu,

quo dictam circumſtantiam a Domino non manifeſtatam detegere tentabat, præclara glorioſi Redemtoris viſio ex mentis oculis omnino evanuit. Noſtris e contrario imaginationibus, quantumcunque etiam vivaces ac vehementes fuerint, poſſumus addere vel demere, quidquid nobis placuerit: ſiquidem libera propriæ dexteritatis opera ſunt. Et hinc ſiquis menti glorioſum Jeſu Chriſti corpus magna vivacitate repræſentet, commentitio illi corpori majorem venuſtatem, majorem candorem, & majorem lucem ſuperaddere, aut ſi velit, etiam detrahere poteſt: nemo enim alius ejusmodi imaginem in illius mente depingit: ſed ipſe eſt pictor, qui phantaſiæ ſuæ coloribus eam effingit.

94. Quarto divinæ viſiones ſanctos & ſalutares, quos capite tertio recenſui, effectus progenerant, cum phantaſiæ noſtræ illuſiones ex oppoſito nihil boni effectus relinquant. Perſonæ, quæ ejusmodi debilitatibus ſubjacent, poſt dulces ſuas deceptiones abſque ulla neque ad bonum, neque ad malum inclinatione relinquuntur. In malum ſe ferri non ſentiunt; quia quod perperam viderint, dæmon in cauſſa non fuit; ad bonum autem non animantur; quia fragilis natura earum hallucinationis origo fuit. Et hinc ſuperius citata ſancta merito

con-

concludit: *Quin ullum ſentiant effectum, multo frigidiores manent, quam ſi depictam piam imaginem aſpexiſſent* (*caſt. int. Manſ.* 6. *c.* 9.)

95. Ex ultimo hoc ſigno director forte uberius, quam ex omnibus aliis, lumen haurire poterit ad rectum judicium ferendum, num diſcipuli ſui viſiones divini favores, an propriæ imaginationis deceptiones ſint. Si eum jam deceptum inveniat, illum peculiari cum rigore non tractandum autumo: tum quia phantaſiæ fallaciæ minus periculoſæ & minus noxiæ ſunt, quam illuſiones dæmonum: tum quia ut plurimum ſine animæ culpa ex mera materialis hujus potentiæ debilitate contingunt. Excipe tamen caſum, quo perſona ſe non obedientem, procacem, ac phantaſticis ſuis ſpeciebus non ſine gravi detrimento pertinaciter adhæreſcentem exhibet: ſiquidem tum pænitens majori cum ſeveritate excipiendus foret. Ordinarie itaque illum monere ſufficiet, ut ejuſmodi rerum, in quibus propria phantaſia magnopere locum habere poteſt, nullam rationem habeat, ſubjungendo, quod perfectio non in viſionibus, ſed in præclaris pro Dei gloria operibus conſiſtat; quod nequaquam viſiones, ſed mortificationes, humiliationes, obedientiæ, ac alii virtutum actus nos ſanctos reddere debeant: quapropter ſi eum

im-

impoſterum quidquam videre contingeret, mentem alio vertat, & ſecurus ſit, ſe rem Deo valde gratam facturum. Et hac ratione attentum eum reddet ac cautum ad deſpicienda hæc phantaſiæ ludibria, quæ ſpiritui non leve ſucceſſu temporis detrimentum afferre poſſent.

96. MONITUM TERTIUM. Notet director, quod prædictæ phantaſiæ illuſiones ut plurimum melancholici temperamenti, fixæ mentis, nec non fervidæ ac vivacis imaginativæ perſonis ſupervenire ſoleant. Hæ, niſi in ordine ad vivaces imaginationes vel frænandas vel corrigendas magni judicii fuerint, videntur ſibi quandoque clare conſpicere, quod reapſe nullatenus vident, ſed ſuis duntaxat ideis in phantaſia ſibi præfigurant. Quodque magis mirandum, in eo verſatur, quod ſua eas mens ſubinde ita decipiat, ut etiam juramento affirmarent, ſe vere vidiſſe, quod ſibi imaginati ſunt videre. Si director in ejusmodi non clara, ac manifeſta veri ſpiritus indicia deprehendat, & ex enarratis ſibi viſionibus ingentes, ac omnigenam vitæ emendationem poſt ſe trahentes ſalutis effectus reſultare non videat, nullam prorſus eis fidem habeat: cum Deus tales per vias extraordinarias revera ducere non ſoleat, tum ob naturalem, quam ad inſo-

li-

; favores recipiendos habent, ineptitu-
:m, tum ob ingens in mille illuſiones, ſi
s acciperent, incidendi periculum.

Monitum Quartum. Eadem de
cauſſa directorem cautum eſſe o-
:et in credendis viſionibus mulierum,
quæ ordinarie vivaci phantaſia ſunt do-
e, & ex præpoſtera viſiones habendi
idine propriis imaginationibus non raro
ipiuntur. Ex quo tamen neutiquam col-
is velim, quod a directore aſſumendum
principium illud, quod quidam in viis
ritus parum verſati conſcientiæ arbitri in-
r indubitati axiomatis menti profunde
preſſum circumferunt, quod ſcilicet fæ-
nis viſiones recipientibus neque ulla un-
im fides habenda, neque etiam aures
ebendæ ſint. Quandoquidem fæminis, quas
us excelſis favoribus cumulavit, hiſtoriæ
cleſiaſticæ redundant, nec ullatenus cre-
ile videtur, quod Deus, qui præteritis
:ulis ſeſe illis adeo liberalem monſtravit,
nporibus noſtris ſe erga illas avarum
hibere velit. Dico ſolummodo, quod ma-
a cum cautione procedendum, quod res
regularum hoc & ſuperioribus capitibus
iditarum normam diligenter examinan-
, quod nihil unquam ſine ſolido ratio-
m fundamento decidendum, quodque, ſi-
id in viſionum favorem decidendum, il-

læ

læ obligandæ ſint, ut ſe illis ocyus exſpolient, & ſolos inde remanentes bonos effectus, ac ſancta ad virtutem incitamenta in ſuos uſus convertant: ſiquidem ſecus agens cum propriæ famæ jactura, & aliorum detrimento in graves errores prolaberetur.

98. Monitum hoc confirmatum ibo doctrina quapiam, quam ſancta Magiſtra noſtra Thereſia a Jeſu de cælis nobis ſuggeſſit. Sciendum, quod poſt ſanctæ obitum Pater Hieronymus Gratianus Reformatorum Provincialis ſeſe viſionum, ac revelationum nimium amantem exhibuerit, & in collationibus cum monialibus inſtitutis parem affectum ſenſim ſine ſenſu earum cordibus inſtillaverit, quatenus ſimilia magnifacere monſtrabat, & nimia facilitate ordinabat, ut ejusmodi ad poſterorum memoriam ſcripto exciperentur. Sancta grave, quod ex ſpirituali hac gula in ſuas filias redundare poſſet, detrimentum perſpiciens de cælis deſcendit, & dictum Patrem errati hujus per venerabilem Matrem Catharinam a Jeſu admonuit: prout ex quadam hujus Epiſtola apparet, quæ ſic habet: *Hodie, id eſt Dominica Quaſi modo &c. præſentia hæc* (id eſt ſancta mater, quam ſæpe præſentem habuit) *mihi imperat, ut V. Paternitati complura dicam, quæ ante menſem*

ab

ab ea intellexi, & , quoniam V. Paternitatem attingebant, ſcripto annotare omiſi, ſperans me illa, cum V. Paternitas ad me inviſerit, oretenus narraturam: cumque omnia, quæ mihi dicta ſunt, enarrare impoſſibile ſit, aliqua hic ſolum referam, ne omnium obliviſcar. Primo ut quod revelationis nomen habet non ſcribatur, nec ejus ratio habeatur; quia etſi multas veras dari certum ſit, ſimul tamem etiam multas falſas ac mendaces eſſe ſcimus: unde & ex multis mendaciis veritatem eruere non modo difficile, ſed & valde periculoſum eſt: & multas rei hujus mihi reddidit rationes. Prima eſt: quia quo propius ad hunc agendi modum accedimus, eo longius deflectimus a fide, cujus tamen lux quibuscunque demum revelationibus longe certior eſt. Secunda, quod homines his ſpiritus viis valde amici ſint, unde & animas ejusmodi via incedentes facile ut ſanctas ſuſpiciunt: id quod aliud non eſt, quam ſtabilitum a Deo negare ordinem, vi cujus animæ per virtutes, & legis ac præceptorum obſervantiam perficiendæ, & ad ſanctitatem elevandæ ſunt: V. Paternitati, ut hoc tollatur, pro viribus eſſe inſtandum: eo quod multum interſit; quodque nos fæminæ majori ex parte valde faciliter ab imaginatione nos duci ſinimus: cumque ex altera parte prudentia, ac litteratura virorum, quibus dirigi poſſemus, in nobis deſiderentur, periculum multo majus eſſe. Dicit, ſibi diſpliciturum, ſi ſuæ filiæ erga revelationes in ſuis libris a ſe ſcriptas afficiantur,

cre-

credantque, perfectionem in his conſiſtere, ſi eas deſiderent, ac ſectentur, in hoc ſe imitari exiſtimantes. Multas præterea alias veritates mihi manifeſtavit, declarans, ſe gloriam, qua frueretur, non revelationibus ſed virtutibus eſſe conſecutam, quodque V. Paternitas monialium ſuarum ſpiritum deſtruere incipiat, dum eis per viam revelationum auxilium ferre autumat: & licet aliquæ ſint, quæ valde certas, ac veras accipiunt: neceſſe tamen eſſe dixit, ut nulla earum ratio habeatur, qua rerum non admodum utilium, & quæ quandoque noxiæ potius, quam proficuæ eſſe poſſunt. (in hiſt. P. P. Carmelit. deſcalceat. Tomo 2. Lib. 7. cap. 3.)

99. Hinc deducat director, quam neceſſariæ ſint regulæ circa viſiones ac revelationes ſuperius a nobis traditæ; ſcilicet, quod anima bono earum effectu retento ſeſe illis plane exſpoliare ac exuere, & dein in pura iterum fide coram Deo progredi debeat. In hoc enim repoſitus eſt ſcopus, ad quem omnia ſanctæ monita collineant. Quandoquidem ſupra citatus Pater, ad quem omnia ſalutaria illa monita dirigebantur, non ſolum religioſas ſuas ab ejusmodi gratiis plene avulſas & exſpoliatas tenere neutiquam fuit conatus, ſed potius tum per relucentem ex ſermonibus earum exiſtimationem, tum per chartas, in quibus eas exacte annotari juſſit, earum me-

memoriam æque ac affectum conſervavit: unde & incommoda a ſancta matre enumerata facile ſequi potuiſſent; quatenus moniales viſionibus ac revelationibus adhæreſcentes a via fidei, quæ ſola ad unionem cum Deo perducit, ſenſim ſine ſenſu deflexiſſent; nec non ejusmodi gratias deſiderare, ſectari, pluris quam virtutes facere, ac perfectionis ſuæ ſubſtantiam in iis reponere incepiſſent. Et tunc ipſi Dei favores, ejusmodi abuſus cauſſa, inutiles, imo ſpiritus progreſſibus etiam noxii fuiſſent redditi.

100. De cætero autem ſancta noſtra hujusmodi monitis neutiquam intendit Directorum animis certam a Dei favoribus averſionem ac horrorem ingerere, o perculſi animarum per ſimiles vias a omino ductarum curam in ſe ſuſcipere pertæſcant: quia conſideratis demum quiscunque conſiderandis negari non poteſt, od viſiones ac revelationes, ſi veræ ſint, cum vera cordis avulſione ac plena ſpiritus libertate recipiantur, ſuſpiciendæ ſint dona Dei, quæ ad magnam perfectionem in brevi conſequendam multum conferunt. Et reapſe ipſa S. Thereſia, poſtquam graviſſimas, quas occaſione viſionum ſuis directoribus pertulit, tribulationes in vitæ ſuæ libro enarravit, ita concludit:

His non obſtantibus, quod cæleſtes has apparitiones viderim, diſplicere mihi nunquam poterit: imo nec unicam earum cum omnibus mundi hujus & bonis & oblectamentis permutarem. Has ut peculiarem Domini gratiam, ac ut theſaurum pretioſiſſimum ſemper ſuſpexi, de quo & ipſe Dominus multoties me ſecuram reddidit. Quapropter director, ut ſæpius monuimus, a via media non declinet: viſiones nec affectet, nec abhorreat: animas ejusmodi favoribus a Deo ditatas nec quærat, nec rejiciat, ſi ſponte occurant. Applicet præſcriptas a nobis regulas non modo ad ſpiritus earum qualitatem dijudicandam, ſed & ad eas poſt agnitum earum ſtatum, ut cum omnigena avulſione progrediantur, bene gubernandas: & ſecurum eum volo, quod Dei gratia, quæ ſacris miniſtris nunquam negatur, adjuvante ejusmodi animas rite directurus ſit.

101. Monitum Quintum. Hac in materia Directorem ſagacem eſſe oportet: quia non deſunt ſimulatæ pietatis homines, qui viſiones nunquam acceptas eum in finem fingunt, ut apud ſacrum Judicem ſanctitatis exiſtimationem aucupentur. At non conſternetur propterea: ſiquidem illorum mendacia detegere neutiquam difficile erit. Si fundatum hujuscemodi malitiæ dubium in Directoris mente

te oriatur, ſufficiet de perſona ſuſpecta experimenta quædam capere: tentetur igitur circa virtutum exercitium, caſtigetur, verbis aſperis, & ſeveris repræhenſionibus deprimatur. Et ſi deceptor, ac mendax fuerit, mox letale, quod in pectore reconditur, virus mille inconvenientibus modis evomet, ac ſic manifeſta ſimulationis ſuæ ſigna edet. Si ſilex leniter & blanda quaſi manu tractetur, ignem ſinu occultatum non prodet; ſi vero forti, ac conſtanti chalybe percutiatur, totus in ardentes ſcintillas erumpet. Ita & ſimulatores iſti ſi lenibus modis, & blanda manu tractentur, cordis ſui intima nunquam prodent; imo ex aliena benignitate novas fraudes machinandi, ac novos dolos ordiendi anſam arripient. Si vero in fortem, & modis aſperis percutientem incidant, dexteram, mille ocyus modis perverſi ſpiritus ſui malitiam patefaciunt. His itaque experimentis director ad veritatis fundum pertinget, ſi perſona quædam de dolo ſuſpecta ſit: notet tamen ſuſpicionem ejusmodi non vanam, ſed rite fundatam, ac ſolidis ex rationibus ortam eſſe debere.

102. MONITUM SEXTUM. Tandem director notet, imaginarias, de quibus hucusque diximus, viſiones incipi-

entibus & proficientibus nondum bene purgatis eſſe proprias, licet Deus ex finibus peculiaribus eas multoties etiam perfectis concedat. Ita myſtici Doctores communiter: & P. Thomas a Jeſu (*Ora. div. Lib.* 3. *Cap.* 5.) ac Carthuſianus (*ſelect. myſt. p.* 4. *Cap.* 5.) id fuſe probant. Quapropter ſi Directori anima quædam, quæ ejusmodi viſionum ſpecie frequenter fruitur, regenda obveniat, caveat, ne juſto majorem de illius virtute exiſtimationem concipiat. Harum viſionum effectus autem ab illis, quos de corporeis viſionibus agentes retulimus, non differunt, niſi quod effectus imaginariarum, eo quod magis intimæ ſint, quam corporeæ, majoris efficacitatis eſſe ſoleant.

CAPUT VIII.

Intellectuales viſiones declarantur.

103. Viſio intellectualis pura, quam in præſenti pertractare incipimus, multo perfectior, & multo excellentior eſt omnibus aliis, de quibus hactenus ratiocinati ſumus, viſionibus: quia in ſolo intellectu abſque ullo ſenſuum tam interiorum quam exteriorum influxu efformatur,

& angelis, ac animabus a corporibus
ratis potius, quam mortalibus nos in-
viventibus propria eſt. Viſio hæc ita
conſiſtit in *certa, ac clara intellectus circa*
'um quoddam notitia absque omni illud re-
ntante forma, figura, aut imaginatione ita,
ipſo actu a phantaſia nullatenus pendeat.
a definitionis hujus ſubſtantiam omnes
ici Theologi conveniunt, fundati in au-
itate D. Auguſtini, qui (*Lib.* 16. *de*
t. Dei cap. 6.) hanc in rem ita loquitur:
'tas incommutabilis per ſe ipſam ineffabiliter
itur rationalis creaturæ mentibus; aut per
ibilem creaturam loquitur, ſive ſpiritualibus
ginibus ſpiritui noſtro, ſive corporalibus vo-
corporis ſenſui. Nec turbet Lectorem,
d ſanctus Doctor de Dei ad animam lo-
onibus hic ſermocinetur: cum de viſio-
ıs idem ſit ſentiendum, ac pro ambabus
em pugnet ratio. Dicit itaque ſanctus
tor, quod Deus nobis loquatur, aut ſe
ıifeſtet vel per corporis ſenſus (id quod
o imaginaria eſt) vel mentibus noſtris
ıatur, ac ſe patefaciat per ſe ipſum: &
intellectualem, de qua in præſens agi-
s, viſionem conſtituit. Id ipſum in ſuis
feſſionibus (*Lib.* 8. *c.* 10.) affirmat ſcri-
s: *ſi cui ſileat tumultus carnis, ſileant phan-*
e terræ, & aquarum, & aeris: ſileant &
, & ipſa ſibi anima ſileat, & tranſeat ſe,
ſe cogitando; ſileant ſomnia, & imaginariæ

revelationes, omnis lingua, & omne ſignum, & quidquid tranſeundo fit, ſi cui ſileat omnino --- & ſubtrahantur aliæ viſiones longe imparis generis, & hæc una rapiat, & abſorbeat, & recondat in interiora gaudia ſpectatorem ſuum; ut talis ſit vita æterna, quale fuit hoc momentum intelligentiæ, cui ſuſpiravimus, nonne hoc eſt, intra in gaudium Domini tui.

104. At videamus, qualiter S. Thereſia noſtram definitionem non minus, quam S. Auguſtini doctrinam clarioribus adhuc terminis explicet. Sancta hæc de intellectuali, quam longo temporis tractu de Jeſu Chriſto Domino noſtro habuit, viſione ſermonem inferens dicit, quod perſona Redemtoris, *quin videatur; per notitiam adeo claram ſe imprimat, ut de ea non dubitari poſſe videatur: quandoquidem Dominus illam intellectui ita inſculptam hærere vult, ut de ea non magis dubitari poſſit, quam de re, quæ apertis oculis conſpicitur; imo ne tantum quidem: cum in oculorum viſionibus ſubinde ſuſpicio quædam remaneat, ne videndo hallucinati ſimus: In illis autem, etſi derepente ſuſpicio quædam incidat, ingens nihilominus ex altera parte remanet certitudo ita, ut dubium nihil amplius virium habeat* (*in vita cap.* 27.) De eadem viſione in caſtello interiori (*Manſ.* 6. *cap.* 8.) ſermocinans, idem repetit in hæc verba: *non poteram intelligere, quid rei hoc*

eſſet: cum nihil viderem, & certo nihilominus cognoſcerem, quod Chriſtus Dominus noſter eſſet, qui ſe illa ratione manifeſtaret, nec dubitare poſſem, quin ibi eſſet. En S. Thereſia intellectualis viſionis ſubſtantiam reponit in notitia quadam objecti certiſſima, indubitata, falli neſcia, ac majori, quam haberetur, ſi idem objectum externis corporis oculis conſpiceretur. Verum ad alia definitionis noſtræ prædicata ſecundum ſeraphicæ matris doctrinam examinanda progrediamur. In vita (*Cap.* 27.) prædictam intellectualem Redemtoris viſionem his terminis declarare pergit. *Verum hic nihil eſt hujuſcemodi, neque obſcuritas hic videtur; ſed animæ ſe repræſentat per notitiam ſole clariorem: non dico, quod ſol aut claritas videatur, ſed lux quædam, quæ, quin lux videatur, intellectum illuminat, quia anima tanto bono fruitur.* Ecce hic ſancta magiſtra certæ ac indubitatæ, quæ intellectualem viſionem conſtituit, objecti notitiæ talem adjungit claritatem, quæ ipſos ſolis ſplendores ſuperat. Deinde ſubjungit, qnod certa & clara hæc redemtoris notitia omni forma, figura, aut imaginatione ipſum repræſentante deſtituta fuerit. *Tota anxia* (narrat de ſe ipſa in *caſt. inter. Manſ.* 6. *c.* 8.) *ſuum confeſſorem adiit, qui ei dixit, qua ratione, ſi nihil videret, Chriſtum Dominum eſſe ſciret? diceret ſibi, quem vultum,*

quam corporis effigiem habuerit. Reſpondit illa, ſe nec effigiem ſcire, nec vultum vidiſſe, nec aliud ultra dicere poſſe, niſi quod jam dixiſſet; bene tamen ſibi notum eſſe, quod ille fuerit, qui locutus eſt, & quod ipſa perperam non viderit. Et adhuc clarius in libro ſuæ vitæ (*cap. ſupracit.*) *cum quodam glorioſi S. Petri feſto orationi intenta eram, mecum vidi, aut ut melius loquar, adverti; quandoquidem neque oculis corporis, neque oculis animæ* (per hos *animæ oculos*, ut bene notandum, ſemper imaginationem intelligit) *quidquam vidi, videbatur tamen Chriſtus mihi adſtare, ſentiebamque illum eſſe, qui loquebatur mecum.*

105. Unde deduces, juxta ſanctæ doctrinam ad intellectualem viſionem claram certamque objecti notitiam ſine formarum, & figurarum expreſſione eſſe neceſſariam. Ut autem ejusmodi viſio non ſolum intellectualis, ſed in hac ipſa linea etiam pura ſit, inſuper requiritur, ut nulla ratione a phantaſia pendeat. Ut hoc intelligatur, prænotari oportet, quod ad formandas dictas viſiones duo neceſſario requirantur: primo ſpecies intellectualis, quæ objectum repræſentet; & ſecundo lumen extraordinarium, quo intellectui idem objectum per dictas ſpecies clare ac certo cognoſcendi potentia ac capacitas tribuitur.

Si

Si ſpecies a Deo ſit infuſa, intellectus cum illa abſque ullo phantaſiæ concurſu ſuam viſionem producere poteſt: ſicut enim dicta ſpecies in ſua origine a phantaſia non pendet, ſic neque in ſuis operationibus ab illa pendet. Et hoc extra controverſiam eſt poſitum. Si vero viſio per ſpecies naturales, quas intellectus ope ſenſuum jam prius acquiſivit, formanda ſit, dicit Dionyſius Richelius (quocum P. Jacobus Alvarus de Paz, Philippus a SS. Trinitate, ac alii Doctores myſtici conſentiunt) quod Deus in tali caſu mox dictas ſpecies combinare, ac intellectum per eminens quoddam lumen ita elevare poſſit, ut is ope ejusmodi ſpecierum viſionem ſe ſolo producere valeat. Et hac ratione viſio a phantaſia non pendebit, ac pure intellectualis erit: unde prædictus Alvarus (*Tom.* 3. *L.* 5. *P.* 3. *cap.* 12.) ita concludit: *Et quod ad ſpecies attinet, vel ſunt eædem naturales, quas intellectus e rebus per ſenſus hauſit, quas tamen Deus ita diſponit, ut admiranda repræſentent; vel ſunt ſpecies de novo inditæ, & infuſæ, quas altitudo rei revelatæ requirit. Utrisque autem poteſt, & ſolet intellectus uti in hac viſione, nempe intellectuali, ſine ulla cooperatione imaginationis & ſenſus.* Quodſi autem contingat, ut viſio a quadam imaginatione incipiat, & hæc ad illam ſuo modo concurrat, influatque,

viſio intellectualis non poterit pura dici propter commixtionem ac concurſum phantaſmatum, qui illam cum potentia imaginativa connectit. Ad ſummum ſi ejusmodi viſio primario in ſpecie intelligibili, & ſuperno lumine fundetur, abſolute quidem viſio intellectualis, non tamen pura dici poterit ex ratione primum allegata. Videantur dicta Tractatu ſecundo, ubi de contemplatione imperfecta agens doctrinam hanc fuſius expoſui.

106. Inſtrumenta, quibus dictæ viſiones pure ſpirituales formantur, ſimilia ſunt illis, quibus viſiones imaginarias effingi diximus. Primo Deus intelligibilem, quam intellectus ope phantaſiæ jam prius obtinuit, ſpeciem juxta dicta combinat, ordinatque: aut ſi objectum repræſentandum adeo excelſum ac ſublime fuerit, ut memoria intellectualis ſpecies ad illud exprimendum idoneas non poſſideat, Deus ipſe novam infundit ſpeciem. Huic dein ſuperinfunditur lux altiſſima, qua dicta ſpecies ita illuſtratur, ut intellectus per ejusmodi ſpeciem illuminatus objectum ſibi præſens cum ingenti tam claritate quam certitudine intueatur. Lux hæc, ait P. Jacobus Alvarus de Paz (*Tom.* 3. *L.* 5. *p.* 3. *c.* 12.) non eſt lumen fidei: quia hoc ad actus fidei ordinarios impertitur; imo quan-

quandoque nequidem eſt donum ſapientiæ, utpote quod licet fidem valde nobilitet, perficiatque, ad res tamen adeo ſublimes modo extraordinario & tam claro cognoſcendas ſe non extendit. Et hinc vel reapſe vel ſaltem per reductionem lumen prophetiæ eſſe debebit, vi cujus res divinæ modo animabus a corpore ſegregatis potius, quam mortali corpori unitis congruenti cognoſcuntur. Licet alii non deſint Authores, qui ad dictarum viſionum formationem non majorem requiri lucem autumant, quam quæ mentibus noſtris a donis ſapientiæ, & intellectus ſuppeditatur.

107. Ex quibus conſequitur, viſionem intellectualem puram a Deo ſolo in nobis produci poſſe: cum intellectus noſter potentia ſit omnibus angelis, non malis ſolummodo, ſed etiam bonis clauſa, ac ſoli Deo aperta. Hic ſolus illam ſubire poteſt, ibique ſpecies pro arbitrio movere, ac combinare, aut novas creare, nec non vivam ſuperinfundere lucem, vi cujus anima objecta, quæ manifeſtare vult, abſque imaginum, ac figurarum formatione per puram intelligentiam cognoſcere poteſt. Ita ſupra memoratus Alvarus de Paz authoritati Angelici innixus (*Loco præcit.*) docet inquiens: *ſolus enim Deus poteſt*

teſt memoriam intellectivam in bono figere, ita ut ſtrepitu phantaſmatum alio non vocetur: ſolus ille poteſt lumen hoc ſupernaturale infundere, vel lumen ſapientiæ, quod antea infuderat, perficere, ac conſortare. Solus ille poteſt ſine concurſu ſenſuum inclinare voluntatem ad bonum, & habitus caritatis, & virtutum ſuaviter eam ducentes immittere; quæ omnia lumen Theologorum Thomas docuit. Et in hac ipſa ratione myſtici ſe fundant Theologi, dum intellectuales viſiones a dæmonum illuſionibus prorſus immunes eſſe affirmant: quia, licet Dæmon potentiam imaginativam ingredi, ibique phantaſmata componere, alterare, ac combinare poſſit, nullum tamen in intellectu pedem figere valet. Unde quotiescunque intellectus abſque phantaſiæ conſortio, prout in omnibus viſionibus mere intellectualibus contingit, ſe ſolo divina tamen virtute adjuvante operatur, maligno ſpiritui nullus eum ſuis fraudibus exagitandi modus ſuppetit.

108. Intellectualium harum, quas declaravimus, viſionum ope anima quodvis objectum, qualecunque illud fuerit, videre poteſt. Primo poteſt videre Deum, ejus unitatem; ac divinarum Perſonarum trinitatem; non quidem intuendo, ſed per velamina fidei. Viſio hæc altiſſima eſt, ac ſubli-

limiſſima, de qua ſequenti capite ratiocinabimur. Secundo viſione intellectuali anima etiam nudas veritates videre poteſt; dico nudas, quia eas abſque omni imagine aut figura illas repræſentante per ſimplicem intelligentiam clare in ſe ipſis videt. Ex nudis veritatibus aliæ circa Deum, aliæ circa creaturas verſantur, prout S. Joannes a Cruce (*in Aſcenſ. Mont. Lib.* 2. *cap.* 26.) fuſe declarat. Veritates circa Deum anima videt, dum ei per claram notitiam attributum quoddam divinum manifeſtatur ita, ut in ſublimi hac notitia illud intime deguſtet, ac ſaporem nulla mortali lingua exprimendum inde percipiat. Harum divinarum veritatum viſio ſublimiſſima eſt, ac ad præcedentium viſionum claſſem reducitur. Creatas autem veritates anima videt, dum ei per puram & claram intelligentiam certæ veritates in ſe ipſis patefiunt. Veritates hæ jam concernunt vel fidem, ac mores, vel id, quod contigit, aut poſtea continget, vel id, quod in hominis cujusdam corde occultatum latet. Viſio hæc modo ad donum prophetiæ, modo ad donum diſcernendi ſpiritus refertur, prout idem ſanctus dicit, & minoris quam aliæ modo recenſitæ intellectuales viſiones eſt pretii. Tertio viſione intellectuali anima etiam puros ſpiritus E. g. Angelos aut animas a corporibus ſeparatas poteſt videre.

Vi-

Viſio hæc, etſi minus alta ſit, quam ipſius Dei, ac perfectionum ejus viſio, valde tamen etiam ſublimis eſt, ac viventibus ſuper terram raro conceditur. Ita citatus S. Joannes a Cruce docet (*in Aſcenſ. Mont. Lib.* 2. *cap.* 24.) ſcribens: *Aliæ vero viſiones, quæ ſunt ſubſtantiarum incorporearum, aliud quoddam ſublimius lumen requirunt: unde etiam viſiones iſtæ ſubſtantiarum incorporearum ſicuti ſunt Angelorum, & animarum, minime ſunt frequentes, nec hujus vitæ propriæ.* Quarto viſione mere intellectuali anima videre quoque poteſt Jeſum Chriſtum, Mariam Virginem, & omnes corporeas, quotquot in univerſo hoc ſunt, ſubſtantias: dum vero anima hac viſionum ſpecie corpora intuetur, ea non aſpicit in imagine, eorum formam ac figuram repræſentante, prout in naturalibus noſtris cognitionibus contingit; ſed videt ea per puram & ſimplicem notitiam adeo tamen certam, ac claram, ut ipſi noſtri oculi, & ipſa noſtra phantaſia cum omnibus ſuis figuris tam vivacem eorum repræſentationem exhibere nequeant.

109. Intellectuales hæ Jeſu Chriſti, ſanctiſſimæ Virginis, & aliarum materialium, ac corporearum ſubſtantiarum viſiones duplici modo contingere poſſunt, ut P. Alvarus de Paz (*Tom.* 3. *Lib.* 5. *cap.* 12.) cum aliis Myſticis docet. Poſſunt enim

enim eſſe indiſtinctæ, vel diſtinctæ. Viſio intellectualis indiſtincta Jeſu Chriſti (id ipſum de Maria Virgine, & alio quovis corpore intellige) tunc datur, cum anima per certiſſimam, ac clariſſimam notitiam (ita ut nulla ratione dubitare poſſit) Redemtorem præſentem videt, & quandoque ſenſu ſpiritus eum etiam ſibi vicinum ſentit: ita tamen, ut de illius ſtatura, figura, & ſingularibus, ex quibus conſtat partibus nullam habeat notitiam. Videt illuminato ſuo intellectu quaſi evidenter, quod Chriſtus ſit, quia clara de hoc illi notitia infunditur; corporis effigiem autem non videt, quia de hac nullâ illi notitia communicatur. Talis erat viſio intellectualis S. Thereſiæ ſuperius a nobis relata: prout Lector ex citatis a nobis propriis ejusdem verbis eruere poterit. Ex oppoſito diſtincta viſio intellectualis Redemtoris, aut Mariæ Virginis eſt notitia clariſſima non ſolum perſonæ, ac ipſius præſentiæ, ſed etiam membrorum, vultus, pulchritudinis, & quandoque etiam gloriæ. Non dico, quod intellectus ſingularia hæc in Jeſu Chriſti corpore per materialem, qua exprimantur, imaginem videat, prout in oculorum, ac phantaſiæ viſionibus contingit: intellectus enim craſſarum ejusmodi repræſentationum capax non eſt. Sed hoc dico, quod ſimplicis notitiæ obtutum ea clariori modo videat, quam videret, ſi phanta-

taſia cum ſuis imaginationibus concurreret. Et certe in dubium revocari nequit, quin Deus diſtinctas has intellectuales viſiones quandoque ſuis ſervis impertiatur: ſicut enim Angeli intellectus ſui obtutu non ſolum corpora, ſed & eorum membra, ac ſingulares illorum qualitates intuentur; ſic & humanus intellectus ea videre poteſt, ſi divina luce illuſtratus, ac ad ejuſmodi actum elevatus fuerit. Secunda hæc viſionum ſpecies majori quam prior in pretio eſt habenda, ac majores etiam, ut nemo non videt, effectus producere debet.

110. Verum hic mihi non nemo objiciet: ſi imaginatio noſtra ad intellectuales viſiones nulla ratione concurrit, qualiter poterit anima ad ſe ipſam reverſa ejuſmodi viſionum recordari? qualiter poterit eas aliis, ſpeciatim directoribus enarrare? Ad hæc dubia cum Angelico Doctore (2. 2. *qu.* 175. *art.* 4 *ad* 3.) reſpondeo, quod intellectuales viſiones ſpeciem intelligibilem in intellectu relinquant, & quamdam divini, quo formatæ ſunt, luminis partem in phantaſiam refundant: & hinc phantaſia hoc lumine, & illa ſpecie adjuta quamdam objecti, quod intellectus vidit, imaginationem concipere poteſt. Unde & anima poſt dictas viſiones res, quas primo ſpirituali modo intellexit, poſtea etiam imaginario

mo-

modo poteſt cognoſcere, ac dein earum etiam recordari. Ex quo conſequitur, quod, ſi primo ſolus ſpiritus ejusmodi viſionum effectibus fuit gaviſus, poſtea per tales imaginationes etiam appetitus ſenſitivus eorum particeps fiat, ac tandem per quamdam hujus redundantiam ipſum quoque corpus illis perfruatur. Et hoc ad primum dubium reſponſi loco ſufficiat.

II. Ut autem ſecundo etiam dubio ſatisfaciam, dico, quod viſiones intellectuales quandoque adeo ſublimes ſint, t phantaſia non, niſi valde rudem & conſuſam illarum ideam formare ſibi valeat: & ac perſona non niſi generalibus ac confuſis, mentis ſuæ ideæ ſcilicet reſpondentis terminis ea, quæ vidit, aliis referre poteſt: prout omnino S. Paulus admirabilem illam, quam in paradiſum raptus habuit, viſionem enarrans non niſi generaliſſimis terminis dicere potuit: *Audivi arcana verba, quæ non licet homini loqui* (2. *cor.* c. 12. *v.* 4.) Quod ſi vero intellectualium viſionum objectum minus ſpirituale, & minus altum fuerit ita, ut potentia imaginativa claram ac diſtinctam illius ideam formare ſibi poſſit, nulla erit difficultas,) minus perſona, quæ dictas viſiones habet, eas etiam diſtincte æque ac clare referre poſſit. Et hoc ipſum S. Thereſia in-

nuere voluit, dum dixit, ex viſionibus his mere ſpiritualibus aliquas quidem enarrari poſſe, alias autem non. *Dum viſiones intellectuales ſunt, eas ne effari quidem poteſt; quandoquidem tum temporis quaſdam adeo ſublimes recipere debet, ut viventes ſuper terram eas intelligere, ac aliis enarrare poſſe non conveniat. Licet ad ſenſus ſuos rediens, multas ex intellectualibus his viſionibus, hac ratione narrare poſſit. (caſt. inter. Manſ. 6. cap. 4.)*

112. Sicut ipſæ hæ viſiones ſpiritui imprimuntur, ſic & earum effectus in ſpiritu producuntur, & corpus non niſi participando illis perfruitur, ut paulo ante indicavi. Effectus iſti ab illis, quos capite tertio de corporeis viſionibus loquens enumeravi, non differunt, niſi quod illis longe interiores, efficaciores, ac perfectiores ſint. Verum cum S. Joannes a cruce horum effectuum aliquos ſaltem magis proprios, ac magis præcipuos, qui intervenire ſolent, recenſeat; illos ex ipſo ejusdem ore audiamus: *Effectus porro, quos hujusmodi viſiones in anima producunt, ſunt quies, illuminatio, lætitia ad normam gloriæ, ſuavitas, puritas, & amor, humilitas, pronitas, ſeu elevatio ſpiritus ad Deum, evenitque hoc aliquando plus, aliquando minus, aliquando plus unius, aliquando vero plus alterius juxta menſuram ſpiritus recipientis, vel quemadmodum Deus voluerit. (Aſcenſ. Mont. Lib. 2. cap. 24.)* Ca-

CAPUT IX.

[M]onita practica pro directore circa prædictas viſiones intellectuales.

3. MONITUM PRIMUM. Jam dixi, intellectuales viſiones ab omni Dæmonum illuſione immunes eſſe: ubi direri tamen notandum, quod hoc intellindum veniat de viſionibus pure intelleualibus, quæ ſcilicet in intellectu per noias mere ſpirituales abſque omni imagitionum commixtione, & ſine ullo phanіæ concurſu formantur. Verum de hoc is ſecurus eſſe poterit? Cum dæmon deata ac ſubtilia phantaſmata in potentia aginativa tam artificioſe commovere poſ, ut objectum quoddam per puram inligentiam cognoſcere nobis videamur, & omni illuſione nos ſecuros credamus; m tamen illud ex inimici noſtri aſtu reapſe ſola phantaſia videamus, & ma; quam alias unquam deluſi ſimus. De ſionibus, quæ in hanc viſionum ſpeciem epere poſſunt, S. Joannes a cruce (*in cenſ. Mont. Lib. 2. cap. 24.*) ita loitur: *Poteſt etiam cacodæmon ſimiles viſies in anima mediante aliquo naturali lumine cere, utendo opera phantaſiæ, in qua ſpiuali ſuggeſtione clarificat malignus ſpiritus*

objecta, ſive illa ſint præſentia ſive abſentia. Unde ſuper illum Matthæi locum, ubi Evangeliſta dicit oſtendiſſe Chriſto dæmonem univerſa mundi regna, & gloriam eorum (oſtendit ei omnia regna mundi) *aſſerunt non nulli doctores hoc factum fuiſſe ſuggeſtione intelligibili.* Dein ſanctus indicia quædam proponere pergit, ex quibus dijudicari poſſit, quando ſpirituales hæ viſiones in mentium incautarum laqueum a dæmone adulterentur, inquiens; *Effectus quippe, quos dæmoniacæ producunt in anima, nequaquam ſunt illorum inſtar, quos bonæ ingenerant: imo ariditatem ſiccitatemque ſpiritus in tractando cum Deo, & propenſionem ad propriam ſui ipſius æſtimationem inducunt, & inclinant ad illas libenter admittendas, & magni illas faciendas, nulloque modo teneritudinem humilitatis, divinique amoris relinquunt.* Interea concludit ſanctus, animam etiam bonis his intellectualibus, etſi aliis multo ſecuriores ſint, ſeſe exſpoliare debere, ita ut bono, quem in ſpiritu producunt, effectu retento ipſa in pura, & obſcura fide remaneat; tum quia aliquod illuſionis periculum ſubeſt, tum quia major noſter profectus id exigit. Cum vero intellectualium viſionum, ut ſuperiori capite monſtravimus, varia dentur genera, eas exacte inter ſe diſtinguere, & peculiares pro ſingulis regulas tradere oportet: id quod ſequenti monito præſtabimus. 114.

|. MONITUM SECUNDUM. Si viſiones intellectuales juxta ſuperiorem iſionem circa Deum aut ſanctiſſimam Triitem, aut circa veritates Deum attinentes ;. ejus perfectiones & attributa verſentur, ma eas nunquam debet rejicere, neque iis ım ſe unquam exſpoliare; idque ex duplici ite. Primo quia hæ viſiones fidei purіem neutiquam vitiant, ſed magis perfint: cum veri actus fidei ſint, iique doſapientiæ toti, ac ita illuſtrati, ut ad ım videndum (quantum ſcilicet in præti vita videri poteſt) & ad ejus perfenes cum claritate ferme evidenti coniendas pertingant. Secundo quia hæ viıes myſticæ cum Deo unioni, ad quam ma ſuis contemplationibus tendere debet, ›edimento eſſe non poſſunt, & potius ad ımodi unionem pertinent, nec animæ |uam conceduntur, quin quodammodo em cum Deo uniatur. Ita S. Joanà cruce (*in Aſcenſ. Mont. Lib.* 2. 26.) inquiens: *Iſtas vero ſublimes, roſasque notitias nulla conſequi valet ani- niſi quæ jam ad unionem cum Deo pro- ı eſt: cum ipſæ ad unionem jam pertine- : nam in quodam attactu, qui inter anı, & veritatem divinam fit, conſiſtunt; re ipſe Deus eſt ille, qui percipitur, & ıſtatur.* Hinc ſanctus monitum a nobis ım deducit, ſcilicet quod anima in-

tellectualibus his viſionibus, & divinis notitiis exſpoliare ſe non debeat: *In iſtis porro notitiis non dico, ut ſe anima habeat negative, quemadmodum in cæteris apprehenſionibus* (ſeu aliis, de quibus jam dixerat viſionibus) *nam ſicut hoc loco diximus, ipſæ ſunt unionis pars, ad quam dirigimus animam.*

115. Si vero intellectuales viſiones creatæ veritates E. g. de rebus occultis aut futuris cognoſcantur, vel ſi puri ſpiritus, angeli, aut animæ, vel corporeæ etiam ſubſtantiæ videantur, anima iis ſe e veſtigio exſpoliare, ac ſanctis, qui inde reſultant, effectibus retentis in obſcura fide remanere debet: quia licet, ut ſupracitatus ſanctus ait, hujusmodi viſionum memoria animæ quidquam utilitatis afferat, quatenus quamdam in ea contemplationem & Dei amorem excitat; nihilominus ſi anima eas in ſua memoria quaſi in tabulario aſſervare, iis inniti, ac firmum in iis fundamentum ponere velit, ejusmodi rerum, quæ Deus non ſunt, ſpeciebus occupata ac implicata hærebit. Dum tamen, ſi omnibus ſingularium creaturarum notitiis exſpoliata, & nuda in fide coram Deo incedat, ad unionem cum Deo magis præparatur, & puri amoris flammis, quin ipſamet reſciat, qualiter id fiat, ſuccenditur. Et hæc omnia vera ſunt, etiamſi anima,

ſeſe in ejusmodi intellectualibus viſionibus a diabolo non illudi, ſecura foret. Ita docet, expertiſſimus hac in re, & ſæpius hoc capite a nobis citatus S. Joannes a cruce (*in Aſcenſ. Mont. L.* 2. *c.* 24.) ſcribens: *Aliter enim, ſuppoſito etiam animam adeo eſſe ſagacem, humilem, & fortem, ut eam non valeat dæmon viſionibus iſtis* (intellectuales intelligit) *decipere, nec* (*ut facere conſuevit*) *in aliquam præſumtionem præcipitare, non faciet tamen progreſſus ad ulteriora, eoquod nuditati ſpirituali, paupertatique ſpiritus, & vacuitati in fide, quæ requiruntur* (*ſicut dictum eſt*) *ad unionem animæ cum Deo, obſtaculum ponit.* Interea monitum hoc paucis conſtringamus. Si Director intellectuales diſcipuli ſui viſiones non circa Deum, & ejus perfectiones, aut circa Jeſum Chriſtum (utpote qui ſemper excipiendus eſt) ſed circa alia objecta creata verſari videat, injungat illi, ut aſſumtis bonis effectibus ſeſe hujusmodi viſionibus exſpoliet, & ſub ſecuro ductu fidei in obſcuro coram Deo incedere pergat; monſtretque eidem, quantopere id ad propriam ſecuritatem æque, ac ad ſpiritus ſui profectum conducat. Si vero dictarum viſionum unam alteramve ideo quandoque in memoriam revocare vellet, ut ſic ſpiritum excitare, ac ad Deum elevare, aut ad virtutum exercitationem animum ac robur conſequi valeat, præcipiat

ei, ut bona ac ſancta hac excitatione accepta viſionis illius recordationem e veſtigio deferat, ac in fide operari pergat, prout omnes alii fideles procedere ſolent.

116. Monitum tertium. Non perterrefiat Director, ſi cuidam ſuorum pænitentium viſionem intellectualem valde diuturnam supervenire contingeret: ſpirituales enim ejusmodi viſiones non ſe habent inſtar imaginariarum, quæ cito evaneſcunt, aut brevi ſaltem tempore tranſeunt: ſeptimanis enim, & menſibus, imo integris etiam annis durare poſſunt, prout S. Thereſia (*caſt. inter. Manſ.* 6. *cap.* 8.) affirmat: *cum de hac viſione timeret (quandoquidem inſtar imaginariarum, quæ ſubito tranſeunt, ſe non habet, ſed multis diebus, & quandoque ultra annum durat) tota anxia ſuum confeſſorem adiit.* Sancta ab experientia ſic loquitur, cum viſione intellectuali per plures annos Redemtorem quaſi omnium operationum ſuarum teſtem lateri ſuo adhærentem viderit. Ratio hujus in propatulo eſt: intellectuales enim viſiones differunt ab imaginariis: cum hæ vehementiſſimam impreſſionem in ſenſu producant; illæ autem totam ſuam impreſſionem perficiant in ſpiritu, qui cujusvis ſupernæ influentiæ capax eſt, ac ſi rite purgatus ſit, quantumcunque etiam magnam ſumma cum quiete re-

recipere poteſt. Præterea viſiones imaginariæ a ſenſibus externis alienationem requirunt, dum intellectuales ex oppoſito ſæpe etiam ſenſuum uſu non deperdito contingant, prout Angelicus alibi a nobis citatus docet. Quapropter etiam ex hoc capite illas breves, & has diuturnas eſſe convenit. Neutiquam itaque miretur director, ſi animam quamdam repetitis ſeptimanis & menſibus eandem vel Chriſti, vel Mariæ Virginis, vel alicujus ſancti intellectualem viſionem habere audiat, ſciatque, id accidere ſolere. Invigilet duntaxat, ne illuſio interveniat, & ut anima juxta præſcriptas ſibi leges progrediatur.

117. MONITUM QUARTUM. Ultimo notet director, quod viſiones intellectuales proprie iis conveniant, qui in ſtatu perfectionis jam conſtituti ſunt: ſunt enim communicationes, quæ mero ſpiritui vel omnino vel magna ſaltem ex parte purgato impertiuntur. Hoc non obſtante quandoque etiam minus perfectis concedi poſſunt: quia Deus donorum ſuorum Dominus ea elargiri poteſt, cui libuerit: & ſicut corporeæ viſiones incipientibus propriæ, ac imaginariæ proficientibus convenientes juxta alibi dicta multoties perfectis conceduntur; ſic intellectuales perfectis propriæ ex finibus ſoli Deo notis etiam aliis, qui tales non ſunt, donari poſſunt.

CAPUT X.

Quid viſio intellectualis Dei in caligine ſit, & quando contingat, declaratur.

118. Viſio Dei in caligine apud myſticos Theologos & ſpeciatim apud eorum principem S. Dionyſium Areopagitam adeo celebris, ſi ſtricte loqui velimus, videtur potius ad ſuperiorem pertinere Tractatum, ubi de iis contemplationis gradibus egimus, qui per generales & indiſtinctos actus fiunt, quam ad præſentem, ubi diſtinctos & claros contemplationis actus, quales viſiones mox declaratæ haud dubie ſunt, diſcutiendos nobis propoſuimus: quia caliginoſa hæc viſio reapſe in generaliſſimis tum circa ipſum eſſe divinum, tum circa divinas ejus perfectiones actibus conſiſtit. Interea tamen cum tenebroſa hæc contemplatio a myſticis viſionis nomine compelletur, & vero quodam ſenſu talis etiam dici poſſit, ejus pertractationem huic loco convenire exiſtimo, ubi de viſionibus tam Dei quam creaturarum aliunde jam ſermonem habere cæpimus. Ne Lector autem circa harum materiarum intelligentiam hallucinetur, non omittam annotare, in quali ex tot ſuperiori Tractatu declarati contemplationis gradibus talis Dei in clara, & luminoſa caligine viſio exerceatur. 119.

119. Priusquam autem, quidnam illa ſit, declaremus, plura prænotari oportet. Primo quod intellectus humanus Deum triplici modo videre poſſit, & primo quidem per viſionem in caligine; ſecundo per viſionem claram ac manifeſtam, nondum tamen intuitivam: & tertio per viſionem intuitivam ſine ullo medio, ac abſque omni velamine a facie ad faciem. Tertia hæc viſio beatæ patriæ poſſeſſoribus eſt propria, nec de illa ratiocinari ad præſens hoc opus pertinet, utpote quod non niſi contemplationes in hac vita concedi ſolitas pertractat. Secundam viſionem autem capite octavo leviter attigimus, & ſubſequenti capite uberius declarabimus. Primam itaque præſenti diſcutiendam nobis propoſuimus.

120. Secundo loco notandum venit, quod in ſacris paginis, dum de Deo mentio fit, ſæpius in caligine & tenebris habitare dicatur. Sic habemus in libris Regum (3. *c.* 8. *v.* 12.) *Dominus dixit, ut habitaret in nebula.* In Paralipomenis (*L.* 2. *c.* 6. *v.* 1.) *Dominus pollicitus eſt, ut habitaret in caligine.* In Pſalmis (*pſal.* 17. & 96.) *caligo ſub pedibus ejus: poſuit tenebras latibulum ſuum. Nubes & caligo in circuitu ejus.* In Iſaja (45. 15.) *vere tu es Deus abſconditus*: Quæ verba non ſignificant,

cant, quod in ſpeciem indicant, ſcilicet quod Deus nebula, tenebris ac obſcuritate ſit circumdatus: quia, ut S. Joannes Apoſtolus (*Epiſt.* 1. *c.* 1. *v.* 5.) ait, *Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ;* ſed exprimere duntaxat volunt noſtram imbecillitatem, ac ingentem mentium noſtrarum debilitatem, utpote quæ per contemplationis lucem ad Deum accedentes eum, qualis in ſe ipſo eſt, plene & perfecte nullatenus cognoſci, ac comprehendi poſſe intelligunt, & ſic propriæ ignorantiæ tenebris obfuſcatæ relinquuntur.

121. Tertio alibi dicta in memoriam revocanda ſunt, nempe quod Deus duplici ratione a nobis cognoſci poſſit, vel per viam affirmationum ſcilicet, vel per viam negationum. Primo modo Deum cognoſcimus, dum quasdam perfectiones, quæ in proprio ſuo conceptu nullam imperfectionem involvunt, de illo affirmamus: dum dicimus E. g. Deus eſt bonus, Deus eſt ſanctus, Deus eſt ſapiens, Deus eſt omnipotens, & alia ejusmodi, Secundo modo eum cognoſcimus, dum eas ipſas perfectiones de illo negamus; non quaſi dicere vellemus, ejusmodi perfectiones ei nullo modo ineſſe: cum id manifeſti erroris eſſet; ſed quia ſignificare volumus, quod ei non inſint, abjecto, limitato, & miſero illo modo, quo

de-

debiles noſtræ mentes illas apprehendunt, bene vero in eo contineantur modo infinite & eminentiori, & nobiliori. Sic dicens Deum non eſſe bonum intelligo, in eo non dari finitam ac imperfectam illam bonitatem, quam per viles meas e creaturis hauſtas ideas cognoſcere poſſum; dari autem in eo bonitatem cum exceſſu immenſe majori. Dum Deum a nobis nec comprehendi, nec cognoſci poſſe dico, id ſecundum perfectionum ejus meritum intelligo. His poſitis.

122. Dico cum P. Alvaro de Paz (*P.* 3. *L.* 5. *c.* 13.) & communi aliorum Myſticorum duce magno Dionyſio, quod viſio intellectualis Dei in caligine, quæ ab eodem Dyoniſio radius tenebrarum, & caligo luminoſa dicitur, aliud non ſit, quam *intellectualis notitia, qua mens noſtra tranſcurſis omnibus creatarum & naturalium rerum ideis, relictis etiam omnibus, quæ de Deo per viam affirmationum haberi poſſunt, cognitionibus, per lucem ſublimiſſimam ſe totam immergit incognoſcibilitati, & incomprehenſibilitati divinæ eſſentiæ, quæ tanto melius cognoſcitur, quanto clarius eam non cognoſci poſſe intelligitur; ita ut anima inibi omnino abſorpta, & præ admiratione ac ſtupore tota deperdita hæreat.* Jam ambages has enucleemus. Omnia hæc aliud non ſignificant, niſi quod anima ad viſi-

ſionem Dei in caligine elevata relinquat in actu illo omnem omnium rerum creatarum ſpeciem, & relinquat etiam omnem cognitionem, quam de divinis perfectionibus per viam affirmationum habere poteſt; poſitivum quid ſcilicet de eo affirmando: quodque ſolummodo intelligat, nullam earum, quas nos capere poſſumus, perfectionum in eo reperiri, nec eſſentiam, quam nos capere poſſumus, illi ineſſe, ſed omnem noſtrum de eo cogitatum infinito quodam exceſſu ſuperari.

123. Notet hic tamen Director, quod intellectus tunc temporis incomprehenſibilem Dei eſſentiam non cognoſcat, nos illam in præſenti cognoſcimus, frigi ſcilicet ac ſpeculativa cognitione, utpote q ei parum prodeſſet; ſed quod eam ope ſu limiſſimæ lucis cognoſcat, ac vero obtu intellectuali videat, nec non videndo a ſtractam quidem, ſed ſublimem ac ſtupe dam de illa ideam ſibi formet, vi cuj alta admiratione ſuſpenſus hæret. Idea hanc ſublimiſſimam ardentiſſimus, ac ſu viſſimus amor ſubſequitur, vi cujus anima a ipſa eximitur, tota ſibi ipſi perditur, ac to in Deum transformatur. Æque parum L ctorem credere vellem, quod quis caligin ſam hanc Dei viſionem propriis induſtri acquirere poſſit, prout facere ſolemus, du

per

per ratiocinationes, ac fidem perſuadere nobis ſatagimus, Deum nihil eorum eſſe, quæ mens noſtra de illo nobis ſuggerere poteſt. Cognitio hæc equidem bona, ſed vilis conditionis, ac viſionis nomine nullatenus digna eſt. Viſio in caligine pendet a luce quadam infuſa vel maxime ſpirituali, vi cujus intellectus de improviſo, ac abſque ulla ſua induſtria per certam ac claram notitiam Deum omni eo, quod de illo cogitari poteſt, infinite ſuperiorem eſſe cognoſcit, & ſimplici, luminoſiſſimo tamen obtutu eum inintelligibilem, ineffabilem, inexplicabilem, ac incomprehenſibilem eſſe intelligit, ita ut viſionis hujus ſublimi ſtupore abſorptus, ac deperditus hæreat.

124. Hinc intelliges, quid Areopagita ſignificare voluerit, dum ſuo Timotheo repetitis vicibus inculcavit, ut *Deo incognito* ſe conjungat. His nequaquam indicare voluit, quod eum Deo, quin eum nullatenus cognoſcat, uniri oporteat, utpote quod nullatenus poſſibile foret, ſed innuere duntaxat voluit caliginoſam hanc Dei viſionem, in qua anima nullam attributorum, & poſitivarum Dei perfectionum cognitionem habet, ſed omnes tanquam menti ſuæ impenetrabiles excludit: unde de eo ideam tanto ſublimiorem concipere incipit, quanto magis generalem ac abſtractam,

quæ

quæ ad illam profunda admiratione defigendam, ac unitivi amoris flammis ſuccendendam omnium aptiſſima eſt.

125. Videamus, qualiter Richardus a S. Victore hæc omnia admirandum in modum exprimat, qui de caliginoſa & clara hac, quam Deus ſuis amicis elargitur, viſione loquens ait: *Sic præſentiam ſuam exhibet, ut faciem ſuam minime oſtendat; dulcorem ſuum infundit, ſed decorem ſuum non oſtendit; infundit ſuavitatem, ſed non oſtendit claritatem; ſuavitas ejus ſentitur, ſed ſpecies ejus non cernitur. Adhuc nubes & caligo in circuitu ejus; adhuc thronus ejus in columna nubis. Et ſic videt quaſi in nocte, videt velut ſub nube, videt per ſpeculum, in ænigmate.* Verum manifeſtius adhuc Deus ipſe eam S. Thereſiæ declaravit: cum hæc enim ſcire averet, quid anima Deo in luminoſa hac caligine unita faceret, Dominus eam in hæc verba eſt allocutus; *filia! tota liqueſcit, ut magis in me tranſeat: jam non illa eſt, quæ vivit, ſed ego: ſicut comprehendere non poteſt, quod intelligit, ſic intelligendo non intelligit.* (*in vita cap.* 18.) Incomprehenſibilitas Dei viſa in caligine meliori modo declarari non potuiſſet: cum anima enim bonum ſibi præſens adeo magnum eſſe, ut nulla ratione comprehendi poſſit, clariſſima luce perſpiciat, ſublimiſſimam, li-

licet abſtractam, ac confuſam de illo ideam ſibi format, & ſic verum ſit, quod non poſſe intelligere ſit multum intelligere. Beata Angela de Fulginio, hac ratione a Deo illuminata, ac propria experientia edocta idem dicit. En ipſa ejusdem verba: *Et poſt iſtud vidi Deum in tenebra una, & ideo in tenebra, quia eſt majus bonum, quam poſſit cogitari, vel intelligi; & omne quod poteſt cogitari, vel intelligi, non attingit ad illud.* (*Bolland. in actis ſanct. die* 4. *Januar. cap.* 25. *vitæ*) Notet hic Lector, mox dicta a nobis clariori modo exprimi haud potuiſſe; ſcilicet, quod viſio in tenebra, aut caligine (hoc enim idem eſt) in clara inintelligibilitatis, & incomprehenſibilitatis ſummi boni viſione conſiſtat. Et ne ullum remaneat dubium, beata poſt brevem interruptionem idem repetit in hæc verba: *Nec anima in videndo poteſt cogitare de diſceſſu illius boni, vel de diſceſſu ab illo bono, nec quod debeat de cætero diſcedere; ſed delectatur infallibiliter in illo omni bono, & nihil videt omnino anima, quod narrare poſſit ore, nec etiam concipi corde; & nihil videt, & videt omnino omnia. Et quia illud bonum eſt cum tenebra, ideo magis certiſſimum, & magis ſuperans omnia, quanto magis videtur in tenebra, & eſt ſecretiſſimum, & poſtea video cum tenebra, quando ſuperat omne bonum, & omnia, & omne aliud eſt tenebra, & omne, quod cogitari poteſt, eſt minus illo bono.*

126. Lector vitio mihi non vertat, ſi hanc ipſam doctrinam, etſi ſufficienter declarata videatur, denuo minutatim adhuc magis enucleem, ut nulli non etiam mediocris duntaxat perſpicacitatis intellectui perſpicua fiat. Itaque ex hactenus dictis deduces, ad intellectualem hanc in caligine viſionem formandam tria requiri. Primo ut anima in hoc orationis gradu poſita Deum non cognoſcat per viam affirmationum poſitive dicendo, quod ſit bonus, ſanctus, miſericors &c. ſed per viam negationum intelligendo, quod in eo equidem ſit omnis bonitas, & omnis perfectio, non tamen talis, qualem cæcutientes noſtræ mentes capere poſſunt, ſed omnem cogitatum noſtrum infinite excedens. Hoc tamen nondum ſufficit: quia nemo non per fidem ordinariam eo pertingere poteſt. Sed requiritur ſecundo, ut anima ipſam hanc incognoſcibilitatem, ac incomprehenſibilitatem Dei penetret ope altiſſimæ, ac a Deo infuſæ lucis, vi cujus dictam incomprehenſibilitatem non ſolum imperfecto quodam modo (prout cuivis fidelium contingit) cognoſcit, ſed ad eam viſione intellectuali conſpiciendam elevatur. Et tandem requiritur, ut ex ipſa hac divinæ incomprehenſibilitatis viſione reſultet idea Dei abſtractiſſima quidem, ſed ſimul nobiliſſima, vi cujus anima ex eo ipſo, quod omnem perfectionem,

e bonum modo intelligentiæ ſuæ in-
ıenſibili in Deo videat, alto ſtupore
ardentiſſimo amore ſuccenſa, & Deo
ıita manet.

Quod ultimo loco dixi, diligenter
obſervari oportet, ne Lector ex-
tenebroſam hanc viſionem conſiſte-
nero quodam negativo, vi cujus a-
icat, Deus non eſt hoc, non eſt il-
n eſt id, quod intelligere poſſum;
m facile obtineri poteſt; ſed conſi-
jam dixi, in idea Dei poſitiva, ab-
generali, ac confuſa ſed nobiliſſima,
ſcitur ex eo, quod in Deo omne
ſub formalitate aut idea rei incom-
ibilis videatur. Unde conſequitur,
ıima, quanto minus tam ingens bo-
ımprehendit, tanto illud magis ad-
, æſtimet, adametque. Id quod
ta ratione comprobatur: nam lumi-
ec caligo, in qua intellectus huma-
um videt, eſt perfectiſſima contem-
imo ipſius Dei viſio, quæ meram
nem pro objecto habere nullatenus
ſed neceſſario in re quapiam poſiti-
ıæ mentem abſorptam teneat, figi
Ita P. Alvarus de Paz (*Tom.* 3.
cap. 13.) Et Ita Dionyſius Riche-
ictum Dionyſium Areopagitam decla-
le Myſt. theol. art. 8.) inquiens: *Ve-*

runtamen in hac contemplatione fertur a mentis, & intelligentiæ vertex Deo uniri quam omnino ignoto, in omnimoda quoque ligine fieri, nihilque penitus de illo cognoſc non quod ab illius inſpectione omnifarie va præſertim cum illa ſit altiſſima, clariſſima fectiſſima, profundiſſima contemplatio, cogni & viſio hujus vitæ poſſibilis, ut ipſemet I nyſius, & expoſitores ipſius teſtantur; ſed in hac contemplativa, & ſapientiſſima & fervi ma unione cum Deo mens acutiſſime & limpidi conſpicit, quam ſuperincomprehenſibilis, & ſu ſplendidiſſimus, & ſuperluminoſiſſimus, & ſuper cherrimus, & ſuperamabiliſſimus, & ſuperg dioſiſſimus ſit ipſe Dominus Deus omnipo & immenſus; atque quam infinite, & indi liter a plena illius cognitione, & beatifica fruitione, viſioneque faciali immediate, & intuitiva diſtet, deficiat, & occumbat.

128. Ex his lector intelliget, cur viſio, Deus in caligine ſe manifeſt luminoſa vocetur, ac ejus tenebræ ju phraſin Areopagitæ ſplendidæ dicantur. jusmodi viſio eſt obſcura; quia, licet I um valde cognoſcat, eum tamen ſub malitate entis incomprehenſibilis cognoſc per quod dicere volo, quod multum de I intelligat hoc ipſo, quod ipſum talem videat, ad quem comprehendendum ne pertingere poteſt, qui intelligendi mod

u

ut nemo non videt, quam obſcuriſſimus eſt. Cum vero dicta viſio ipſam hanc incomprehenſibilitatem penetret luce quadam limpidiſſima, ex qua ſublimis, de qua locuti ſumus, idea ac exiſtimatio Dei reſultat, hinc eam ſimul clariſſimam eſſe conſequitur. Ita ut verum ſit, eam & obſcuram & claram Dei viſionem eſſe, nec non caliginem ejus luminoſam, ac tenebras ejus ſplendidas.

129. Jam breviter inſpiciamus, in quibusnam orationis gradibus caliginoſa hæc Dei viſio interveniat. Extra dubium poſitum eſt, ejusmodi viſionem immitti in unione ſimplici, de qua ſuperiori Tractatu pluribus ſermocinati ſumus: quia in hac ipſa unione ſimplici S. Thereſia conſtituta fuit, cum ſcire cupiens, quid anima in illa ageret, ſuperius citata a Deo verba intellexit: *ſicut comprehendere non poteſt, quod intelligit, ſic intelligendo non intelligit.* Præterea certum eſt, viſionem hanc in raptu & Ecſtaſi ſuccedere: id quod intelligo, quamdiu anima in Ecſtaſis aut raptus ſublimitate perſiſtit. Hoc Carmeli Seraphina pariter clare dicit, dum de raptibus matrimonium præcedentibus agens (*Caſt. int. Manſ.* 7. *cap.* 1.) inquit: *Ibi Dominus eam ſecum unit, ita tamen, ut eam mutam & cæcam reddat, prout S. Paulo in ſua converſione contigit, & ita ut qualis aut cujus naturæ gratia,*

qua perfruitur, ſit, non ſentiat: quandoquidem ingens, quam hic perſentit, delectatio tunc datur, cum ſeſe Deo appropinquantem videt: cum vero re ipſa unitur, nec intelligit, nec cognoſcit quidquam; ſiquidem omnes potentiæ deperduntur, & abſorptæ manent. Hic ſancta prout præcedenti periodo ipſa indicat, de unionibus, & de raptibus, qui tempore ſponſalium interveniunt, loquitur: cumque animam, dum Deo unitur, cæcam & mutam fieri, nec quidquam intelligere & cognoſcere dicit, aliud innuere non vult, quam animam cum Deo conjungi in luminoſa hac caligine, vi cujus anima in Deo nihil equidem ſingulare, ſed per viam negationum duntaxat bonum aliquod cognoſcit, quod omne aliud bonum immenſe ſuperat, & omnem ejus cogitatum infinite excedit. Si vero ſermo ſit de unionibus, quæ in perfectæ, ſtabilis, & quaſi inſolubilis, quam illa matrimonium appellat, unionis ſtatu eveniunt: hæ modo contingunt in prædicta viſione caliginoſa, modo in clara ac manifeſta viſione Dei, de qua ſequenti capite ratiocinabimur.

130. Si Lector rationem requirat, cur uniones & raptus hac in caligine, & luminoſas inter has tenebras ut plurimum contingant, paucis eam reddam: quia tenebroſa hæc cognitio forte præ omnibus aliis quam aptiſſima eſt, ut intellectus ad Deum

Deum rapiatur, ac ſublimi ſtupore in eo defigatur: tanto enim magnitudinem ejus vehementius admiratur, quanto eam omni ſua intelligentia ſuperiorem videt. Inſuper cognitio hæc eſt una ex generaliſſimis, ampliſſimis, latiſſimis & ſublimiſſimis, quæ de Deo haberi poſſunt: & per conſequens etiam una ex maxime idoneis, quibus anima amore ſuccendi, a ſe ipſa extrahi, & in Deum transformari poteſt. Si Lector autem præterea ſcire deſideret, num ſplendidæ hæ caligines etiam in alios inferiores orationis E. g. quietis & ebrietatis gradus influant, dico eas influere, ſed in gradu multo inferiore, ac valde remiſſo: quia divinæ incomprehenſibilitatis lux in his orationis gradibus neutiquam adeo ſublimis, & penetrabilis eſt, ut mentem totam abſorbere, animam plena unione in Deum transformare, ac omnino a ſenſibus alienare poſſet. Et hæc eſt ratio, quod omnes quaſi ſuperiori Tractatu declarati orationis gradus actibus indiſtinctis formentur, quia ſcilicet quaſi in omnibus caliginoſa hæc cognitio intervenit.

CAPUT XI.

De intellectuali, clara, ac manifeſta viſione Dei.

131. Præter modo declaratam viſionem intellectualem in caligine myſtici Theologi, ut ſuperiori capite innui, aliam admittunt viſionem Dei claram ac manifeſtam, non tamen intuitivam, utpote quæ ſolis beatis, & ad peregrinationis ſuæ finem jam delatis animabus propria eſt. Poſtquam igitur Deus animæ in ſtatu ſponſalium conſtitutæ ſeſe aliquamdiu inter claræ ac perfectæ contemplationis caligines ſpectandum dedit, tandem lucidas has nubes diſrumpit ita, ut ingenti cum claritate, & absque ulla tenebrarum, quæ pulchram adeo viſionem obfuſcarent, commixtione ſe illi manifeſtet, ac præclaro hoc favore ad ſibi in perpetua ſerenitate cohabitandum invitet. Id quod ipſe ille ſublimis ſtatus eſt, quem ſæpe citata ſancta per allegoriam matrimonii declarat.

132. In viſione hac nec phantaſmatum commixtio, nec ullus phantaſiæ influxus locum habet; imo habere non poteſt:

teſt: cum vel maxime ſpiritualis, ac ſubliminiſſima Dei viſio ſit, ad quam materiales ac viles noſtri ſenſus nullam prorſus proportionem habent. Deus ipſe intellectui non ſolum infundit novam ſpeciem intelligibilem, quæ ad divinam eſſentiam, quantum præſenti vitæ congruit, rite repræſentandam ſufficiat, ſed ſublimiſſimam etiam ſuperinfundit lucem, quæ nec fidei, nec ſuperius etiam ſapientiæ lumen eſt; cum unum æque ac alterum ad viſionem adeo admirabilem formandam neutiquam ſufficere videatur. P. Alvarus de Paz (*Tom.* 3. *Lib.* 5. *cap.* 14.) credit hoc eſſe lumen aut lucem illam, quam S. Thomas in mente prophetarum ponit, aut aliam ſimilem, quæ ad ſapientiam, ac fidem perficiendam, corroborandamque idonea eſt: ſiquidem ad viſionem omnino extraordinariam, qualis iſta eſt, etiam cauſæ proxime concurrentes prorſus extraordinariæ eſſe debent. S. Thereſia lucis hujus ſublimitatem (*in caſt. inter. Manſ.* 7. *c.* .) his verbis indicat: *Et in Manſione hac per intellectualem viſionem poſitæ cum certa veritatis repræſentatione omnes tres ſanctiſſimæ Trinitatis perſonæ ſe exhibent cum inflammatione quadam, quæ maximæ claritatis nubeculæ inſtar primitus ad ejus ſpiritum tendit.* Videt itaque intellectus tam nobili ſpecie inſtructus, & tam excelſa luce perfuſus ſimplici, puriſſimo, ſereniſſimo ac tranquiliſſimo

obtutu magnitudinem Dei, videt etiam divinas perſonas, videt, qualiter Pater ab æterno ſuum Filium generet, qualiter Pater & Filius ſpiratione amoris ſpirent Spiritum ſanctum; videt qualiter in tribus diſtinctis perſonis ſit una indiſtincta eſſentia; videt ſummam earum æqualitatem; & tandem videt, quod ineffabile eſt, & quod nullà lingua valet exprimere, licet id puro oculo &, ut myſtici loquuntur, apice mentis penetrari poſſit. Ita multoties citata ac per propriam experientiam erudita ſancta (*cit. cap.*) docet ſcribens: *Et per mirabilem quamdam, quæ animæ communicatur, notitiam magna cum veritate intelligit, quod omnes hæ tres perſonæ ſint una ſubſtantia, una potentia, una ſapientia, & unus Deus; ita ut, quod per fidem habemus, anima ibi quaſi per viſum intelligere dici poteſt; licet viſus hic corporeis oculis non fiat: cum imaginaria non ſit viſio.*

133. Per intellectualem hanc viſionem Deus animæ ſe repræſentat in quam intimo ejus centro, in quo eam ſibi unit, & in quo anima dein cum Deo ſponſo ſuo in dulci pace ſtabiliter habitare pergit, ut ſuperiori Tractatu diximus, & ſancta noſtra (*eodem cap.*) docet inquiens: *Omnes tres perſonæ ſe communicant, ei loquuntur; & dant intelligentiam eorum Evangelii*

ver-

rum, quibus ſalvator dicit, quod ipſe, Pa-
& Spiritus ſanctus venturi ſint, & man-
n facturi apud animam, quæ illum diligit,
andata ejus obſervat - - quotidie autem a-
hæc magis & magis obſtupeſcit, quod
as haſce perſonas nunquam exinde a ſe ab-
aut recedere ſibi perſuadet; ſed evidentiſ-
videat, eo modo, quo dictum eſt, in inti-
mimæ ſuæ penetrali, in receſſu quodam ad-
m profundo (quod, quomodo ſit, expli-
nequit; eoquod ſcientiam, ac doctrinam
habet) divinum hoc contubernium ſibi
e, ipſumque in ſe ſentiat. Poſtquam hæc
iæ cum Deo in profundiſſimo illius
ro cohabitatio ſtabilita eſt, mox ar-
ma, & quaſi inſolubilis, cujus paulo
memini, unio inter divinum, & hu-
um ſpiritum ſubſequitur: huic autem
irandi, quos Tractatu tertio declara-
effectus ſuccedunt: & hinc ulteriori
m rerum explanationi non immorabor.

Dico ſolummodo, quod anima in
hoc ſtatu repetitis ſæpe vicibus
as & manifeſtas vel Dei, vel ſanctiſ-
e Trinitatis, vel divinorum attributo-
intelluctuales viſiones recipere ſoleat;
ienter in ſpiritus intimis etiam acci-
certos attactus, conjunctos cum claris
diſtinctis Dei & perfectionum ejus no-
s, quæ ipſæ ad certam rurſus mani-
fe-

feſtarum ac clararum intellectus viſionu ſpeciem pertinent. Et hæ omnes ex m ximis, quas Deus dilectis animabus in h vita impertitur, communicationibus ſunt.

135. Monitum hic Lectorem velim, vi onem, de qua loquimur, e claram, multo tamen inferiorem eſſe, magnopere differre a viſione intuitiva b atorum, qua Deum, ſicut in ſe ipſo e videbimus: *tunc ſimiles ei erimus, quia vi bimus eum ſicuti eſt.* Ad intuitivam, beatificam viſionem enim duo neceſſa requiruntur. Primo lumen gloriæ, qu creatum intellectum diſponat, & ad viſi nem adeo eminentem elevet. Secundo r quiritur juxta doctorem angelicum, intellectui hac ratione diſpoſito Deus i ſe uniatur, & ſic unitus ſpeciei intelli bilis vicem ſuppleat: quia juxta S. Doct ris opinionem ad divinam eſſentiam, qu lis in ſe ipſa eſt, repræſentandam nu creata ſpecies pertingere poteſt. Neutru horum contingit in viſionibus, quæ ſanc quibusdam animabus in vita hac con duntur: licet hæ enim manifeſtæ, diſti ctæ, ac claræ ſint, Deus tamen ita, ſpeciei intelligibilis vicem ſuppleat, me ti non unitur, ſed ſe patefacit duntax per ſpeciem creatam, quæ cujuscunq demum claritatis fuerit, eum ſemper v de

nperfecte repræſentat. Præterea lu-
gloriæ in his viſionibus nunquam
'enit, ſed alia ſolummodo lux, quæ
umcunque ſublimis, multo tamen in-
eſt excelſo illo lumine, quo bea-
atriæ poſſeſſores colluſtrantur. Et
verum eſt, quod in omnibus, quæ
huic conceduntur, viſionibus, Deus
ıta facie in ſe ipſo nunquam vide-
ſed conſpiciatur vel in obſcuro æ-
ate (ut per viſionem in caligine
it) vel in claro ſpeciei cujusdam
æ ſpeculo (prout in viſione mani-
contingit.) Paucis ad rei hujus de-
ionem quam opportuniſſima eſt ſimi-
a triplici, quam myſtici hanc in
afferunt, luce deſumta: Viſio Dei
aligine comparatur luci matutinæ,
ſubobſcura eſt: viſio Dei manifeſta
claræ auroræ, vi cujus objecta jam
cte cognoſcuntur: & viſio beatifica lu-
eridianæ, qua omnia ingenti cum cla-
deteguntur.

Circa duas ultimas modo declaratas
viſiones nullum Directori practi-
monitum ſuggero; cum enim pure in-
ctuales, & ſublimiſſimæ ſint, eas nec
taſia, nec diabolus quacunque demum
inatione effingere aut adulterare po-
Ad ſummum, ſi perſona eas nunquam

ad-

adhuc experta fuerit, poterit in ſe quidquam ex illuſione perſentire, quod illi viſio Dei vel in caligine vel clara videatur: verum tantum inter has & illud diſcrimen intercedet, quantum inter lucem & tenebras, atque inter diem & noctem.

CAPUT XII.

De ſupernaturalibus, & divinis locutionibus inchoatur ſermo; quotuplicis ſpeciei ſint, nec non de qualibus præſenti, & ſubſequentibus capitibus acturi ſimus, declaratur.

137. Mox a principio diximus, præſenti Tractatu de iis contemplationis gradibus ſermonem fieri, qui claris & diſtinctis actibus formantur: & tales haud dubie omnes, de quibus hactenus locuti fuimus, viſiones ſunt; ſi ſolam viſionem in caligine excipias, de qua, cur eam hoc loco, qui ejus intelligendi modo parum aptus videri potuiſſet, repoſuerimus, rationem jam reddidi. Nunc locutiones pertractabimus, quæ, ſi paſſive ſumantur, vel in ſe ipſis clari & diſtincti contemplationis actus ſunt, vel ejuſmodi actum ſaltem ſemper includunt. Ad rei hujus intelligentiam præmitti oportet, quod locutio active ſumta aliud

n ſit, quam verba illa, quibus vel De-
, vel cæleſtis quædam perſona animæ
a ſenſa manifeſtat: & in hoc nullus
ntemplationis actus intervenit, ut cuivis
tet: ſi dicta locutio autem paſſive ſu-
atur, eſt ipſe auditus, quo anima hu-
smodi verba excipit. Jam auditus hic,
ui in certa animæ ad loquentem atten-
one conſiſtit, ſi rite conſideretur, ſecum
rt ſimplicem, quietam, & admirabun-
am intellectus cognitionem, & notitiam
eritatum, quæ pro tempore manifeſtan-
ur: & hinc clarum circa ejusmodi veri-
tates contemplationis actum ſemper inclu-
dit. Et ex hac ipſa ratione hujuſcemo-
di locutiones ad Tractatus hujus materi-
am ſpectant, prout P. Alvarus de Paz
(*Tom.* 3. *Lib.* 5. *cap.* 6.) in hanc rem
eam apte docet: *Hac ergo loquela Deus*
animam erudit, & auditio ejus, quæ eſt atten-
tio quædam animæ, & actio intellectus ejus
ad ſe dicta percipientis, contemplatio eſt, ſeu
ſimplex quædam cognitio veritatis oſtenſæ.
quales locutionum, quibus Deus di-
lectas ſibi creaturas alloquitur, ſpecies
ſint, videamus.

138. Deus nobis loquitur per ſacram ſcri-
pturam, vultque, ut omnia ea,
quæ fidelium ſervorum ſuorum non nullis
dixit, ad omnes dicta intelligantur: ut ip-
ſa

ſa increata veritas proteſtatur (*Marci* 1 *v.* 37.) inquiens: *Quod autem vobis di omnibus dico, Vigilate.* Deus nobis loq tur per S. Eccleſiæ Prælatos, per legi mos ſuperiores & per Evangelii præcon cum horum vocem ſuam eſſe ipſe dec raverit (*Lucæ* 10. *v.* 16.) dicens: *Q vos audit, me audit.* Deus nobis loqui per beneficia, utpote quibus tanquam ſu vibus vocibus nos ad ſui amorem inv tat. Loquitur nobis per flagella, utpo quibus tanquam aſperis vocibus nobis ſ timorem incutit. Ita S. Gregorius verb illa Jobi (*cap.* 38. *v.* 1.) *Reſpondens Do minus Job de turbine dixit: quis eſt iſte in volvens ſententias ſermonibus imperitis?* decla rans inquit: *Aliter enim Dominus ſervis ſui loquitur, cum eos intrinſecus per compunctio nem provehit: aliter, cum per diſtrictionem, n extollantur, premit. Per blandam enim locu tionem Domini amanda dulcedo ejus oſtendi tur, per terribilem vero poteſtas ejus metuen da monſtratur.* Deus nobis loquitur per ſu lumina, virtutis ſemitam quaſi digito mon ſtrans, & per ſuas inſpirationes ad ea magna alacritate percurrendam exſtimulans & his cæli vocibus aures occludere teſt S. Bernardo magnæ temeritatis, & in gentis ſtultitiæ actus eſt. *Quantæ temer tatis*, inquit, *quantæ inſaniæ eſt, ſi fort cum alloquitur nos Dominus majeſtatis, nos in*

ſen-

ſenſati avertamus aurem, & ad neſcio quas ineptias convertamus? Tandem Deus nobis loquitur, dum vel pro nobis vel pro aliis gratias efflagitantibus per firmam, & vivam, quæ cordibus noſtris infunditur, fiduciam nobis indicat, nos exauditum iri, vel per ejusmodi fiduciæ ſubductionem nos voti noſtri compotes non futuros eſſe ſignificat. Ita S. Bonaventura docet (*in Proc. 7. Relig. cap. 19.*) ſcribens: *Eſt & alius modus revelationis per Spiritum ſanctum, cum homo ex Dei inſpiratione orat Deum pro aliqua ſpeciali cauſſa vel propria vel aliena, & per affectum devotionis & fiduciam exauditionis intelligit ſe exauditum in hac petitione. - - - E converſo cum non ſentit ſibi infundi fiduciam exauditionis, hinc colligit, non habere effectum ſuæ petitionis.* Subjungit tamen, ſignum hoc neutiquam certum eſſe: cum contingere poſſit, ut defectus fiduciæ a defectu devotionis proficiſcatur, ac gratias ſuas a Deo nobis negari nullatenus indicet.

139. Interea tamen omnes hactenus recenſitæ locutiones nulla ratione neque præſenti neque ſubſequentibus capitibus ratiocinandi materiam ſubminiſtrant: ſiquidem proprie loquendo vel divinæ locutiones non ſunt, vel ſi tales ſint (prout in verbis ſacræ ſcripturæ contingit) proxime

ad nos non diriguntur. Nos in præſenti de iis divinis locutionibus ratiocinabimur, quæ omni in rigore tales in ſe ipſis ſunt, ac in verbis quibusdam conſiſtunt, quibus Deus, aut quidam ejus ſanctus non nullas veritates, prout in eorum mente ſunt, nobis manifeſtat. Sic Deus in antiqua lege prophetis fuit locutus juxta effatum Apoſtoli (*ad Hebr.* 1. *v.* 1.) *multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis.* Sic frequenter Moyſi fuit locutus, ut ſacer textus (*Exod.* 33. *v.* 11.) affirmat: *Loquebatur Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum.* Sic Deus in nova lege innumerabilibus ſuis ſervis fuit locutus; prout Eccleſiaſticæ hiſtoriæ teſtantur.

140. Hæ locutiones itaque triplicis ſunt generis. Quædam ſunt auriculariæ, non nullæ imaginariæ, & aliæ intellectuales. Auriculariæ locutiones conſiſtunt in vocibus veritatis cujusdam ſignificativis, quas Deus vel per ſe ipſum, vel angelorum miniſterio auribus noſtris ingerit: & licet hæ voces ab illis, quas ab amicis nobiscum ſermocinantibus audimus, diverſæ non ſint; ob ſalutares tamen, quos in animabus noſtris excitant, effectus ab illis vel maxime differunt.

... 3. v. 17.) Hic eſt filius meus di-
quo mihi complacui. His non abſi-
uere voces, quas tres dilecti diſci-
er montem Thabor in Domini tranſ-
one audierunt (*Matth.* 17. *v.* 5.)
*filius meus dilectus, in quo mihi bene
ii.* Cum his etiam conveniunt ver-
æ totus populus inaudiit, cum Re-
Patrem pro gloriæ ſuæ manifeſta-
eprecaretur (*Joan.* 12. *v.* 28.) in-
: *Pater clarifica nomen tuum. Venit
x de cœlo: Et clarificavi, & iterum
o.* Alia dein ratione non modo cæ-
æc verba auribus percipiuntur, ſed
eas pronuntiantes ſimul oculis con-
ur. Tales fuere voces jubilationis,
ngeli luminoſi in ſpecioſiſſimis for-
aerem circumvolitantes circa præ-
thlehemiticum identidem repetebant
2. *v.* 14.) *Gloria in altiſſimis Deo,*

objectum, a quo formantur, aſpiciant. Notandum tamen, ſupernaturalium horum, ac cæleſtium verborum ſono licet materiali corporeæ auris organo percipiatur, non modo in mente magnam attentionem, ſed & in corde ſanctarum affectionum commotionem excitari.

142. Imaginariæ locutiones ſunt verba, quæ in phantaſia formantur: & licet corporis auribus nullatenus inſonent, a perſona tamen eas recipiente percipiuntur & articulate & clare, imo clarius, quam ſi corporeis auribus audirentur. Ita S. Thereſia a propria experientia edocta affirmat (*in vita cap.* 25.) inquiens: *ſunt certa verba valde diſtincta, ſed corporis auribus non percipiuntur, licet clariori modo intelligantur, quam ſi audirentur.* Et paulo poſt ſubjungit: *Eſt vox adeo clara, ut nec ſyllaba ex iis, quæ dicta ſunt, deperdatur.* Hujuſcemodi verborum qualitatem autem jam ante illam S. Cyprianus declaravit (*in Prolog. de Operib. card. Chriſti*) ſcribens: *Dicuntur tibi quædam verba arcana intrinſecus, quæ afferre non ſufficis, ut dubitare non poſſis, quia juxta eſt, imo intra te eſt, qui te ſollicitat; nec tamen ſicuti eſt, ſe tibi videndum concedit.*

143. Ut Lector autem admirandam hanc ſpiritus operationem, vi cujus, quin

[q]uin, corporeæ aures quidquam audiant, in-
erius clara ac expreſſa verba percipiuntur,
ite intelligat, ſequentem doctrinam philo-
ophicam præmitti oportet. Omnes externi
oſtri ſenſus, dum operantur, ad phantaſi-
m transmittunt objectorum ſuorum ſpeci-
m, cujus ope ipſa quoque ſenſationem in-
ernam illi, quam exteriores ſenſus produ-
erunt, ſimilem producit. Nec ejusmodi
n phantaſia receptæ ſpecies ocyus, ut in
enſibus externis contingit, evaneſcunt, ſed
n phantaſticæ memoriæ tabulario aſſervan-
ur. Sic oculus, dum ſtellas E. g. videt,
d potentiam imaginativam mittit ſpeciem,
i cujus ipſa quoque illas videt. Dum pa-
atus fellis amaritudinem perſentit, aut mel-
is dulcedinem deguſtat, ejusmodi vel ama-
ulentorum, vel delectabilium ſaporum ſpe-
iem phantaſiæ ingerit. Dum manus cor-
us tenerum ac molle, aut aſperum & du-
um attrectat, hujusmodi mollitiæ aut du-
itiæ ſpeciem amandat ad imaginativam.
Dum auris verborum ſonum inaudit, omni-
m ſyllabarum, omnium accentuum, & om-
ium verborum ſpeciem conſignat phanta-
iæ. Hæc interea, tot ſpeciebus locupleta-
a, illas in memoriæ ſuæ ærario diligenter
onſervat eum in finem, ut earum ope om-
ia etiam remota objecta apprehendere ac
ijudicare poſſit. His poſitis difficile haud
rit explanare, qua ratione Deus, quin ad

ſervorum ſuorum aures loquatur, verborum ſonum interius inſonare faciat. Deus ſcilicet vel per ſe ipſum, vel per angelos, verborum, quæ dicere vult, ſpeciem in phantaſia excitat: ſpeciem hanc mox cæleſti ſua luce colluſtrat, ut potentia imaginativa ejusmodi verba vivaciter apprehendat, acſic apprehenſa ſenſitivo appetitui profunde imprimat: ex quo conſequitur, quod in ſenſu interno eum ipſum, quem in exteriori aurium ſenſu alias jam produxerunt, ſonum edant: hoc attamen cum diſcrimine, quod verba illa, ſi ab hominibus ad aures exteriores dicta ſterilia, & omni bono effectu deſtituta fuerunt, a Deo tamen per phantaſiam ad ſenſum interiorem dicta ſalutaribus effectibus, & ſanctis operationibus fæcundentur.

144. Imaginariæ hæ locutiones diverſimode inaudiuntur, ut P. Alvarus de Paz (*Tom.* 3. *Lib.* 5. *par.* 2. *c.* 6.) docet ajens: *Sed hæc verba licet a Deo, vel Angelo in ipſa hominis orantis vel contemplantis imaginatione formentur, tamen ita diſponuntur, ut interdum videantur de cælo deſcendere; interdum juxta audientem, vel a longe proferri, interdum ex ipſo penetrali cordis aſſurgere.* Et doctrinam hanc eum a ſeraphina Carmeli didiciſſe exiſtimo, utpote quæ in caſtello interiori (*Manſ.* 6. *cap.* 3.) ita ſcribit:

Cir-

s certos ſermones, quibus (Deus) ani-
i diverſimode alloquitur, res ita ſe habet:
lam ab extrinſeco, aliæ ex intimis animæ
tralibus, & aliæ e ſuperioribus advenire
itur. Verum undecunque demum ejus-
i ſermocinationes audiantur, id ſem-
ex diverſa, quam Deus in phantaſia
it, ſpecierum excitatione ac combinatio-
roficiſcitur, ita ut verba eo, qui illi
lacet, modo exprimantur.

Dictæ locutiones audiuntur quando-
que in ſomno, dum anima in
e repoſita, & ab omni ſollicitudine li-
eſt; prout magno Patriarchæ S. Joſe-
contigit, cui Angelus in profundo ſom-
pparens dixit: *Joſeph fili David, noli*
accipere Mariam conjugem tuam: quod
in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt.
atth. 1. *v.* 20.) Subinde audiuntur
ilantibus, dum anima in oratione cum
recollecta perſiſtit, prout Zachariæ e-
, qui ab Angelo intus loquente verba
aſtica intellexit. (*Zach.* 1. *v.* 9.) *Et*
ad me Angelus, qui loquebatur in me:
ſtendam tibi, quid ſint hæc. Et prout
tro contigit, qui in Ecſtaſim raptus
famoſi lintei viſione illa verba inaudiit
. 10. *v.* 15.) *Quod Deus purifica-*
tu commune ne dixeris. Verum hic
velim, quod anima, ſi raptus perfe-

 ctus

ctus ſit, ſive ſi ſenſus tam interni, quam externi ad puram intelligentiam abripiantur, nullum unquam hujus generis verbum audiat: quia illa tum temporis cum ſuis potentiis ad ſolos ſpirituales, quibus unitur, & perfecte in Deum transformatur, intelligentiæ & amoris actus eſt reſtricta, nec phantaſiam ſuam ad aliud quid intelligendum applicare poteſt. In tali caſu prædicta verba percipiuntur in raptuum intervallis, quibus potentia quædam & ſpeciatim imaginativa ſoluta, & ad ſuas operationes libera manet, prout alibi declaravi. Ita expertiſſima noſtra ſancta (*in vita cap.* 25.) docet: *ſed advertendum, quod, ſi viſiones videantur, aut hæc verba audiantur, id (mea opinione) nunquam eo tempore contingat, quo anima in eodem raptu unita hæret: quia hoc tempore (prout me in ſecunda aqua declaraſſe credo) omnes potentiæ prorſus perduntur, & mea opinione ibi nec quid videri, nec quid intelligi, nec quid audiri poteſt: eſt tota in alterius poteſtate, & hoc tempore, quod valde breve eſt, videtur mihi Dominus nullius rei libertatem illi permittere. Elapſo brevi hoc tempore, etſi anima in raptu adhuc maneat, ſuccedit, quod dico.*

146. Tandem ejusmodi verba interius audiri accidit etiam extra orationem, dum

dum anima exterioribus operationibus diſtenditur, ac occupatur: ut eadem ſancta pluribus in locis, ſpeciatim citato capite dicit: *Quandoquidem cum peculiares me per orationem recolligendi horas non ſumerem, Dominus fecit, ut in converſationibus me recolligerem, & quin illum poſſem effugere, dixit mihi, quod illi placuit; ac quantumvis mihi diſpliceret, id audire coacta eram.* Et paulo poſt enarrat unam ex his locutionibus, a ſe eo tempore intellectam, quo non modo non orabat, ſed ob ingentem, qua tunc excruciabatur, afflictionem ne orare quidem poterat. Id ipſum dicit S. Joannes a Cruce variis in locis & ſpeciatim in Aſcenſu Montis Libro ſecundo, capite 28. ubi id ſæpius repetit.

147. Tertia verborum, quibus Deus animam alloquitur, ſpecies intellectualis eſt. In hac loquendi ratione nullus, qui vel exterius aures, vel interius cor pulſet, vocis ſonus intervenit; ſed ea in viſione quadam intellectuali, ac pura, vi cujus anima, quod Deus ſibi dicere vult, videt, intelligentia conſiſtit, ad eundem omnino modum, quo Angeli, & animæ a corporibus ſeparatæ cum Deo vel ſecum invicem colloquuntur. Cum vero hic loquendi modus quam abſtruſiſſimus ſit, uberiori ac diuturniori, quam ad ſequen-

tia capita remittimus, declaratione indiget.

CAPUT XIII.

Supernaturales imaginariæ locutiones in tres alias ſermonum ſpecies dividuntur: quales hæ ſint, ac quos effectus producant, explicatur: & ſigna, quibus veræ a falſis ſecerni poſſunt, recenſentur.

148. Auriculariæ locutiones quoad ſubſtantiam ſemper eædem ſunt, licet quoad effectus differre inter ſe poſſunt, cum modo majores, modo minores, modo hujus, modo alterius generis fructus proferant, prout Deo, a cujus arbitrio pendent, placuerit. Et hinc quæ ſuperiori capite de iis pertractavimus, ſufficere poſſunt. Verum, quæ de imaginariis locutionibus hactenus diximus, neutiquam ſufficere poſſunt: cum hæ non modo multiplicis generis, ſed & valde inter ſe diverſæ ſint: quapropter eas declarari oportet, ut director debita earum intelligentia imbuatur, ac ſingulis illarum convenientem regiminis normam applicare valeat.

149. S. Joannes a Cruce de ſupernaturalibus, ac internis his, quæ per poten-

tentiam imaginativam formantur, locutionibus tractans, eas in tres ſpecies dividit, dum quasdam ſucceſſivas appellat, alias formales, & rurſus alias ſubſtantiales. (*cap. ſupr. citato & ſeq.*) Locutiones ſucceſſivæ ſunt *quidam conceptus, quos anima ſpiritui ſancto conjuncta tanta vivacitate & alacritate producit, ut a Deo ſibi ſuggeri & dici videntur, dum reapſe ipſa eos ſuo intellectu producit, ac ſibi ipſi dicit.* Hoc nunquam contingit, niſi dum anima in oratione valde recollecta perſiſtit: tunc enim divinæ cujusdam veritatis conſiderationi tota immerſa & viva a Spiritu ſancto luce perfuſa, novas identidem veritates penetrat, & novas continuo de iis ratiocinationes tanta celeritate, ac claritate efformat, ut eas a propriis potentiis produci non animadvertat, ſed a Deo ſibi dici opinetur. Sic etiam contingit, ut anima in hac recollectione circa res ſibi præſentes interroget, & clari, quo collustrata eſt, luminis ope tam promta & tam vivacia inveniat reſponſa, ut ea ſibi ab alia quadam perſona ſuggeri videantur, ac ſe cum alio non nemine ſermocinari autumet, dum reapſe ipſa ſola & interrogat, & ſimul reſpondet, ac ſecum ipſa loquitur. Hic juxta citatum ſanctum eſt unus ex iis loquendi modis, quibus divinus magiſter dilectam ſibi animam inſtruit. Notandum tamen, ſucceſſiva ejusmodi verba, ſtricte loquen-

quendo, non eſſe proprie verba; ſiquidem ad verbi proprie talis eſſentiam requiritur, ut non ab auſcultante producatur, ſed ab illius audiendi potentia recipiatur: prout auri evenit, ut pote quæ ratiocinationes, quas audit, non format, ſed admittit duntaxat; cum tamen in noſtro caſu, licet Deus peculiari modo per extraordinariam lucem ad horum verborum formationem concurrat, ipſe intellectus ſuo arbitrio producat, & producta audiat, etſi ſe ipſum operari non animadvertat, id ex ingenti, vi cujus viva illa luce animatus operatur, facilitate, & alacritate proficiſcitur.

150. Nec id mirum habeat lectorem; cum ſimile quid in omnibus myſticæ & transformativæ unionis gradibus contingat. Sciſcitetur director ex quacunque anima, quam Dominus ad tam intimam ſecum converſationem evexit, num ipſa ejusmodi unionis tempore intelligentias adeo ſublimes, & amorem adeo vivacem, ut in Deum transformetur, producat, & absque dubio negative reſpondebit, dicetque, ſeſe hæc omnia ut benigne a Deo infuſa recipere. Et certum nihilominus eſt, omnia per activam potentiarum ejus virtutem produci. At id ex ingenti facilitate proficiſcitur, qua anima per gratiam prorſus extraordinariam adjuta in ejusmodi unionis actus

ctus

ctus prorumpit, ita ut operans ſeſe operari non animadvertat, ſed ſolummodo recipere ſibi videatur. In caſu noſtro tamen hoc intercedit diſcrimen, quod prædictæ ſpiritus in oratione recollecti ratiocinationes verborum ſpeciem magis præſeferant: eoquod cognitiones veritatum diſtinctæ, claræ, expeditæ, ac tranſeuntes ſint: unde & interius vocum inſtar cito & vivaciter perſentiuntur.

151. In ſucceſſivis his locutionibus, ne quis hallucinetur, valde caute procedere oportet: quia licet multoties a divina illuſtratione oriantur, ſæpe tamen a naturali intellectus lumine proficiſcuntur, & nihil utilitatis afferunt. Non raro ſuam originem dæmoni debent, & non modici detrimenti cauſſa eſſe poſſunt. A Deo ejuſmodi verba proveniunt, dum excitantur a ſupernaturali intellectui infuſa luce, vi cujus is determinatur, ut in talia animi ſenſa concipienda prorumpat. Naturaliter ab intellectu verba hæc enaſcuntur, dum non a divino, ſed ab ipſo naturali potentiæ intellectivæ lumine commoventur. Quamquam enim intellectus, dum anima in ſupernaturali recollectione conſtituta eſt, cæleſti lumine colluſtretur, nec circa hoc ullatenus decipiatur, ſciendum tamen, quod his non obſtanti-

bus

bus lucis illius veſtigia deſerere, ad alias veritates deviare, ac per intellectuale, quod naturaliter poſſidet, lumen novas veritates adinvenire, & nova ratiocinia formare poſſit: id quod facilius contingere poteſt, cum intellectiva potentia perſpicacior, ac ad operandum pronior fuerit. In tali caſu perſona cum Deo recollecta ſibi videbitur cum illo colloqui, verba ejus audire, & reſponſa ab eo accipere; licet revera nihil horum ſubſit; quia omnes hi, qui ob vivacitatem ſuam verborum formam præſeferunt, mentis conceptus falſi, prout revera quandoque ſunt, eſſe poſſunt; imo multoties non imperfecti modo, ſed etiam defectibus ſunt obnoxii. Doctrina hæc perbene notanda eſt: Hinc enim oritur, quod quædam boni ſpiritus animæ, quæ ab omni mendacio & fraude quam longiſſime abſunt, in ſuis prædictionibus hallucinentur, ac decipiantur. Patribus ſuis ſpiritualibus ajunt, hoc vel illud ſibi a Deo dictum, aut clare manifeſtatum eſſe: & poſtea earum revelationes falſæ eſſe deprehenduntur. Id quod ex eo non proficiſcitur, quod ejusmodi animarum oratio non admodum bona ſit, ſed ex intellectuali earum lumine, ac mentis perſpicacia, quæ, dum in orationem irrepit, eas decipit, ut modo prædicto perperam audiant.

152. Quandoque etiam contingit, ut ſucceſſivæ hæ locutiones ſuam originem a Dæmone trahant. Inimicus animæ, quam in oratione recolligi incipere conſpicit, digreſſionis materiam offert (præcipue ſi rerum extraordinariarum amica fuerit) cogitatus ejus deducit ad alia pia objecta: per phantaſiam format verba interna, excitatque vivaces mentis conceptus, ut pabulo hoc a Deo abſtrahatur, &, ſi ductum ejus incauta ſequi perrexerit, ingentibus illuſionibus illaqueetur, ac ſenſim ſine ſenſu in præceps agatur. Hac ratione non nullæ recta ab initio incedentes animæ pedetentim dein eo prolapſæ ſunt, ut in ſuis orationibus cum dæmone communicarent. Hac ratione hæreſum authoribus falſæ, erroneæ, & offendiculo plenæ opiniones ſunt inſtillatæ: unde miſeris contigit, ut quo ſe magis a Deo illuminatos crederent, eo magis a Dei inimico excæcati eſſent, ut S. Joannes a cruce (*in Aſcenſ. mont. Lib.* 2. *cap.* 29.) ſapienter annotat.

153. Indicia, quibus dignoſci poterit, utrum ſucceſſiva hæc verba a Deo, aut ab humani intellectus lumine, aut a Dæmone proveniant, ſequentia eſſe poterunt. Si dicti mentis conceptus cum humili ac reverenti amore, & cum intima, quieta, & pacifica animi recollectione conjuncti illuceſcant,

ſcant, ſignum erit, quod a ſpiritu divino proficiſcantur: cum hi characteres illi ſint, quibus viſitationes Domini nunquam non ſtipatæ advenire ſolent. Si talia verba autem ab intellectus vivacitate reſultent, prædictum amorem ſecum haud ferent, ſed ad ſummum certum amorem naturalem, neutiquam tamen adeo intimum, adeo humilem, adeo obſequioſum: & tandem animam neque ad bonum, neque ad malum inclinatam, ſine multa vanitate, ſed ſine omni etiam humilitate, ſine incitamento ad virtutem, ſed ſine ulla etiam vitii ſuggeſtione certo modo indifferentem relinquent: cum enim cauſſa, a qua talia verba promanarunt, naturalis ac indifferens fuerit, etiam horum effectus indifferentes eſſe oportet. Tandem ſi verba a Dæmone ſuam originem traxerunt, animam parum quietam, totam aridam, & ad bonum nullatenus diſpoſitam relinquere debebunt. Certe eam propenſam reddent ad vanitatem, ad ſibi complacendum, ad ſe ipſam æque ac favores, quos recepiſſe ſibi videtur, magni faciendos: ſiquidem dæmoni ſemper in more poſitum fuit magnam illuſionum ſuarum exiſtimationem inſtillare eum etiam in finem, ut miſera anima ad ſeſe denuo illaqueandam eo facilius redeat. Paucis, effectus cum ſuis cauſſis ſemper proportionem habere debent ita, ut, ſi ſancta, aut indifferens,

aut perverſa cauſſa fuerit, etiam effectus vel ſancti, vel indifferentes, vel perverſi progigni debeant: *ex fructibus eorum cognoſcetis eos.*

154. Jam ad declarandas locutiones internas *formales* progrediamur: in his enim ſecundus, quo Deus ad piarum animarum cor loqui dignatur, modus conſiſtit. Hæ igitur ſunt *certa quædam verba expreſſa, quæ non per animæ induſtriam efformantur, ſed ſolummodo, quaſi a tertia perſona dicerentur, ab anima interius clare audiuntur.* Dixi quod ſint verba *expreſſa*: ſiquidem ad imaginariorum, de quibus ſuperiori capite egimus, verborum ſpeciem pertinent: ac de omnibus, quas diſtincte ibi diſcuſſimus, qualitatibus participant: licet modo magis, modo minus formata ſint. Dixi quod *per animæ induſtriam non efformentur*, ut diſtinguantur a locutionibus ſucceſſivis, utpote ad quarum efformationem anima ſuo influxu non parum confert: unde &, ſicut jam innui, in ſenſu ſtricto verba dici non poſſunt. Dixi, quod *interius clare audiantur*, ut diſcernantur a verbis auriculariis, utpote quæ auribus externis percipiuntur. Dixi quod audiantur, *quaſi a tertia* quadam *perſona dicerentur:* quia anima in formalibus his verbis paſſive ſe habet, eaque abſque ulla ſua electione recipit, prout auris loquentis vo-

cem excipit. Verba hæc præterea modo pauca ſunt, modo plura, ita ut internum colloquium conſtituant. Nec ſemper tempore orationis audiuntur, ſed etiam extra illam, dum ſpiritus non eſt recollectus, imo cogitatibus ſuis ab eo, quod dicitur, longe remotus. Id quod in verbis ſucceſſivis nunquam contingit, utpote quæ ſemper in oratione interveniunt, & circa illa quidem objecta, quibus anima cogitatu ſuo affixa hæret.

155. Audiamus, quam convenienter ad hanc noſtram definitionem Richardus a S. Victore verborum horum ſubſtantiam declaret (*de grad. carit. cap.* 4.) exclamans: *O dulcis confabulatio Dei in anima, quæ ſine linguæ & labiorum formatur ſtrepitu; quæ ſine aure percipitur, & in ſilentio ſolus, qui loquitur, & cui loquitur, & audit illam, a qua omnis alienus excluditur.* Ordinarium verborum horum officium eſt animas illuminare, ac inſtituere in iis, quæ circa interius regimen agenda ſunt; ſique perſonæ per vias extraordinarias ad perfectionem a Deo ducantur, verba hæc frequentia eſſe ſolent. Quandoquidem animæ quædam dantur, quibus Deus ipſe ſe ducem ac magiſtrum conſtituit, & per claras ac diſtinctas has, quibus in earum corde loquitur, voces commonſtrat, quid ipſis agendum, & quid fu-

gi-

giendum ſit, ut in virtute proficiant, ac ad ſublimem brevi perfectionem pertingant.

156. Si harum locutionum effectus cum illis comparetur, quos ſubſtantialia paulo poſt pertractanda verba producunt, neutiquam magni ſunt; ſi vero in ſe ipſis conſiderentur, multam exiſtimationem merentur: ſiquidem animæ non modo ad inſinuatas veritates rite intelligendas lumen affundunt, ſed & ad actiones earum dictamini conformandas magnam alacritatem ſubminiſtrant. Et in hoc magnopere etiam differunt a verbis ſucceſſivis, utpote quæ ſpiritum ad divini ſervitii opera neutiquam adeo promtum reddunt, uti iſtæ. Ita idem Richardus (*eodem cap.*) docet: *Qui talibus verbis docentur, docibiles Dei ſunt, & unctio eos docet, quæ ſola omnem veritatem docet ſuavi, celerique magiſterio.* Si verba formalia autem conſilium aut præceptum contineant, animæ ſimul robur, ac facilitatem impertiuntur ad rite exequendum, quidquid vel per modum conſilii, vel per modum præcepti ſuggeſtum fuerit: licet, dum opera, quæ eminentiam, honorem, & decorum conciliant, injunguntur, non tollatur repugnantia, quam anima perſentit, dum coram aliorum oculis reſplendere, & eminere oportet: prout S. Joannes a cruce (*in Aſcenſ. mont. L. 2. cap.* 30.) rite obſervat:

 vult

vult enim Deus, ut anima gradum honorificum, licet ab ipſo in tali collocetur, cum difficultate ac horrore ampleſtatur, ne primatus & gloriæ ſplendore obfuſcetur. Hanc in rem allegat exemplum Moyſis (*Exod.* 4. *v.* 14.) Is ad hebræum populum a Pharaonis Tyrannide liberandum deſtinatus divinis, quibus glorioſa illi expeditio injungebatur, mandatis, multoties reſtitit: prodigiis, quibus Dominus eum de ſua voluntate certum reddidit, ſeſe non dedidit: nec unquam victas manus dedit, uſque dum Deus honoris illi ſoli deſtinati partem in fratrem Aaronem tranſtulit, huncque in contumacis populi illius ductu ſocium ei aſſignavit.

157. Verum etiam in his, ſicut in prioribus locutionibus animam cautam eſſe oportet: cum hæ æque ac illæ vel a phantaſia, vel ab intellectu, vel a Dæmone oriri poſſunt. Interea pro his quoque, ſicut pro prioribus jam præſtiti, indicia quædam ſuggeram, ex quibus quaſi ex lapide lydio anima diſcernere poterit, num verba, quæ audit, cæleſte aurum, aut phantaſticum æs, aut infernalem ſcoriam contineat. Et ne in tanti momenti materia hallucinemur, ſanctam Thereſiam magiſtram ſequemur, utpote quæ in ejusmodi locutionibus ſicut in omnibus aliis mul-

multiplicis experientiæ fuit, easque majori præ aliis claritate pro noſtra inſtitutione expoſuit. Exordium a phantaſia ducamus. Sancta cognitu haud difficile eſſe ait, num ipſa perſona verba efformet, aut ea audiat. Primo quia, ſi per potentiam imaginativam formantur, hæc circa aliquod objectum operatur, ac ſententias componit; paucis, aliquid ex parte ſua ponit, cum tamen auſcultans ſolam loquenti attentionem præſtet. Et hoc ipſum eſt, in quo, ut in definitione diximus, formalium verborum ſubſtantia conſiſtit. Inſuper verba per phantaſiam combinata, ac ſibi ipſi dicta non ſunt niſi languidum, ac emortuum quid: cum tamen verba a Deo dicta viva, ac penetrabilia ſint, & in intimis animæ penetralibus tanta cum claritate audiantur, ut nec ſyllaba elabatur. *Si res in eo ſit* (ait illa *in vita cap.* 25.) *ut intellectus ex ſe ipſo fabricare incipiat; quantumcunque ſubtilis ejus labor ſit, animadvertitur, quod ille rem illam quodammodo ordinet, diſponatque, quodque ille loquatur. Id quod aliud non eſt, quam ſi quis ratiocinationem diſponeret, ordinaretque, aut quod ab alio ſibi dicitur, auſcultaret. Videbitque intellectus, ſe tunc non auſcultare, eoquod operetur: & verba, quæ fabricat, ſurdæ ac phantaſticæ rei inſtar erunt, ac neutiquam claritatis ejusdem cum illis divinis - - - Nec major, nec minor his*

differentia mihi intercedere videtur, quam ſi loqueremur, aut audiremus ſolummodo: quandoquidem ſi loquor ego, uti dixi, ordino per intellectum, quæ dico: ſi vero alius mihi loquitur, abſque ullo labore non niſi audio - - - Hoc aliud vox adeo clara eſt, ut ex iis, quæ dicuntur, nec ſyllaba perdatur.

158. Secundo ſi perſona ex ſe ipſa per ſuam phantaſiam verba componit, alio ſe avertendo ea poteſt impedire, ſi valet; id quod nullatenus in ejus poteſtate eſt, ſi a Deo dicantur; tunc enim auſcultare neceſſe eſt; prout omnino qui aures apertas habet, impedire non poteſt, quo minus loquentem audiat. En verba ſanctæ (*eodem cap.*) *quantumcunque quis reſiſtere conaretur, ut ea* (verba hæc formalia ſcilicet) *non intelligat, fruſtra fatigaretur - - - Quia nobis etiam invitis Deus facit, ut auſcultemus, utque intellectus totus ad intelligendum, quod nos intelligere vult, ita applicetur; ut noſtrum velle aut nolle ad eum impediendum non ſufficiat.*

159. Tertio verba, quæ proprio cerebro combinantur, anima poteſt audire, quando vult; verba formalia vere talia autem audire nunquam poteſt, niſi cum Deo placuerit. Id quod ſancta opportune perpendit (*eodem cap.*) ſcribens: *Concludo,*

cupiam, quidquam intelligere impoſſibile alias cum non volo, ut jam dixi, ne & per vim id intelligo.

Quarto verba formalia ut plurimum ex improviſo ſuperveniunt, dum diſtracta eſt, ac aliud, quam quod n dicitur, cogitat. Id quod nullate- ontingere poſſet, ſi ea per propriam ıſiam fabricarentur, tunc enim ani- totam intentam, ac in objecto, circa phantaſmata componit, defixam eſſe ret, ut ſancta (*eodem cap.*) rurſus op- onſiderat: *Vox adeo clara eſt, ut de ue dicuntur, nec ſyllaba elabatur; & eo que tempore contingit, quo intellectus & adeo perturbata & diſtracta eſt, ut bo- tionem & mentis conceptum in ordinem e non auderet.* Id quod clarioribus ad-

cogitatum fuit, & ſæpe ad res, de quibus nec ullam unquam memoriam habuit, nec cogitavit, quod eſſent, aut eſſe deberent: & ſic imaginatio, id fabricaſſe non potuit. S. Joannes a Cruce (*in Aſcenſ. Mont. Lib.* 2. *cap.* 30.) aſſignat hoc pro indicio certo, quod ejusmodi verba per phantaſiam neutiquam ſtudioſe formata, aut dicta ſint: *In iſtis formalibus verbis non eſt, cur ambigat anima, an ipſa ea proferat: manifeſte enim advertit, quod non; præſertim cum illa, quæ illi dicta ſunt, haudquaquam mente verſabat.*

161. Quinto verba divina utpote copioſæ luci conjuncta cujuscunque præclaræ veritatis intelligentiam ſecum ferunt ita, ut anima per ea ſæpe multo plura intelligat, quam ejusmodi vocum ſonus ſignificat. Per naturalia autem, quæ anima ex ſuo cerebro producit, verba plus intelligi, quam eorum ſonus exprimat, neutiquam poteſt. Ita ſancta (*Loc. cit.*) docet: *Verba* (formalia intelligit) *multum differunt; unico enim eorum multum intelligitur: id quod intellectus noſter tam velociter efficere haud poſſet.*

162. Sexto naturalia phantaſiæ verba nullum bonum effectum producunt, ut ſancta Magiſtra noſtra (*eodem cap.*) annotat: *Siquidem præterea, ex quibus, quod di-*

dixi, apparet, nullum bonum effectum producit. Verbum Dei autem ingentibus animam bonis cumulat. Quapropter nemo non tot præclaris, quæ tanta ſancta ei præbet, luminibus uti, ac iis ducibus detegere poterit, num verba, quæ audit, veræ Dei voces, aut propriæ imaginationis partus ſint.

163. Cum vero dæmoniacæ etiam illuſiones eſſe poſſint, ad has quoque diſcernendas indicia quædam aſſignari oportet, ut anima, poſtquam a propriæ phantaſiæ deliramentis ſibi præcavit, a communis etiam inimici fraudibus ſe defendere ſciat. Ego hic nec verbulum adjungam, ſed ſolam S. Thereſiam loqui ſinam, ut ſigna, quæ indicabimus, non modo plena authoritate polleant, ſed & pii lectoris animo tanto profundius imprimantur. Illa itaque de formalibus his locutionibus verba faciens (*in vita cap.* 25.) inquit: *Hoc mihi haud ſæpius quam bis aut ter contigit; & ocyus a Domino ſum admonita, quod diabolus eſſet. Præterea id colligitur ex ingenti, quæ remanet, ariditate. Eſt inquietudo quædam in anima haud ſecus, ac ſæpius alias, cum Dominus gravibus tentationibus me affligi permiſit - - - Eſt inquietudo, de qua neſcit, unde veniat: niſi quod anima ſeſe opponere, inquietare, & affligere videatur, quin ipſa, cur hoc fiat, reſciat: ſi-*

quidem quod dicit, non malum, ſed bonum eſt. Identidem cogito, num unus ſpiritus alterum intelligat. Guſtus ac delectatio, quam ingerit mea opinione, vel maxime differunt. Guſtibus his dæmon eos, qui alios divinos numquam experti ſunt, facile poſſet decipere. Guſtus divinos appello ſuavem, fortem, fixum, delectabilem, ac quietam quamdam recreationem - - - Tunc nec dulcedo nec teneritudo ulla in anima perſentitur, ſed hæret perterrefacta, & ingenti tædio affecta - - - Res ipſa loquitur, quod, cum dæmon adeſt, omnia bona ab anima aufugere, & abſcondi videantur, quod faſtidio affecta, inquieta, & omni bono effectu exſpoliata maneat: licet enim bona deſideria immitti videantur, ſtabilia tamen ac fortia nullatenus ſunt: humilitas, quam inſinuat, falſa, inquieta, & omni ſuavitate deſtituta eſt. Qui boni ſpiritus experientiam habet, mea opinione illum cognoſcet. Et in caſtello interiori (*Manſ.* 6. *cap.* 3.) de his ipſis locutionibus ſermocinans rurſus inculcat, quod veræ humilitatis defectus clarum ſpiritus dæmoniaci indicium ſit, inquiens: *Si favores & gratiæ a Domino obtingunt, attente conſideret, num ſe propter eos meliorem exiſtimet: & ſi propter blandiora, & benevolentiora, quæ audit, verba, non humilior, & magis confuſa maneat, credat ſpiritum neutiquam divinum eſſe. Certum etenim eſt, quod anima, cum ſpiri-*

tus

tus divinus adeſt, quo majores accipit gratias, eo minorem de ſe ipſa exiſtimationem concipiat, & vivaciorem peccatorum ſuorum memoriam acquirat. Jam concludamus, quod ex prædictis characteribus, qui utpote a tam præclara ſpiritus magiſtra depromti debita omnes authoritate ſuffulti ſunt, nemo non facile colligere poſſit, num formalia & expreſſa, quæ vel in ſe experitur, vel in aliis diſcutit, interna verba vel dæmonis fraus, vel corruptæ phantaſiæ delirium ſint. Et ſi nec unum, nec alterum deteget, merito jure poterit inferre, ea divinitus immiſſa eſſe: hæ enim, ut eadem ſancta docet, illis vel fraudulentis vel falſis e diametro opponuntur, ſemperque quietem, humilitatem, piam, ac pacificam recollectionem, & ad laudes divinas diſpoſitionem in anima relinquunt.

164. Jam tertia locutionum, quæ per phantaſiam formantur, ſpecies adhuc declaranda ſupereſt: hæc ſunt verba ſubſtantialia, eaque aliis duabus paulo ante explanatis locutionum ſpeciebus multo æſtimabiliora ac pretioſiora. Definiri poſſunt, quod ſint *quædam omnipotentia Dei verba, quæ, quidquid exprimunt, efficaciter ſimul in anima operantur.* poſſunt etiam iſthæc formalia dici, eoquod in interioribus animæ penetralibus expreſſe ſimul ac clare per-

cipiantur. Interea tamen a prioribus illis pure formalibus verbis ob ingentem, quam in producendo ſuo effectu ſecum ferunt, efficacitatem magnopere differunt. Quandoquidem verba formalia, uti diximus, animæ lucem quidem ingerunt, eamque ad illius, quod exprimunt, executionem ſuaviter permovent; ſubſtantialia hæc verba autem non modo dicunt, ſed in anima auſcultante reapſe etiam efficiunt, quidquid dicunt. Hæc ſunt omnipotentia illa Dei verba, de quibus ſapiens (*Eccle.* 8. *v.* 4.) ait: *Et ſermo illius poteſtate plenus eſt.* Hæ ſunt voces, quibus Deus virtutem, & potentiam operandi tribuit, prout David (*pſalm.* 67. 34.) inquit: *Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis.* Hæc ſunt verba, quæ S. Paulus (*Hebr.* 4. *v.* 12.) viva, ac efficacia appellat: *Vivus eſt ſermo Dei, & efficax.* Paucis, hæc ſunt activa illa verba, vi quorum Redemtor ut homo mortalis in terris agens prodigia operabatur ita, ut vel unico eorum non modo obſeſſos liberarit, ſed & infirmis ſanitatem ac defunctis vitam reſtituerit. Unicum ejusmodi benevolum verbum ſacræ ſponſæ dictum ocyus ſuum effectum, ut amore ſcilicet liqueſceret, obtinuit: *Anima mea liqueſacta eſt, ut ſponſus locutus eſt* (*cant.* 5. *v.* 6.) unicum hujusmodi verbum centurio a Redemtore efflagitavit per-

be-

ene gnarus, quod ad ſalutem ſuo filio ſi-
e mora reddendam ſufficeret. (*Matth.* 8.
8.) *Sed tantum dic verbo, & ſanabitur*
er meus. Quid Abrahamum e veſtigio
erfectum reddidit? Nonne unum ex acti-
is his Dei verbis? (*Gen.* 17. *v.* 1.)
mbula coram me, & eſto perfectus. Quid
momento Matthæum ex publicano in
poſtolum permutavit (*Matth.* 9. *v.* 9.)
quere me, & ſurgens ſecutus eſt eum. Quis
Paulum ex rabido perſecutore ocyus
fervidum prædicatorem evangelicæ legis
nvertit? nonne unum ex potentiſſimis his
ctis? (*Act.* 9. *v.* 4.) *Saule, Saule, quid*
e perſequeris? Et hæc ſunt illa Domini
erba, quæ nos ſubſtantialia compella-
us, quæque, quidquid ſignificatione ſua
primunt, in anima etiam operantur.

5. Verum ſacræ ſcripturæ dictis & fa-
ctis etiam ſanctæ noſtræ, toties
oc capite citatæ, authoritatem ſubjun-
amus. Sancta de ſe ipſa narrat, quod,
um in juventute non equidem impuro,
d imperfecto terrenarum quarumdam a-
icitiarum affectu ſe illaqueatam conſpiceret,
illies abjectæ adhæſionis laqueos diſrumpe-
conata fuerit, millies ſibi ipſi vim intulerit,
millies ſuam miſeriam deploraverit. At
uo fructu? viſco affectuum, qui volatum
jus erga Deum retardabant, identidem
ſe

ſe iterum contaminavit. Donec tandem Deus ejus commiſeratione commotus huic illius debilitati remedium appoſuit, paucis his, quæ ad cor ejus dixit, ſubſtantialibus verbis; *nolo, ut cum hominibus converſeris, ſed cum angelis.* Hæc non verba duntaxat, ſed facta fuere: ſiquidem omnem imperfectum amorem ex ejus corde adeo radicitus evulſere, ut erga neminem hominum unquam amplius affici potuerit. Id quod ipſa (*in vita cap.* 24.) his verbis teſtatur: *Hoc vel maxime verum factum eſt: quandoquidem nunquam amplius potui amicitiam conjungere, aut inclinationem vel peculiarem amorem fovere, niſi erga perſonas, a quibus Deum amari, ejusque ſervitium curari cognoſco; nec poteram aliter facere.* Præterea narrat, ſeſe quondam totam turbatam, totam agitatam, & anguſtiarum ac afflictionum tempeſtate ſubmerſam fuiſſe ob timores, quos omnes ejus directores junctis viribus incutiebant, cum eam in ſuis orationibus a Dæmone illuſam aſſerebant: cum quodam ex omnipotentibus his verbis ocyus placidæ tranquillitati reſtituta fuit, Domino illi dicente: *Ne metuas, filia, ego ſum & te non deſeram: ne timeas. Statu, in quo tunc eram, conſiderato* (pergit ſancta) *videtur mihi, quod ad me perſuadendam, ut acquieſcerem, multæ horæ neceſſariæ fuiſſent, quodque id nemo unus efficere valuiſſet. Et*

ecce

ce me hic ſolis his verbis tranquillatam, rtem, animoſam, ſecuram, quietam & illuinatam ita, ut animam meam in momento aliam immutatam viderim; &, ut mihi vitur, cum toto mundo auſa fuiſſem diſputa-, quod Deus fuerit. (*in vita cap.* 25.)

56. Si vero ſubſtantialia hæc verba affectum exprimerent, & Deus ele-e cuidam animæ E. g. diceret: *Ama me, ia ego amo te*; illa mox ſe totam ſuaviſno amore liqueſcere ſentiret. Si verba præhenſionem continerent, eam ocyus in tima confuſione exinanirent, & certo ceris ſtabilis ac ſinceræ emendationis effeım conſequerentur. Paucis, ſunt verba, ıæ, prout a principio hucusque diximus, ın modo verborum formalium inſtar vontatem inclinant, moventque ad execuonem eorum, quæ ſono ſuo ſignificant, d ipſam hanc executionem in anima efcaciter producunt: unico verbo, operanır, quidquid exprimunt.

67. Circa hanc verborum ſpeciem timide incedendi, aut ſigna ac chaıĉteres divinæ eorum originis diſcutiendi ılla ſubeſt ratio; cum nec dæmon nec ıantaſia ea imitando effingere poſſit. Nam, t S. Joannes a Cruce (*in Aſcenſ. Mont.* ı. 2. *cap.* 31.) bene notat, nec naturales

no-

noſtræ potentiæ, nec inimici noſtri eo pertingere poſſunt, ut verborum eorum ſignificatio ſubſtantialem in anima effectum relinquat, ut eam totam immutet, eamque cum ingentibus ſanctitatis fructibus repente renovet. Opus hoc ſoli Deo eſt reſervatum. Directori pro ſua ſecuritate ſufficit, quod verba, quæ anima audit, ſubſtantialia eſſe cognoſcat; ex ſupra dictis, autem id haud difficulter colliget. Tandem capiti huic dicti ſancti effato coronidem imponam: *Felix, fortunataque anima, quam Deus tali verbo fuerit allocutus: bonum enim ejus incomparabile.* (*ibidem*)

CAPUT XIV.

Quid locutio pure intellectualis ſit, & modus, quo formatur, declaratur.

168. Ex locutionibus ſupernaturalibus alias auricularias, alias imaginarias, & alias intellectuales eſſe diximus. Imaginarias per voces internas in phantaſia formari jam ſtabilivimus, haſque in tres ſpecies *ſucceſſivas* ſcilicet, *formales*, ac *ſubſtantiales* etiam diviſimus. Igitur in præſenti verba intellectualia pertractanda ſuperſunt, & declarari oportet,

qua

ı ratione hæc abſque phantaſiæ concur-
per meram intelligentiam formentur.
o præſtito declarati erunt omnes modi,
bus Deus & cæleſtes perſonæ nobis mi-
s, exulibus, & peregrinis ſuper ter-
ı loqui poſſunt.

). Cum vero intellectuales hæ locuti-
ones ipſum illud idioma ſint,
ı Angeli, & ſanctæ animæ in beata
ria inter ſe utuntur: perſpicio, me cla-
ı earum ideam nunquam ob oculos
turum, niſi brevem, ac ſuccinctam
elicarum locutionum notitiam præmi-
ı. Non jam dico, me omnes ſchola-
orum Theologorum opiniones circa e-
nodi locutiones declarandas in medi-
allaturum: cum ſententiæ enim mul-
ſint ac diverſæ, tanta opinionum va-
ate Lectoris mentem confunderem po-
s, quam illuminarem. Quapropter duas
ıtaxat referam, easque, quæ plures
ᵹ cæteris in ſcholis ſequaces nume-
t: & una earum, quæ mihi minus
babilis videtur, rejecta, alteri, quam
itati magis conſentaneam judico, ad-
ebo.

). Prius tamen duo notanda præmitti
oportet, & primo quidem, quod
formandam locutionem vere talem non

 ſuſ-

ſufficiat veritatem aut falſitatem aliquam alteri quomodocunque patefacere, ſed re quiratur, ut ſimul manifeſtem, ejusmod objectum ita in mea mente eſſe: ut ſcho laſtici dicunt. Et ſane ſi ad non nemi nem meorum amicorum veritatis cujus dam notitiam pervenire facerem, quin il le hanc ſibi a me communicari & a men te mea indicari ſciret, neutiquam cum illo ſermocinari, ratiocinari, aut loqui di cerer: ſed ad ſummum ejusmodi notitia a me equidem profecta dici poſſet, non tamen per modum loquelæ. Pono ſecun do, quod nos mortales res in mente no ſtra exiſtentes manifeſtemus ſignis ſenſibi libus; qualia ſunt voces, nutus, aut ſcrip tura ſimilium ſignorum: unde & noſtræ locutiones ac ſermones ſemper hujusce modi ſignis efformantur. Verum in An gelis & animabus a corpore ſeparatis, quæ ſubſtantiæ mere ſpirituales ſunt, res nullatenus ita contingit. Hi ſibi collo quentes, ut invicem intelligantur, ma terialibus ſignis non utuntur, ſed adhibent alia ſigna ſpiritualia, eſſentiæ ſuæ conve nientia. His poſitis

171. Prima opinio eſt Cajetani (*Part.* 1. *qu.* 107. *art.* 1.) & hanc magna ſcholæ ejus Theologorum pars ſectatur. Juxta hos unus Angelus alteri per hoc

ımodo loquitur, quod mentis ſuæ con-
ıs ad illum dirigat: ſiquidem ille hoc
ut iſti autumant, veritates ejusmodi
eptibus repræſentatas intelligit. Hoc
ɔ verum fieret, quod unus angelus per
loquatur, quod res, prout in angeli-
ua mente ſunt, detegat, & alter per
auſcultet, quod ejusmodi res intelli-
videatque. Verum ſententiæ hujus
amenta profundius perſcrutemur. Se-
um citatos Theologos doctrinæ D.
næ (1. 1. *quæſt.* 57. *art.* 2.) inni-
Angeli per ſpecies, quas Deus in
ione ſublimibus eorum mentibus in-
, cognoſcunt omnia omnium totius
erſi rerum genera ac ſpecies, cogno-
t omnia in ſpeciebus concluſa indivi-
& cognoſcunt etiam omnia, quæ in
ılis individuis continentur, omnia ſcili-
orum accidentia, omnes eorum proprie-
s (*Idem quodlib.* 7. *Art.* 3. *ad.* 1.) Sic
elus illis ipſis intelligibilibus ſpeciebus,
us ſubſtantiam roſæ E. g. in ſua men-
idet, etiam colorem, fragrantiam, figu-
, ac omnem aliam ejusdem qualitatem
picit. Ex quo conſequitur, quod qui-
angelus intelligibilibus illis ſpeciebus,
us omnes alios angelos, & omnes ali-
ræſentes univerſi hujus rationales cre-
as cognoſcit, etiam omnem mentis eo-
cogitatum, & omnem voluntatis eo-

 rum

rum motum cognoſcere poſſet, ſi nullat
nus foret impeditus. Verum Deus illi im
pedimentum circa hoc oppoſuit: eoqu
voluerit, ut omnes, quos rationales cr
aturæ intellectu & voluntate ſua forma
actus non niſi ſibi ſoli, nec creaturis e
producentibus eſſent noti, omnibus ali
autem remanerent occulti. Ex his omni
bus dicti ſcholaſtici deducunt, quod, ſi an
gelus mentis ſuæ conceptum ad alteru
angelum dirigat, conceptus hic illi alte
angelo non amplius occultus maneat, quo
que hujus notitia illi debeatur ita, ut pe
innatas, ſeu in creationis momento a De
infuſas ſpecies illum cognoſcere poſſit. Un
de ſequitur, quod, ſi unus cogitatum ſu
um ad alterum dirigat, & alter hunc vi
deat, vera inter eos intellectualis locuti
formetur.

172. Opinio hæc, licet valde probabili
ingentem difficultatem patitu
quæ in eo verſatur, quod interni concep
tus directio, quam unus angelus ad alte
rum facit, duntaxat probet, illum ab ho
cognoſci poſſe: eoquod impedimentum, qu
conceptus ille occultabatur, ſublatum ſit
neutiquam autem evincat, illum neceſſari
cognoſci debere: ſiquidem primus angelu
illa cogitationis ſuæ ad ſecundum angelu
directione in hoc ſecundo nihil ponit, qu
ex-

:itetur, & permoveatur ad attenden-
m, aut quo determinetur ad concep-
n illum intelligendum; ita ut dari poſ-
caſus (ac ſæpe etiam daretur) quo,
ta ratione uno angelo alteri loquente,
er hic de hujusmodi loquela nihil ſci-
. Rei hujus ratio in propatulo eſt: quia
igelus omnia ea, quæ naturaliter cog-
ſcere poteſt, ſane quovis momento cog-
ſcere non debet. Hæc omnia intelligi-
ia quovis momento cognoſcendi neceſſi-
: dos excelſa eſt, quæ ſoli divino intel-
tui competit. Et hinc non raro contin-
:et, ut Angelus, etſi alienam cogita-
nem ex eo, quod ſibi propter alterius
entionem non amplius eſſet abſcondita,
ſet cognoſcere, ex defectu tamen ex-
ationis ad attendendum, & determina-
nis ad intelligendum eam non cogno-
ret.

3. Quantopere excitatio hæc ad mu-
tuum inter Angelos colloquium
:eſſaria ſit, præter rationem ante alle-
:am ex ſacris paginis eruitur. In Iſaia
:ap. 6. v. 3.) legimus: *Seraphim clama-
t alter ad alterum.* In Apocalypſi (*c.*
v. 4.) *clamavit voce magna quatuor an-
:i.* In pſalmo (23.) quod angeli cla-
verint: *Attollite portas principes veſtras, elevamini portæ æternales.* Hæc & alia

ſimilia, quæ ſacer codex nobis ſuppedtat, dicta videntur ſignificare velle excittionem quamdam, non equidem noſtrarum vocum inſtar ſenſibilem, ſed intelligibilem vi cujus unus alterum ad attentionem & propriorum conceptuum intelligentiam provocat.

174. Ipſa hæc doctrina Angelici auctoritte corroboratur, utpote qui (1. p. quæ 107. *Art.* 1. *ad.* 3.) ait: *ſed quia etiam ſtatu naturæ conditæ* (Angeli boni) *ſibi ivicem loqui poterant*, *& mali etiam angeli nuſibi invicem loquuntur; dicendum eſt*, *quod ſicut ſenſus movetur a ſenſibili*, *ita intellectmovetur ab intelligibili*: *ſicut enim per ſignuſenſibile* (E. g. vocis aut nutus) *excitat ſenſus* (mortalium ad attendendum & audiendum) *ita per aliquam virtutem intelligbilem poteſt excitari mens Angeli ad attendedum* ac notitiam conceptuum: ex quibu haud dubie mutuum Angelorum colloquum oritur. Si jam autem beati ſpiritu in primo conditæ naturæ ſtatu per intellectualem hanc excitationem inter ſe co locuti ſunt, & ſi perverſi ſpiritus nun in ſtatu perditionis eadem ratione invcem ſermocinantur; quis ſanctis & in pefectæ beatitudinis ſtatu jam collocatis Angelis eundem loquendi modum prohibtum, & tale (ut ita loquar) idioma interdictum eſſe dicat?

5. Ex his rationibus æque ac auctoritatibus ſententia P. Suarii (*Part.* *L.* 2. *cap.* 27.) veritati magis conſen-
ıea eſſe videtur. Hic cum multis aliis
ıs ſectatoribus Theologis Angelorum lo-
ionem in eo conſiſtere dicit, quod unus
ıgelus alteri intelligibilem manifeſtandi
ſe conceptus ſpeciem imprimat, vi cu-
alter hic non modo talem conceptum,
& veritatem per eum repræſentatam
et. In hac declaratione nihil deeſt eo-
n, quæ ad locutionis vere talis forma-
ıem requiruntur. Jam diximus ejusmo-
locutionem conſiſtere in ſignis, quibus
, prout in mente noſtra ſunt, aliis ma-
ſtamus. Sic cum noſtris amicis ratio-
amur per hoc, quod verba quædam
us aut alterius objecti ea ratione, qua
d cogitatione comprehendimus, ſignifi-
iva proferamus. Et hæc omnia in da-
a nobis angelicæ locutionis declarati-
re vera contingunt: Nam dum An-
us loquens Angelo auſcultanti quam-
n interni ſui, ac veritatem aliquam ex-
nentis conceptus ſpeciem immittit, ponit
hoc quoddam cogitationis ſuæ ſignum,
ı equidem materiale, ſed ſpirituale ac
lligibile (prout S. Thomas requirit)
cujus hunc in cognitionem non modo
cogitatus, ſed & veritatis per eum
reſſæ venire facit. Dicta ſpecies præ-

terea ad attentionem excitat; imo Angelum auſcultatorem non ſolum ad interiorem loquentis conceptum intelligendum, & ad veritatem, quam communicare vult, in conceptu illo comprehendendam determinat: id quod ad ſermonem loquentis & ad auditum auſcultantis requiritur. Nec juvat opponere, quod unus Angelus in altero nullam, & etiam non materialem qualitatem producere poſſit: licet hoc enim quodam ſenſu verum eſſe poſſit, in libro intelligentiae tamen id non procedere; eo probatur, quod S. Thomas Angelum inferiorem a ſuperiori irradiari ſeu illuminari doceat: hoc enim juxta communem ſententiam fieri non poteſt, quin ſuperioris ordinis chori Angelus in intellectu inferioris Angeli quidquam operetur, eumque hujusmodi operatione illuſtret, perficiatque. terea concludamus, & traditam hic doctrinam paucis comprehendamus. Dum Angelus loquitur, imprimit alteri ſpeciem, qua ejus conceptus exprimitur: & dum alter auſcultat, ad dictæ ſpeciei expreſſionem attendit; aut, ut aptius loquar, talis ſpeciei ope veritatem ſibi ſignificandam in loquentis conceptu videt.

176. Et en jam magnam itineris nostri partem confectam! Quandoquidem intellectuales, quibus Deus, & Jesus Christus nos mortales quandoque dignatur,

tur, locutiones angelicis locutionibus quam ſimillimæ ſunt: & ex his modum, quo illæ formantur, facile eſt deducere. Quapropter ſi Deus aut Redemtor noſter quemdam ſuorum ſervorum hac, ad quam nec externi, nec interni ſenſus concurrunt, locutionum ſpecie alloqui, & ſecretum aliquod aut aliam veritatem eidem patefacere velit, intellectui illius ſpiritualem infundit ſpeciem, quæ non modo ipſius conceptum repræſentat, ſed & in ipſo conceptu dictum ſecretum aut veritatem manifeſtat. Tunc anima ſimplicis intelligentiæ actu in Deo hunc ejusdem conceptum, & in ipſo hoc conceptu etiam veritatem ſibi a Deo revelandam cognoſcit. Et hac ratione Deus animæ loquitur, mentem ſuam eidem aperiendo: anima autem viciſſim Deum auſcultat, intellectuali ſuo viſu mentis ejus arcana penetrando. Cumque hæc omnia abſque ullo phantaſiæ concurſu eveniant (prout nemo non videt, ac infra uberius declarabitur) hinc hæc Dei locutio, & hæc animæ auſcultatio mere intellectuales dicuntur. Si anima dein auſcultandi tempore reſpondere, & Deum alloqui velit, cogitatus & affectus ſuos ad eum dirigit: & licet eos Deus ex natura ſua neceſſario videat, ob directionem nihilominus ab anima ad ſe factam intelligit eos tanquam verba animæ, & ipſa anima ſeſe a Deo intelligi cognoſcit.

 177.

177. Intellectuales hæ, quas modo declaravimus, locutiones duplici modo evenire poſſunt. Subinde dum anima ſublimi contemplationi immerſa eſt, contingit, ut intellectualem Dei aut Jeſu Chriſti viſionem recipiat: dumque glorioſa illa viſione defigitur, Deus, aut Jeſus Chriſtus cujuſdam interni ſui, quo myſterium aut veritatem quamdam revelare vult, conceptus ſpeciem eidem infundit. Tunc anima ipſo illo, quo Redemtorem, aut Deum videt, obtutu etiam myſterium illud in eo videt: haud ſecus ac duo amantes fixe ſe mutuo aſpicientes, ſeſe invicem intelligunt. Similitudinem hanc a S. Thereſia mutuavi, utpote quæ (*in vita cap.* 27.) ait: *Prout etiam in hac vita contingit, cum duæ perſonæ ſeſe valde adamantes boni intellectus ac ratiocinii ſunt: videntur absque ullis datis ſignis ſolo mutuo obtutu ſeſe intelligere. Sic hoc debet eſſe, quod nos absque aliorum ſignorum viſione, niſi quod iſti duo amantes* (Deus & anima ſcilicet) *fixe ſeſe mutuo intueantur, intelligamus eos amare, cognoſcereque, quid unus ab altero velit.* Si locutio hac ratione contingat, omni cum proprietate ad modum angelicum formata dici poteſt: quia, angelis mutuo colloquentibus, unus non ſolum alterius conceptum, ſed & angeli loquentis perſonam videt: & hinc in ſublimiſſimo hoc viſionum

mo-

ıodo *anima* quandoque, ut citata ſancta ſtatur, *ſanctiſſimæ Trinitatis Myſterium, aliaque res ſublimiſſimas ſibi ita declaratas videt;* ; *non ſit Theologus, quocum de harum maitudinum veritate diſputare non auderet* (*Edem cap.*)

78. Alio dein tempore contingit, ut anima absque omni ſive intellectuai ſive imaginaria viſione de improviſo claım veritatis cujusdam notitiam conſequaır cum ingenti ſimul certitudine, notitin hanc ſibi a Deo communicari. Et hæc ıoque locutio intellectualis dicitur, dumodo (ut jam dixi) intellectuale, quod ıram, ac nudam veritatem animæ detet, lumen eam omni ſimul certitudine ſeıram reddat, quod intelligentia illa a Deo iatur: ſecuritate hac enim deficiente præcta notitia non locutio, ſed inſtinctus ſommodo, aut illuminatio ac inſpiratio diina foret. Ratio eſt clara; quia ad loquem non ſufficit, ut Deus claram veritatis ıjusdam intelligentiam animæ infundat; d inſuper requiritur, ut eam ita in ſua ente eſſe manifeſtet, prout ſupra jam claravimus.

79. Notandum tamen lectori, quod locutiones, de quibus in præſens rmocinamur, & ſpeciatim illa, in qua

ob-

objecti loquentis viſio non intervenit, ſemper audiantur, anima in contemp ne defixa & a ſenſibus alienata: ſed etiam extra contemplationem percipi dum anima E. g. pro ſpirituali quada ceſſitate ad Deum recurrit, aut de quadam re loqui audit, aut alia oc ne, qua Deus dilectæ animæ ſe co nicare dignatur. Ita clare S. Thereſia *dem cap.*) ubi de his locutionibus ita bit: *hoc aliquoties & breviter contingit mihi alias ſenſuum uſus non ſublatus, ne tentiæ ſuſpenſæ, ſed ſibi valde præſentes deantur, cum id non ſemper in contemp eveniat.*

180. Hæc intellectualium viſionum ſ ſine phantaſiæ commercio f tur; & hinc, ut ſuperius innui, ſunt ra pure intellectualia. Id quod S. Th a (*eodem cap.*) adeo clare, ac adeo ſimode affirmat, ut negari haud po deatur, niſi quis ſe multimodæ eju experientiæ, & ingenti authoritati nere velit. *Quod Dominus animam im re vult, ponit in intimis ejusdem penetra ibique illud ſine imagine, ac ſine verboru ma repræſentat, ſolummodo per modum nis, de qua dixi*, intellectualis ſcilicet hac enim ſancta fuerat locuta. Verb bene notentur. Intelligentias has

ponit *in intimis* animæ *penetralibus*, quæ non niſi purus ſpiritus ſunt: ponit eas ibi *ſine imaginibus*, ſive ſine phantaſiæ actibus, qui, eoquod materiales objectorum imagines ſint, imaginationes appellantur: & ponit, eas ibi *ſine verborum forma*, ſive ſine illis verbis, quæ formam ac figuram habentia in potentia imaginativa formantur. Tum pergit (*eodem cap.*) *Hæc viſionis & locutionis ſpecies adeo ſpiritualis eſt, ut nec minimus potentiarum, & ſenſuum motus animadvertatur: unde mea opinione dæmon nihil inde eruere poteſt.* Dicit, quod in cæleſti hac, quæ per intelligentiarum ac viſionum viam contingit, locutione nec minimus potentiarum & ſenſuum motus, ſive ne minimus quidem ſenſitivarum potentiarum actus animadvertatur, quodque dæmon irrepere nequeat: id quod evidenti indicio eſt, phantaſiam, ad quam maligno ſpiritui liber acceſſus patet, tunc nihil operari. *Dico* (ſubjungit ſancta *eodem cap.*) *quod nos tunc nihil operemur, aut faciamus: totum enim Domini opus eſſe videtur.* Termini iſti manifeſte indicant, ejusmodi locutiones, ſaltem aliquas earum per infuſionem ſpecierum formari: prout clarius explanat per paritatem ab eo deſumtam, qui, quin manducaſſet, ſtomachum electis dapibus repletum ſentiret: dicit enim, animam eadem prorſus ratione vi-

ſi-

ſiones ac notitias ingentium veritatum improviſo in intimo ſuo centro repoſit invenire: cum hac tamen diſparitate, quod ille ignoraret, tam a quo, quam qualit ejuſmodi alimentum in ſuo ſtomacho eſſ repoſitum; dum anima ex oppoſito reſci notitias illas a Deo, utpote ſpirituali alloquente, ſibi eſſe infuſas, licet modum quo id contigit, neſciat. Verum paritas magis, adhuc convincens ſequitur eſt. Sancta Magiſtra intellectuales has locution comparat inſtitutioni hominis rudis, ignorantis & inculti, qui, cum prius ne pri quidem litterarum elementa noſceret, repente tamen ſe omnium ſcientiarum genere inſtructum miraretur: tum ſimilitudinem applicans dicit, quod in ejuſmodi locutionibus anima eodem prorſus mod repente ſe ſublimiſſimarum veritatum gnaram inveniat: *ultima hæc paritas de cœleſ hoc dono mihi quidquam declarare videtur quandoquidem anima de repente ſe ſapientem ac ſic ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium cum multis aliis ſublimiſſimis rebus ſibi declaratum videt.*

181. Jam quæro ex Lectore: num idiota ſine ſpecierum infuſione in momento ſcientiarum omnium notitiam acquirere poteſt? certe nullatenus. Sic & anima divinarum, ſibique ignotarum veritatum re pen-

gnara fieri non poteſt, ſine ſuper-
ium ſpecierum infuſione. Si dictæ
nes autem per ſpecies infuſas for-
:, eas a phantaſia nullatenus pen-
& per conſequens mere intellectua-
:, extra controverſiam eſt.

). Alvarus de Paz (*Tom.* 3. *Lib.*
5. *p.* 3. *cap.* 6.) id ipſum affir-
ı hæc verba: *Sicut enim Deus loqui-
angelos, & ad animas beatas, ſepara-
orpore, non aliqua voce ſenſibili, vel i-
ili, ſed imprimendo in ipſo intellectu
n, ad quam attendens Angelus vere au-
intelligens videt; ita loqui ſolet ad a-
contemplantem ſine ullo miniſterio vocis
is, nec interioris cogitationis, per ſolam
nem veritatis, quam intellectus ab om-
nſibus abſtractus, & eorum uſu relicto*
Tum notatu digniſſima hæc verba
: *Solum id dicam, rudiorum intellectu-
, in his rebus mere ſpiritualibus corpo-*
ſeu corporeorum actuum) *conditiones
e.* Nihilominus tamen dico, a ve-
ıaud abludere videri, quod his lo-
bus, illis præſertim, qui extra con-
tionem eveniunt, quandoque actus
ı phantaſiæ immiſceatur. Certum
eſt, animam poſſe decipi, quatenus
ıræ intelligentiæ obtutu operari vi-
dum revera per imaginationem o-
pe-

peratur, & in mente Dei ſe videre arbi
tur, quod propria mente ſomniavit. Id q
dico, ut Director nimium ſibi non fidat,
etiam in hoc puncto debita cum cau
procedat.

182. Addo, quod cæleſtes quoque g
hac locutionis ſpecie nobiſ-
ſermocinari poſſint; dummodo tamen l
tio ſaltem ex parte noſtra naturalis non
ut P. Suarius (*Lib.* 2. *p.* 2. *cap.* 28.
te obſervat: ſi enim Angelus intellig
lem cujuſdam interni ſui actus ſpeciem
intellectu noſtro produceret, & nos pro
ſingulari Dei gratia deſtituti cum dicta
ere ſolis naturæ noſtræ viribus operari
beremus, ea certe non niſi cum phant
noſtræ concurſu uti valeremus; unde
cognitio inde reſultans foret phantaſti
nec ulla ratione locutio intellectualis
poſſet. Si locutio angelica autem ſuper
turali modo per extraordinarium gratiæ co
curſum fiat, res aliter ſe habet: in h
enim caſu poſſet Deus, angelo cujuſda
cogitatus ſui ſpeciem nobis imprimen
ſimul ſuperiorem ac extraordinariam luce
menti noſtræ infundere, vi cujus hæc i
elevaretur, ut per dictam ſpeciem ſine pha
taſiæ influxu cogitationem illam angelicam
& in cogitatione etiam ejus objectum v
deret. Et tunc non modo ex parte Ang

li

li locutio, ſed & ex parte noſtra auditio mere intellectualis reſultaret. Quod de Angelis dixi, etiam de ipſorum Regina, imo etiam de aliis ſanctis dico, quod ſcilicet cæleſti hoc idiomate cum animabus noſtris colloqui poſſint: licet horum locutiones intellectuales etiam elevatis perſonis valde raro obvenire ſoleant.

184. Effectus harum locutionum cum ſuis cauſſis proportionem habent, & ſicut verba hæc juxta jam dicta in ſolo ſpiritu formantur, ſic eorum effectus in ſolum etiam ſpiritum redundant, & ſi corporeæ potentiæ quamdam inde particulam deguſtent, id per meram communicationem contingit. Relinquunt copioſam in anima lucem, ingentem ſerenitatem, intimam pacem, profundam quietem, vel maximam humilitatem: evidenter enim perſpicit, favori a ſe recepto de ſuo nihil eſſe adjectum; imo per abundantem, qua ſe perfuſam invenit, lucem miſerias ſuas vivaciter penetrat; gaudium, quod perſentit, inſtar glorioſi eſt: cumque in cæleſti allocutione neſcio quid illius, quæ in beata patria deguſtatur, delectationis experta ſit, abhorreſcit, quidquid in hac terra jucundum, aut delectabile dari poteſt. Sancta Magiſtra noſtra de hoc ex propria nos experientia ſecuros reddit (*eodem cap.*) inquiens: *Non*

valeo eloqui, quid ſentiatur, dum Dominus illi (animæ nempe) *ſuam immenſitatem* (per intellectuales, de quibus ſermo erat, locutiones) *manifeſtat: delectatio illa omnem, quæ in mundo haberi, aut intelligi poteſt, delectationem tantopere ſuperat, ut merito ad omnibus vitæ hujus oblectamentis abhorreſcere faciat. Omnia enim ſimul ſumta non niſi quiſquiliæ ſunt. Hæc,* (*etſi æternum perfruendæ forent*) *cum iis, quæ Dominus donat, in comparationem adducere ſorditudo eſt.* Verbo, ex gratiis his adeo excelſis, ut eadem ſancta dicit, vel unica ſufficere poteſt ad animam totam quantam immutandam: nec mirum eſt, quod anima ad loquendum lingua angelorum jam admiſſa, eorum etiam puritatis facta fuerit particeps: *Hæret valde attonita, cum vel unica ex his gratiis ſufficiat ad animam totam immutandam, efficiendumque, ut nihil niſi illum amet, a quo ſe absque ullo ſuo labore tantorum bonorum capacem, & arcanorum participem fieri videt, quique tanta familiaritate, & amore ſecum converſatur, ut deſcribi nequeat.* Notandum tamen, ipſos hos effectus modo majores, modo minores eſſe ſecundum qualitatem ſcilicet verborum & arcanorum, quæ animæ in hoc puri ſpiritus colloquio revelantur: & prout Deo ex altis ſuis finibus eos modo in minori, modo in majori copia impertiri placuerit.

Qualia intellectualia illa, quæ Deus ad intelligentiam prophetarum
ıe phantaſiæ concurſu locutus eſt, ver-
ıerint, ex ſacris paginis haud faciliter
ur. Interea tamen talia haud dubie
, quæ S. Paulus in famoſo ſuo ad ter-
cælum raptu audivit: de his enim (2.
Cor. 12. *v.* 4.) ſcribit: *Audivi arcana*
, *quæ non licet homini loqui.* Quod
ı fuerint arcana, indicat, ea ſenſibus
us ignota fuiſſe: quod ea aliis ſua lin-
enarrare non potuerit, clare oſtendit,
eutiquam ſenſibilia, ſed ſuperioris re-
u noſtrorum ordinis verba fuiſſe. Ta-
emum fuere verba, quæ David (2.
23. *v.* 3.) ſibi a Deo dicta comme-
ıt. *Dixit Deus Iſrael mihi, locutus eſt*
Iſrael, Dominator hominum, juſtus Do-
or in timore Dei. Sicut lux auroræ, o-
ſole, mane absque nubibus rutilat. Ta-
inquam, fuere hæc verba, quia, ut
ropheta refert, a ſpirituali, nullis phan-
atum nubibus obvoluta, ſed auroræ in-
ſerena luce fuerunt orta. Innumeræ
hujusmodi locutiones in ſacro codice
rrunt: Verum quia Deus lingua hac
tibus prophetarum non ſolum de pure
tualibus, ſed de materialibus etiam ac
oreis objectis fuit locutus; hinc ex mo-
quo prophetæ eas exponunt, mo-
ı, quo eas receperunt, arguere quam dif-
imum accidit. O 2 Cap.

CAPUT XV.

Monita practica pro directore ... locutiones, ſuperioribus capitibus ... nobis declaratas.

186. Licet indicia aſſignaverimus, e... bus dignoſci poſſit, a quo ſp... tium ſcilicet ab humano, ... niaco, aut divino prædictæ locutiones, ... ficiſcantur; directorque proin ſufficien... his lumen haurire poſſit ad dijudicand... quo ſpiritu ducantur animæ, quæ vel ... tra, vel extra orationem extraordin... verba inaudiunt; nihilominus cum cog... etiam diſcipuli ſpiritu neutiquam facile ... eum ita dirigere, ut non modo a ph... taſiæ inordinationibus, ac dæmonum fr... dibus ſe defendere, ſed veris etiam, ... Domini benignitas impertitur, favor... cum fructu uti rite ſciat; hinc neceſ... hic monita quædam practica ſubjung... ſunt, quæ directorem, quantum fieri p... de bono hujuſmodi animarum regimi... curum reddant.

187. Monitum Primum. Circa l... nes auriculariaſ notet di... has, etſi ſubin magnæ etiam perſ...

ſonis obveniant, ordinarie tamen imper- ſolere animabus nondum perfectis, incipientibus, quæ ſublimiorum com- nicationum necdum capaces ſunt: De- enim, qui omnia *in numero*, *pondere*, *menſura* operatur, ejusmodi animas ex- nis his gratiis incipit ineſcare, ut a cor- reis, quibus immerſæ adhucdum jacent, ius per corporeos ſenſus abſtrahantur. tandum tamen, verba hæc, ad aures di- i, præ omnibus aliis dæmonis illuſioni- s eſſe expoſita; quia dæmon, niſi a Deo cultas ei adimatur, in ſenſibus, externis præcipue, quidquid ei placet, efficere po- eſt. Quapropter auriculariarum harum lo- cutionum regimen ab eo, quod pro viſio- nibus corporeis præſcripſimus, diverſum eſ- ſe non debet. Dum pænitens hanc favo- rum ſpeciem recipere incipit, injungat ei director, ut eos poſitive rejiciat: interea autem attente obſervet effectus, quos in anima relinquunt; uti & profectum, aut damnum inde reſultans. Si vero dein ſe- curus redditus fuerit, quod a bono ſpiritu oriantur, tantummodo illi concedat, ut eos admittat; addito tamen pacto, ut aſſumto bono effectu, ſe ocyus exſpoliet, nec mul- tis eos conſiderationibus revolvat: grates Deo, prout oportet, rependat; & Deo ſe propterea debitorem exiſtimet. Sic anima ex ejusmodi gratiis aſſumet, quod proficu-

um eſt; ab eo autem, quod pe iculoſ ſibi cavebit, ac ſecura incedet.

188. **Monitum Secundum.** Circa l tiones ſucceſſivas major in c ſtore attentio requiritur: ſecus enim d nima quadam ingentem exiſtimationem cipiet, quaſi illi Deus haud ſecus ac M ſingulis horis loqueretur; dum interim tot ac tanta ejusdem verba, magna ſa ex parte reapſe non niſi naturales vi & perſpicacis intelligentiæ effectus e S. Joannes a cruce narrat, notam ſib iſſe perſonam, quæ vera verba ſucce de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento etiam verba ſubſtantialia accepit: & t dicit, veris his verbis falſa quandoque iſſe immixta, quæ ingentes errores c nebant. Ratio eſt, quia, ut capite innui, intellectus in oratione recolle ac copioſa ſupernaturali luce perfuſus phantaſiæ dominio aliquantum liberatu in ſuis operationibus ab hac tantopere dere non cogitur, ita ut circa objecta præſentia naturalem ſuam agendi vim jori celeritate exercere poſſit: unde & ta cum facilitate novas conſiderationes novos mentis conceptus formare poteſt, eoquod expediti ac vivaces ſint, verba vina eſſe videntur. Interea tamen de tur, cum verba propria ſint; ſiquidem

a divina luce oriuntur, ſed a naturali ſuo lumine, quod, utpote minus impeditum, majori vivacitate operatur. Verum Director hoc ordine progrediatur. Injungat perſonæ, ut ſi in ſupernaturali recollectione conſtituta verba ſucceſſiva audiat, tempore illo intellectui frænum adſtringat, & voluntati ex oppoſito relaxet: ſive ut operationes intellectus coerceat, quatenus ad novas, licet bonas ac ſanctas veritates indagandas & ponderandas ſe non multum applicet, eoquod præcipuus fructus tunc temporis in hoc neutiquam ſit repoſitus; voluntatem autem totam quantam ad amorem applicet. Sic intellectui in conceptus parum utiles prorumpendi, & dæmoni eorum ſuggeſtione illudendi via præcludetur; ſi Deus autem loqui velit, verba ex illo amoris calore profecta vera ſucceſſiva Dei verba, ac divino lumine informata erunt. Idque eo magis, quod S. Joannes a cruce (*in Aſcenſ. mont. L.* 2. *cap.* 29.) de his verbis loquens dicat: *quo vero plus charitatis obtinet, eo amplius illuſtratur a Deo.* Et huic ordinationi directorem tunc præcipue inſtare oportet, dum animam, cui Deus frequenter loquitur, in humilitate, mortificatione, ac aliis ſolidis virtutibus neutiquam notabiliter proficere videt; omnium maxime autem, ſi illam aperta, ac vivaci intelligentia dotatam ſciat: in his enim caſi-

bus de ejuſmodi locutionibus merito timere, & non abſque fundamento in ſuſpicionem venire poteſt, quod non omne, quod ſplendet, aurum ſit, ut proverbium dicit.

189. MONITUM TERTIUM. Circa verba formalia, quæ ab anima non formantur, ſed præſtita Deo loquenti attentione duntaxat auſcultantur, director valde attendat, ut anima ejuſmodi favoribus fruens, ſi a Deo, Beata Virgine, quodam ſanctorum, aut cæleſti genio conſilia, præcepta, aut ſpirituales inſtitutiones recipiat, omnia detegat Patri ſuo ſpirituali, qui, quantum fieri poteſt, & doctus & prudens eſſe debet: Idque etſi verba clara, expreſſa, & omnibus boni ſpiritus characteribus inſignita ſint. Ita omnes vitæ ſpiritualis magiſtri docent: quia anima, ſi ſecus operatur, ingentium revera illuſionum periculo ſe exponit. Audiamus, quid hac de re dicant S. Joannes a cruce, & S. Thereſia, qui Magiſtri Magiſtrorum jure merito appellari poſſunt. Poſterior (*in. caſt. int. Manſ. 6. cap. 3.*) ait: *Si res gravis ſit, quæ vel de ſe, vel de alia tertia perſona dicitur, nullam unquam illius exiſtimationem admittat, eamque exequi ne cogitet quidem ſine prudentis, docti, ac Deo ſervientis confeſſoris conſilio, quantumcunque dein audiat, & intelligat, ac etſi a Deo eſſe clarum videatur. Siquidem hoc di-*

vi-

Majeſtas 'vult , nec per hoc mandatum *gligitur; quia dixit nobis, ut confeſſorem* *o teneamus.* Primus autem de forma- nis locutionibus agens (*in Aſcenſ. L.* 2. *cap.* 30.) ita loquitur: *Nunquam* *committi debet, quin confeſſario pruden-* *certæ perſonæ doctæ, & diſcretæ cuncta* *tur, ut ab eo inſtructio poſſit haberi, ad* *etiam ſpectabit ſtatuere, quid hac in re* *n ſit.* Ita ut, ſi directori anima oc- , quæ locutiones ſuas Dei miniſtro re recuſat (poſito caſu, quod ido- habere poſſit) quæque de expreſſa ois illis voluntate Dei ſe ipſam ſecu- cit, aut ſine conſilio ad executionem ditur, hæc ſine hæſitatione ut illuſa icienda, eoquod judicium hoc juſta nitatur. Hæc enim ex eo manife- , quod Deus, animæ loquens, hanc inclinet, ut ſibi a ſe ipſa timeat, ino miniſtro ſe patefaciat, & ut in gendis ab eo pendeat, dæmon autem s., ex oppoſito falſam ſemper ſecuri- inſtillat, ut anima ſibi ipſi ſtulte con- , illi, cui debet, ſe non detegat, ne m ejus textura rumpatur.

Notet director, quod, ſi diſcipulus præceptum aut conſilium in ora- a Deo acceptum proponat, illius, quod itur, executio nunquam concedenda

ſit ex ſola hac ratione, quod divinæ voluntati ſeſe non opponere oporteat, ſiquidem principium hoc, etſi prima fronte ſanctum videatur, reipſe quam imprudentiſſimum eſt. A directore tunc examinari neceſſe eſt, num res vel per præceptum, vel per conſilium divinitus injuncta conveniat cum mandatis & conſiliis divinis, cum ſacræ ſcripturæ verbis, cum Evangelicis, & chriſtianæ perfectionis principiis, cum S.S. Patrum, Theologorum, & Eccleſiæ doctrina, ac præcipue cum regulis prudentiæ, quas Deus pro regimine noſtro mentibus impreſſit. Si, quod cum dictis regulis non concordet, in locutione deprehendat, tantummodo audacter ſe opponat, & omnia inhibeat: illuſionem enim in locutione latitare, tunc temporis cum fundamento credere poteſt, etſi anima alias bono ordinarie ſpiritu ducatur. Ratio hujus clara eſt: cum Deus enim in ſuis ordinationibus ſibi ipſi contradicere nequeat; hinc, cum juxta dictas regulas operari præceperit, in præſens nihil illis contrarium ordinare poteſt. Non nego, Deum ſuis quandoque ſervis res valde extraordinarias, ac inſolitas injunxiſſe; verum hæ nec illius præceptis & conſiliis, nec Evangelicæ perfectioni, nec S.S. Patrum aut Eccleſiæ doctrinæ, nec prudentiæ legibus repugnabant. Res hæ ideo duntaxat extraordinariæ erant, quia a communu-

aliorum agendi ratione diſcordabant:
his caſibus Deus non modo manife-
oluntatis ſuæ ſigna edidit, ſed & di-
ibus ad voluntatem hanc cognoſcen-
ſufficiens lumen affudit, ne ſe ejus-
de ſe non vituperabilium ſingularitatum
itioni opponerent. Prout S. Mariæ
alenæ de Pazzis accidit, dum Deus
inque annos vitam quoad exteriora a
ſterii conſuetudinibus totam diverſam
e injunxit: prodigioſis enim ſæpius
s voluntatem ſuam cognoſcendam de-
t ſpirituales ipſius Patres ſuo conſen-
l dicta exteriora approbanda concur-
t. Hæc omnia adeo vera ſunt, ut S.
ſia, prout de ſe ipſa pluribus in lo-
mmemorat, cum de rebus a Deo ſibi
ctis cum directoribus conſilium iniret,
ore poſitum habuerit, Domini locutio-
nunquam patefacere, priusquam eo-
ſenſa intellexiſſet: volebat enim conſi-
cum fidei & prudentiæ, juxta quas
ri tenemur, legibus concordare, neuti-
i ſollicita, num etiam cum privata,
fallere poterat, locutione conſentiret.
verum eſt, quod verba in oratione
a, ſi cum prædictis regulis conveniant,
us, ac ſecuritatem ſuperaddere poſſint,
t & directori major quies concilietur,
iſcipuli animus ad executionem magis
nuletur.

191. Hic monitum velim Directorem, quod, ſi diſcipulo ſuo res extraordinariis locutionibus contrarias injungat, hic neutiquam vocibus, quas in oratione a Deo audiviſſe ſibi videtur, ſed ſuo directori obedire teneatur. En rationem! ſi ordinationes, quas proxime ab ipſo ore Dei nos recipere autumamus, exequamur, de voluntate Domini adimplenda nullatenus adeo ſecuri ſumus, prout de ea certi ſimus, ſi miniſtrorum ejus voci obediamus: quia in privatis locutionibus, etſi & boni effectus, & boni ſpiritus indicia eas comitentur, ſemper illuſio quædam latitare poteſt; divini miniſtri verbis autem nulla fallacia ſubeſſe poteſt; cum veritas æterna publica ſancti evangelii elocutione edixerit: *qui vos audit, me audit.* Imo in his caſibus Deus ipſe animas ſolet excitare, ut ſe ſuperiorum voluntati accommodent, etſi hæc propriæ oppoſita videatur: atque ille ipſe hunc agendi modum approbare ſolet; ut ex compluribus operum S. Thereſiæ locis, & ex vitis ſanctorum manifeſte patet, Unde director audenter condemnare poteſt ſpiritum illius animæ, quæ, ut mandatis ſua opinione a Deo, etſi per formalia & expreſſa verba acceptis obediat, directoris ordinationes exequi pertinaciter detrectaret.

192. Ultimo directorem cautum eſſe volo,

e documentum ſibi adverſari vide-
Prima enim dicit, quod hos &
avores, cum Deus eos impertitur,
cere, & magno in pretio habere
nus; ſecus enim, ſi eos a nobis re-
ion cognoſcamus, donatori noſtro
iam retribuere, & fideliter reſpon-
nunquam ſtatuemus. Alter de his
nibus imo de quavis, quæ myſti-
moris unionem proxime non attin-
xtraordinaria gratia agens dat con-
, & ſæpius inculcat, ut anima nul-
arum rationem habeat, nec eas con-
t; ſed in fide Deum quærere per-
Doctrinæ hæ, quoad ſpeciem con-
facile combinantur, ſi amborum di-
ttente ponderentur. S. Thereſia exi-

propriam miſeriam ac indignitatem viv
citer apprehendat: & hinc vult, quod e
vili hac ſui ipſius idea in anima tan
major bonitatis ac amoris Dei cognit
oriatur, quo pluribus præter omne ſuu
meritum ſe favoribus cumulatam conſpici
Unde ardentiſſimi dein reciproci amori
gratitudinis, & mutuæ benevolentiæ act
enaſcuntur ita, ut ſe totam illi conſecr
Hæc favorum cognitio, & ſupernaturalis e
iſtimatio valde ſancta, atque ad ſpiritu
lem profectum valde utilis eſt ita, ut
am omnes adamare deberent, ut nen
non videt. Ex compluribus, quibus fa
cta hanc ſuam mentem declarat, locis
nicum ſeligo. *Certa, de quibus poſt hæc ſe
mocinari cogito, humilitatis genera non c
rentur, hæc autem tunc dantur, cum cuiqu
humilitas eſſe videtur, ſiquis ad favores, ac gr
tias, quas dominus ei elargitur, non attend
Bene intelligamus, qualiter res contingat, ſ
licet, quod Deus has gratias nobis absque u
lo noſtro merito impertiatur: & quod nos pro
terea divinæ majeſtati gratos exhibere teneamu
ſi enim eas a nobis recipi non cognoſcamus,
amandum nos nunquam excitabimus: & qu
certiſſimum eſt, quod, quo ditiores nos conſp
eimus, ſi tamen nos etiam ſimul pauperes a
noſcamus, eo plus adjumenti, & eo plus etia
veræ humilitatis inde nobis ſit obventurum (
vita cap. 20.)*

193. Ex oppoſito S. Joannes a Cruce (*Aſcenſ. mont. c.* 30.) ſcribit: *univerſa hæc verba formalia non debet anima magni pendere, ſicut & ſucceſſiva*, & paulo poſt ſubjungit: *illud ſolum dico, præſtantiſſimam, ſecuriſſimamque in hac materia doctrinam eſſe, nihili illa pendere, etiamſi maximum quid eſſe appareant.* Cumque ſanctus de viſionibus, aliisque extraordinariis gratiis id ipſum aſſerit, nunquam loquitur de illa devinorum favorum exiſtimatione, quæ ex intima propriæ indignitatis cognitione naſcitur, aut cum hac ſaltem conjungitur, ſed de illa alia imperfecta, quam quædam ſui ipſius exiſtimatio, ac complacentia ſive dein tacita, ſive expreſſa comitatur ita, ut anima ſibi quidquam eſſe videatur ex eo, quod Deum ſecum adeo familiariter converſari advertat; prout ipſe ſuperiori capite ſæpius innuit. Præterea loquitur de adeo vituperabili illa divinorum favorum exiſtimatione, quæ animam ad inordinatam erga eos adhæſionem inducit ita, ut eorum cupidine capiatur, & Deum non amplius per viam fidei nuda ac exſpoliata quærat: unde & dæmoni dein diverſimode illudendi anſa præbetur. Et quin hæc ſancti mens ſit, dubitari nequit, cum id in Aſcenſu montis Carmeli identidem repetat. Quapropter is nulla ratione contradicit doctrinæ Magiſtræ ſeraphicæ,

quæ

quæ pluribus in locis dicit, non mod
locutiones, ſed & omnes alios Dei favo
res a nobis & cognoſcendos, & magn
faciendos eſſe, cognitione ac æſtimatio
ne tamen intimæ noſtri ipſorum agnitio
ni innitente; hæc enim ab omni ſem
per tam vanitate, quam adhæſione quan
alieniſſima eſt: unde & animam a fidei
per quam ad perfectam cum Deo unionem
pertingitur, exercitio abſtrahere non po
teſt. Nihilominus cum omnes, etſi eleva
tæ cæteroquin, animæ in ſui ipſarum
cognitione neutiquam ita, ut ſancta no
ſtra requirit, radicatæ ſint, hinc directo
generatim hanc eas regendi normam arri
piat: poſtquam diſcipulus ex locutionibus
ac omnibus aliis ſupernis favoribus bono
ac ſanctos effectus aſſumſerit: poſtquam
convenientem præfato modo exiſtimatio
nem conceperit, nec non gratitudinis, a
mutuæ benevolentiæ affectibus ſe ſuccende
rit, nullas præterea hac ſuper re conſidera
tiones eum inſtituere patiatur, ſed ſui ex
ſpoliationem eidem injungat; quia ſecu
agere, ni anima profundæ humilitatis fu
erit, ingentis periculi res eſt.

194. MONITUM QUARTUM. De ſubſtan
tialibus locutionibus jam dixi
quod ab omni illuſione, ac fraude immu
nes ſint, dummodo reapſe tales ſint. Ho

ideo

deo dico, quia caſus dari poteſt, quo
nuliercula quædam de his adeo pretioſis
lei verbis mentionem inferri audiens, o-
yus eorum cupidine capitur, ac omnem,
uam Deus in ejus corde reponit, inſpi-
ationem ac pium ſenſum ſubſtantiale ver-
um appellat. Hanc tamen ejus levita-
em detegere directori haud difficile acci-
et: ſi verba enim hujus revera ſpeciei
uerint, effectum ſuum indubitato debebunt
roducere, animam derepente totam im-
nutando, ac renovando. Quodſi vero ani-
na locutiones vere ſubſtantiales reciperet,
nonenda eſſet, ut paſſive ſe habeat, ac
ræter humilem aſſenſum de ſuo prorſus
ihil ſuperaddat; ſiquidem hæ peculiaria
lei opera ſunt, quibus creatura nec ad-
ingere, nec demere quidquam poteſt:
que propria agendi vi ſe in ea intrude-
e velit, phantaſiæ vel dæmoni illuſione
uadam irrependi occaſionem præbere po-
eſt.

95. MONITUM QUINTUM. Circa locu-
tiones intellectuales, quæ præ
omnibus aliis ſpirituales non minus, quam
ſecuræ ſunt, non habeo, quod directo-
rem moneam, niſi quod mirari non de-
beat, ſi forte in animam incidat, quæ
eas recipit a ſenſibus non abſtracta, imo
nequidem in contemplatione tum tempo-

ris defixa; quia id frequenter contigere ſolet, prout S. Thereſia obſervat, quæ (*in vita cap.* 27.) de hac locutionum ſpecie agens ait: *Licet mihi alias ſenſuum uſus non ſublatus, nec potentiæ ſuſpenſæ, ſed ſibi valde præſentes eſſe videantur, cum id non ſemper in contemplatione eveniat.* Ratio hujus eſt: cum hæ locutiones modo ſuperius declarato a Deo in puro ſpiritu formentur, hinc eas in ſpiritualibus potentiis poteſt producere, quin potentias materiales ſua libertate privet, liget, aut ad ſuas operationes ineptas reddat.

CAPUT XVI.

Ad revelationes pertractandas ſit progreſſus. Earum ſubſtantia, modi, quibus formantur, ac proprietates eis adhærentes declarantur.

196. Præſens tractatus, in quo de ſupernaturalibus claros ac diſtinctos infuſæ contemplationis gradus concludentibus rebus agimus, mancus foret, ac imperfectus, ſi revelationes pertractare omitterem, cum hæ ſemper aut quaſi ſemper conjunctos ſibi habeant actus limpidæ, ac diſtinctæ viſionis earum veri-

ta-

ım, quas Deus animæ per illas mani-
are dignatur. Quapropter easdem ma-
ıa, qua potero, & claritate, & brevi-
ꝫ hoc & ſequentibus capitibus dilucida-
Antequam autem initium faciam, mo-
, me de iis hic revelationibus acturum,
ꝫ proprie tales ſunt, ac alio nomine
phetiæ, aut propheticæ revelationes com-
lantur, prout Doctor Angelicus (2. 2.
ſt. 171. *in præfat.*) continuo illas no-
ıat. Cumque hæ revelationes non mo-
creata, ſed etiam divina pro objecto ha-
nt, ut S. Thomas dicit: *Prophetica re-
tio ſe extendit non ſolum ad futuros homi-
ı eventus, ſed etiam ad res divinas*: hinc
tradenda mox declaratione poſteriores
ıe ac priores comprehendam.

7. Revelatio itaque eſt *Occultarum ve-
ritatum detectio, aut divinorum ar-
ıorum manifeſtatio per lucem infuſam, vi
ıs recipiens de ejusmodi veritatibus & ar-
is certus redditur.* Primo revelatio cir-
res occultas verſari debet: *quia videli-*
(ut Angelicus 2. 2. *qu.* 171. *art.* 1.
it.) *Prophetæ cognoſcunt ea, quæ ſunt
cul, & remota ab hominum cognitione.*
quod & ex ipſa nominis etymologia cla-
deducitur: ſiquidem revelare aliud non
ıat, quam velum, quo res occulta tege-
tur, removere, & ſic eam aliorum obtu-

tibus manifeſtam ac apertam reddere. Neutiquam tamen neceſſarium eſt, ut res, quæ revelationis objectum conſtituit, omnibus occulta ſit; ſed ſufficit, ut illi, cui talis revelatio obtingit, ita ſit abſcondita, ut in præſentibus circumſtantiis eam ſolis naturæ viribus ſaltem plena cum certitudine cognoſcere nequeat. Et hinc vera revelatio fuit illa Prophetæ Eliſæi, vi cujus pecunias ac veſtimenta, quæ ſervus ejus Giezi a Naaman Syro acceperat, e longinquo vidit: licet enim actus hic & illi, qui donum obtulit, & ei, qui illud accepit, notus fuerit, imo & aliis ibi forte præſentibus manifeſtus eſſe potuerit, naturali tamen modo a S. Propheta reſciri non potuit: & hinc (*Reg.* 4. *cap.* 5. *v.* 26.) ſervo ſuo exprobrare potuit: *Nonne cor meum in præſenti erat, quando reverſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui?*

198. Ipſæ hæ occultæ veritates quandoque circa res præteritas, ſubinde circa præſentes & multoties circa futuras verſantur. Primarum exemplum ſint verba illa Geneſis (*cap.* 1.) *In Principio creavit Deus cœlum & terram*: ubi univerſi creatio, jam facta, revelatur. Secundarum autem exemplum ſubminiſtrant revelationes, vi quarum prædictus Eliſæus domi ſuæ agens prophetico oculo omnia perſpexit,

quæcunque rex Syriæ cum conſiliariis ſuis quam occultiſſime pertractavit: Omnia enim regi Iſraelis exacte retulit, qui notitias tam præclaras in uſum ſuum convertens omnes illius machinationes evertit, & in nihilum redegit. Unde is omnia conſilia ſua inimico regi comperta eſſe pernoſcens, ad ſervos ſuos (*Reg.* 4. *cap.* 6. *v.* 11.) totus indignabundus dixit: *Quare non indicatis mihi, quis proditor mei ſit apud Regem Iſrael?* verum ocyus in reſponſis tulit: *Nequaquam Domine mi Rex, ſed Eliſæus propheta, qui eſt in Iſrael, indicat Regi Iſrael omnia verba, quæcunque locutus fueris in conclavi tuo.* Tertiarum demum exemplum deſumemus ex celebri illa prophetia Iſaiæ (*cap.* 7.) *Ecce virgo concipiet, & pariet filium*: vi cujus divini verbi in ſinu virginis incarnatio prædicitur. Ultimæ hæ tamen majori adhuc verborum proprietate revelationes propheticæ ſunt compellandæ: prout aſſerit S. Thomas, qui poſtquam tam præteritorum quam præſentium, occultorum tamen, manifeſtationem revelationum claſſi accenſuit, ſubjungit, rerum futurarum prædictionem præ cæteris magis proprie ad revelationem propheticam pertinere (2. 2. *qu.* 171. *art.* 3.) inquiens: *Ideo ad prophetiam propriiſſime pertinet revelatio eventuum futurorum.* Rationem quoque hujus ſui aſſerti allegat: cum

enim futura contingentia a noſtra cognitione remotiora ſint: ac minus a nobis cognoſci poſſint, hinc eorum utpote mentium noſtrarum obtutibus magis abſconditorum detectio majori verborum proprietate veli remotio aut revelatio dici poteſt.

199. Si vero de illis aliis adhuc ſublimioribus, quæ res divinas pro objecto habent, revelationibus ſermocinari velimus, dicere oportebit, quod ſint manifeſtatio, vi cujus Deus dilectæ cuidam animæ quoddam e ſuis arcanis aut impenetrabilibus ſecretis detegit, patefaciendo E. g. quid facere decreverit, aut occultos fines, quos in operatione quadam reſpicit. Ubi notandum, quod revelationum ſpeciei non annumerem claras quasdam notitias, quas animæ in myſticæ unionis ſtatu poſitæ de Deo ejusque attributis accipiunt: (ut ſuperiori Tractatu jam declaravi) Licet enim ejusmodi animæ divinum illud attributum omni ea, quæ in præſenti vita haberi poteſt, claritate perſpiciant, ac cæleſti quodam ſapore deguſtent, nihil tamen vident, niſi quod obſcure jam prius in fide cognoverunt. Unde ejusmodi notitiæ divinorum arcanorum manifeſtatio neutiquam dici, & per conſequens, ſi omni cum rigore loqui velimus, neque in revelationum claſſe reponi poſſunt. Idem dicendum de non nullis cla-

intelligentiis, quas quandoque imperti-
de creatis quibusdam veritatibus, jam
ıs ordinario vel naturæ, vel gratiæ lu-
ıe imperfecte cognitis: prout S. Joannes
ruce (*in Aſcenſ. mont. L.* 2. *cap.* 25.)
ervat.

). Quod autem præ omnibus aliis rebus ad revelationum ſubſtantiam tinet, lumen infuſum eſt, quo occultæ itates, ac divina arcana patefiunt, & ıtibus noſtris manifeſtantur. Divina hæc adeo neceſſaria eſt, ut ſine illa, etſi era omnia adeſſent, nulla unquam nec elatio, nec prophetia daretur. Et hinc op-rune monet S. Gregorius (*Moral. L. cap.* 10.) *Cum aliquid oſtenditur, vel itur, ſi intellectus non tribuitur, prophe- minime eſt. Vidit namque Pharao per nium, quæ erant Ægypto ventura; ſed quia ıuit intelligere, quod vidit, propheta non . Aſpexit Balthaſar rex articulum manus bentis in pariete, ſed propheta non fuit, intellectum rei, quam viderat, non accepit.* ·phus autem ac Daniel veri prophetæ unt, eoquod eorum mentes cæleſti lu-e ita colluſtratæ fuerint, ut expreſſas ruris ſymbolis futuras res penetrarent.

. Infuſum hoc ad quamcunque revelationem ac prophetiam adeo neceſ-

ſarium lumen & intellectuale, & adeo clarum eſſe debet, ut intellectus noſter ejus ope non modo occultam, quam Deus manifeſtare vult, veritatem ingenti cum certitudine cognoſcat, ſed & eadem certitudine intelligat, Deum eſſe, a quo ſibi hujuſcemodi veritas revelatur: unde tanta in eum ſecuritas redundare debet, ut de tali veritate dubitare nequeat. Tota hæc doctrina ex Angelico (*cont. Gent. L.* 3. *c.* 154.) deſumta, ac pluribus in locis ab eo tradita eſt: *Sicut enim* (dicit ibidem) *per lumen naturale intellectus redditur certus de his, quæ illo lumine cognoſcit, ut de primis principiis, ita de his, quæ ſupernaturali lumine apprehendit, certitudinem habet. Hæc autem certitudo neceſſaria eſt ad hoc, quod aliis proponi poſſint ea, quæ divina revelatione percipiuntur: non enim cum ſecuritate aliis proferimus, de quibus certitudinem non habemus.* Et alibi (2. 2. *qu.* 171. *art.* 5.) denuo idem docet inquiens: *De his ergo, quæ expreſſe per ſpiritum prophetiæ propheta cognoſcit, maximam certitudinem habet, & pro certo habet, quod hæc ſunt divinitus ſibi rerevelata.* Id ipſum ſanctus doctor gemina authoritate quam efficaciſſime confirmat: prima eſt Jeremiæ, qui Dei ſermonem populo proponens, de revelatione a Deo ſibi facta eum aſſeverantiſſimis his verbis ſecurum reddit: *In veritate miſit me Dominus*

ad

ad vos, ut loquerer in aures veſtras omnia verba hæc. (*cap.* 26. *v.* 15.) Altera eſt Abrahami, qui ad actionem ex natura ſua impiam non minus quam barbaram, qualis proprii filii occiſio eſt, tanta certe alacritate ſe neutiquam accinxiſſet, niſi quam certiſſimus fuiſſet injunctum ſibi præceptum profluxiſſe a Deo, qui ſingulare in unigeniti vitam jus tribuendo actionem illam honeſtam reddere potuiſſet. Ex quo conſequitur, quod juxta tanti Magiſtri doctrinam (prout Cajetanus & declarat, & probat) in omni revelatione prophetica, ſi tamen clara ac expreſſa fuerit, intellectus per dictum infuſum intellectuale lumen cum plena evidentia videat tum revelationem Dei, quam rem revelatam, haud ſecus ac lumine naturæ prima principia evidenter cognoſcit. Dixi, ſi revelatio clara, ac expreſſa fuerit, ſi enim non niſi per internum inſtinctum fiat, nulla datur ſecuritas, ut ſequenti capite dicam.

202. Ne lector autem erret, conſiderari ab eo oportet limitationem, quam idem Doctor angelicus circa prædictum lumen ſubjungit, ſcilicet quod lux hæc in eorum intellectu, quibus Deus ſua arcana confidere dignatur, neutiquam permanens, ſed tranſiens ſit, quod mentibus eorum affulgeat, & ſtatim extinguatur, quod illis

 non

non nullas veritates occultas manifeſt
alias autem abſcondat. Ad hoc declar
dum lucis materialis ſimilitudine uti
Hæc non modo ſoli & igni, ſed & a
modo tamen valde diverſo ineſt: cum
igne & ſole tamquam fixa & ſtabilis q
litas reſideat, & neque ab uno, neque
altero unquam ſeparetur: dum aeri ex
poſito inhæret tamquam qualitas extran
ac tranſiens, quæ ſtatim deficit: nunc e
implet, nunc derelinquit: nunc ſua præſ
tia eum illuſtrat, nunc ſua abſentia obte
brat. Lux jam prophetica non ſe ha
inſtar radii in ſole, ſed inſtar radii in a
quandoque Deus menti ſanctæ cujusd
animæ eam infundit, & tunc res vel fu
ras vel remotas, naturalibus ſuis obtuti
prorſus impenetrabiles videt: alio temp
eam retrahit, & tunc in obſcuro hær
nihil videt. Et hinc qui revelationum
ritu dotatus eſt, hunc nec ſemper, nec
omnibus rebus habet; ſed de iis duntax
quæ Deus illi patefacere dignatur, ut
ritum adeo ſublimem non a ſe ipſo proſi
ſci, ſed a Deo donari intelligat: prout
Gregorius (*Hom.* 1. *in Ezech.*) ſcrib
Aliquando prophetiæ ſpiritus deeſt prophe
nec ſemper eorum mentibus præſto eſt, qu
nus cum hunc non habent, ſe hunc agnoſc
ex dono habere, cum habent. Et ipſe
ſæus propheta Sunamitidem afflictam c

ſpi-

ſpiciens proprio ore fateri debuit, doloris ejus cauſſam ſibi a Deo occultatam fuiſſe: *Anima ejus* (ait) *in amaritudine eſt, & Dominus celavit a me, & non indicavit mihi.* (*Reg.* 4. *c.* 4. *v.* 27.)

103. Hic obſerves velim ſtultitiam non nullorum imo multorum hominum, qui, dum quemdam Dei ſervum revelationes accepiſſe, haſque veras inventas fuiſſe ſciunt, omnia ejusdem verba prophetica eſſe opinantur: unde & eum circumdant, interrogant, omnia illius dicta obſervant, omnes actus notant, & omnia prophetias ſuſpiciunt. Hi priores doctrinas conſiderent, perſuaſumque ſibi habeant, vituperabilis id imperitiæ genus eſſe: m revelationum lumen non ſit habitus ſtar permanens, ſed fulguris inſtar cito nſiens. Deus illud affundit, quando vult: que raro contingit, ac dum anima illud c opinatur, nec deſiderat. Audiant, quid Thereſia a propria experientia edocta nc in rem dicat: (*in vita cap.* 25.) *d in prima illa locutione ita non contingit: n ſæpe ad multos dies ero, ut tametſi ve-, prorſus mihi impoſſibile ſit quidquam inigere* (loquitur autem hic de modo inligendi per viam locutionum, aut reveionum) *& alias etiam nolens, non poſſum d, ut dixi, non intelligere.*

204.

204. Verum greſſum ulterius promo
mus, &, poſtquam monſtravi
quod revelationum ſubſtantia in occulta
veritatum aut divinorum arcanorum
infuſam, vi cujus recipiens de ejusn
veritatibus certus redditur, lucem m
feſtatione conſiſtat, videamus jam, (
modis hujuscemodi revelationes fieri poſ
ſiquidem Deus, dum vel veritates oc
tas extra ſe, vel arcana in ſe ipſo (
tenta revelat, neutiquam eadem ſen
ratione utitur. Quandoque res ſecreta
velat per viſiones ocularias, prout M
accidit, dum rubum vidit, quem ſerpe
circum innocentes flammæ non conſu
bant; & prout Danieli in regia Babyl
evenit, dum funeſtos characteres in n
deſcriptos conſpexit. Alio tempore D
revelat per viſiones imaginarias, quate
phantaſticas ſpecies in mente hominis
combinat, ut objectum, quod manifeſ
vult, per eas exprimatur. Talis fuit v
Jeremiæ, dum ollam ſuccenſam vidit. (
*tu vides? & dixi: ollam ſuccenſam ego vi
& faciem ejus a facie Aquilonis* (*cap*
v. 13.)

205. Verum hic ſubſiſtendo obſervari
portet, dictas oculares, & i
ginarias viſiones, ut revelationum form
præſeferant, neceſſario occultarum quar
dar

dam veritatum figuras, ac ſymbola eſſe debere: quales reapſe erant charactères a Daniele viſi, qui punitionem infauſto Babyloniæ regi Balthaſari a Deo præparatam indicabant, & olla ſuccenſa Jeremiæ, quæ civitatis incendium ſignificabat. Si dictis repræſentationibus ejusmodi ſignificationes deſint, viſiones equidem ſupernaturales, neutiquam tamen propheticæ erunt. Jam iter inceptum proſequamur. Multoties Deus res ſecretas revelat per verba ſenſibilia; & hæc modo auribus externis percipiuntur, modo interius in corde reſonant; in his modo perſona loquens videtur, modo non videtur. Hujuscemodi erant revelationes, quas prophetæ populo annuntiabant, ſermonis ſui exordium ducentes a verbis illis: *Hæc dicit Dominus;* His etenim indicabant, ſe dicta ſua ab ipſo Domini ore hauſiſſe. Tandem Deus quandoque ſuas revelationes animæ ſine vocibus & ſenſibilibus repræſentationibus impertitur per ſolum intellectuale lumen ſcilicet, quatenus veritates, ac objecta, quæ Deus manifeſtare vult, ejus ope magna & claritate & certitudine menti ſuæ præſentia conſpicit.

206. Licet alius inſuper revelandi modus detur, qui cum perſonis ſomno ſopitis ac ſenſuum uſu deſtitutis quando-

que uſurpatur. Cumque caſus hic præ omnibus aliis ſcabroſus ſit, eidem declarando paululum immorari oportet. Somnia juxta doctrinam Angelici (2, 2. *qu.* 95. *art.* 6.) originem ſuam vel a cauſſis internis habent, & ſunt naturalia; vel naſcuntur a cauſſis externis, & tunc aut divina, aut dæmoniaca ſunt. Somnia interius excitata, & originem ſuam ad naturam referentia a conſtitutione corporis & humorum temperie oriuntur: Sic ſanguinei cantus, & ſuaves ſonos, amænos hortos, & ſumtuoſa convivia frequenter ſomniare ſolent. Phlegmatici dormientes ſæpe inter pluvias, flumina, lacus, navigationes ac naufragia verſantur. Cholerici non raro rixas & contentiones excitare, vulnera infligere, ac ſanguinem fundere ſibi videntur. Melancholici tetras & funeſtas tenebrarum, mortis, periculorum, & mille infortuniorum ſpecies multoties in phantaſia revolvunt. Ad naturalia hæc ſomnia formanda etiam rerum, quæ vigilantibus ſub ſenſus cadunt, ſpecies magnopere concurrunt: ſi prædictæ ſpecies enim excitentur, eadem rurſus objecta repræſentant. Illa autem ſomnia, quæ ortum ſuum cauſſis externis debent, aut divina ſunt, quia per miniſterium angelorum a Deo excitantur: aut dæmoniaca: eoquod commoveantur a dæmone, qui dormientis cerebrum ſubiens ſpecierum

com-

commotione phantaſiam alterat, & noxias præſentationes producit. Quod Deus per ec ſomnia ſervis ſuis quandoque loquatur, ut diverſarum ſaltem rerum viſiones repræſentet, nulla ratione in dubium revocari poteſt: quidem ſacræ paginæ divinis ejusmodi viſionibus ac locutionibus refertæ ſunt. In Jobo (*c.* 7. *v.* 14.) legimus: *Terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties*, & rurſus (*c.* 33. *v.* 15.) *Per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo: tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina.* In primo Libro Regum (*c.* 28. *v.* 6.) habemus: *Conſuluit Saul Dominum; & non reſpondit ei neque per ſomnia, neque per ſacerdotes, neque per prophetas.* In Libro numerorum Deus ad Aaronem, & ſororem ejus Mariam (*cap.* 12. *v.* 6.) dixit: *ſi quis fuerit inter vos propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum.* In ſomnio Deus Salomonem & allocutus fuit, & cæleſti ſapientia cumulavit (*Reg.* 3. *cap.* 3.) Dum propheta Joel de gratia in populum Chriſtianum ſuo tempore quam copioſiſſime effundenda (*cap.* 2. *v.* 28.) ratiocinatur, ait: *prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ; ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & juvenes veſtri viſiones videbunt.* S. Joſepho magnæ Dei matris ſponſo Angelus in ſomno ſæpius fuit locutus (*Matth. c.* 1.) dum eum

mo-

modo corroboravit, ut acciperet Mariam conjugem ſuam; modo præcepit, ut in regionem externam profugeret, ac furori Herodis ſe ſubduceret, modo monuit, ut ſolum patrium repeteret. Reges Magi in ſomno acceperunt reſponſum, ne redirent ad Herodem, qui ut parvulo Redemtori vitam auferret, perverſo eos animo exſpectabat.

207. Ex his omnibus merito inferes, quantopere hallucinaretur, qui negaret, Deum quandoque ſomnia immittere, quatenus vel per ſe vel per angelos in dormientis phantaſia ſpecies excitat, combinatque. Rationes autem, ob quas Deus per ſomnia modo loquitur, modo res extraordinarias commonſtrat, diverſæ ſunt; poſſunt tamen ad ſequentes reduci: cum homo enim in ejusmodi locutionibus, & viſionibus paſſive ſe habeat, dum dormit, ad eas recipiendas rite diſpoſitus eſſe videtur: ſiquidem ejus potentiæ, omni agendi virtute tunc ſopita, divinis ſe operationibus opponere nequeunt. In ſomno præterea omnes curæ ceſſant, omnes ſollicitudines quietantur, & omnes paſſiones tranquillantur ita, ut anima in placida quiete repoſita ad extraordinarias quasdam impreſſiones divinitus recipiendas apta videatur; quin etiam ad eam magis idoneam reddendam ipſa mox ſuo ſilentio videtur concurrere.

8. Præmiſſa tota hac ſcitu vel maxime neceſſaria doctrina jam nemo non et alterum modum, quo Deus ſuas re-ationes communicare, & res abſcondi-, cui vult, manifeſtare poteſt. In me-namque ſomno combinando ſpecies ho-nis dormientis phantaſiam poteſt immu-e, & ſic non modo viſiones ſymbolicas ræſentare, ſed & clara, ac intelligibilia ba dicere ita, ut ille per hæc res fu-as, aut remotas ac occultas veritates rehendat, quæ alia ratione ad ejus no-am nunquam perveniſſent. Prout omni-cum Joſepho ægpytiaco egit, dum illi as manipulorum, ſtellarum, ſolis, ac lunæ ones ob mentis oculos poſuit. Prout n Pharaone egit, dum illi myſterio ple-n vaccarum & ſpicarum ſomnium impreſ-Prout egit cum Nabuchodonoſore (*Dan.* . 2. & 4.) dum illi myſtica, & famo-ſomnia immiſit ingentis e diverſis me-lis conflatæ ſtatuæ, & prodigioſæ arbo-, quæ ſublimi ſuo cacumine uſque ad llas aſcendit. Prout egit cum Salomo-, quem profundo ſomno ſine ſymbolis figuris proprio ore fuit allocutus. Ubi men ſuperius dicta ſemper ob oculos ha-nda, ſcilicet quod divina hæc ſomnia que revelationes, neque prophetiæ ſint, ſi reſpectu eorum, quibus ad compre-endendam ſignificationem intelligentiæ lu-

men affulget, quia re vera in propheticis revelationibus præcipuum, & quod prophetæ nomen tribuit, lumen infuſum eſt, ut S. Thomas ait.

209. Inter diverſos hos, quos Deus in rebus occultis revelandis ſervat, modos juxta eundem Angelicum nobiliores illi ſunt, qui ſupernaturales & divinas res pro objecto habent; minus nobiles autem illi, qui res ſolummodo humanas concernunt. Et inter has ipſas ſupernaturales revelationes, ſi imaginariæ ſint, illæ, quæ vigilantibus obveniunt, majori in pretio ſunt habendæ, quam aliæ, quæ medio in ſomno recipiuntur: cum primæ ad animam a terrenis objectis in res divinas abripiendam copioſiori lumine indigeant; dum ſecundis tanto lumine neutiquam opus eſt; eoquod anima ope ſomni a ſenſibilibus rebus abſtracta jam ſit. Præterea juxta ejusdem Angelici doctrinam ſublimiores ex revelationibus illæ ſunt cenſendæ, quæ objectum a Deo per eas manifeſtandum majori cum claritate exprimunt: cumque verba clariores & veri magis ſignificativæ notæ ſint, quam ſymbola & figuræ; hinc revelatio, quæ per verba contingit, ſublimior eſt ea, quæ ſolis viſionibus ſymbolicis perficitur; imo ſi præter verba etiam perſona loquens manifeſtetur, revelatio rurſus

ſus erit perfectior; & ſi perſona ſe manifeſtans Angelus aut ipſe Deus fuerit, revelatio adhucdum majori exiſtimatione digna erit. Tandem concludit ſanctus, quod revelationes altiſſimi ordinis, quæque omnes alias ſua excellentia ſuperant, illæ ſint, quibus nudæ veritates abſque ulla imaginaria viſione per ſimplicis intelligentiæ lumen pateſiunt. Et merito id quidem: ſiquidem hæ & magis ſpirituales, & clariores, & ſecuriores, & in ſuo operandi modo perfectiores ſunt.

210. Declarata jam revelationum non modo eſſentia, ſed & modis, quibus Deus eas ſuis creaturis impertiri dignatur, non ſupereſt, niſi ut pauca de earum proprietatibus ſuperaddam; ubi tamen moneo, me hic de illarum effectibus, & indiciis neutiquam acturum: nam hæc ſubſequentibus capitibus ſermocinandi materiam ſubminiſtrabunt. In præſenti ſolummodo ratiocinabor de nonnullis eisdem propriis qualitatibus, quarum notitia ad plenam, & rectam hujusmodi favorum intelligentiam neceſſaria eſſe videtur: id quod ſequentibus notandis præſtabo.

211. Notandum primo, quod revelationes, & prophetiæ juxta Angelicum (2. 2. *qu.* 172. *art.* 4. *ad.* 1.)

quandoque a Deo concedantur non tantum ad alios adjuvandos, ſed etiam ad perſonam, quæ eas recipit, illuminandam, & ſancto Dei, rerumque divinarum amore inflammandam; & tunc hanc quoque ſanctam reddunt: quia cum caritate, & gratia conjunctæ adveniunt. Alio dein tempore pro ſola proximorum inſtitutione ac juvamine a Deo impertiuntur; & tunc ſine caritate, & ſine gratia ſanctificante, ſeu *gratum facie*nte concedi poſſunt. *Quodcunque* (ait S. Doctor citato articulo) *poteſt eſſe ſine caritate, poteſt eſſe ſine gratia gratum faciente, & per conſequens ſine bonitate morum : prophetia autem poteſt eſſe ſine caritate.* Unde manifeſte deducitur, quod propheticæ revelationes (abſolute, & in genere loquendo) in eadem anima cum lethali peccato combinari poſſint: prout reapſe contigit in Caipha, qui (*Joan.* 11. *v.* 51.) *cum eſſet Pontifex anni illius, prophetavit :* & prophetavit quidem illo ipſo actu, quo Redemtori barbara impietate necem machinabatur. Ita conjunctæ hæ etiam fuere in Balaam perfido incantatore, qui ſublimes etiam circa Chriſti adventum prophetias edidit (*Num. c.* 24. *v.* 17.) *Orietur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſrael.* Et, prout ex ipſo Chriſti ore novimus, multæ erunt infauſtæ animæ, in quibus prophetia cum peccato & cum futura æterna reprobatione conjungentur.

(*Matth.*

ſatth. 7.) *Multi dicent mihi in illa die: ine, Domine, nonne in nomine tuo pro- vimus, & in nomine tuo dæmonia ejeci- ? in nomine tuo multas virtutes fecimus? unc confitebor illis: quia nunquam novi vos: operamini iniquitatem.*

Ex his Chriſti verbis S. Hieronymus deducit, quod prophetandi, obſeſ- liberandi, & prodigia operandi gratia o quandoque non impertiatur propter tum aut ſanctificationem ſubjecti eam ientis, ſed propter utilitatem eorum, ejusmodi prodigia vident, audiuntve: (Quod omnibus, qui tam ſplendida poſſident, tremorem incutere debet) ropriam ſubinde cujusquam damnatio- : *Prophetare, vel virtutes facere: & dæ- ejicere, interdum non eſt ejus meriti, peratur: ſed vel invocatio nominis Chriſti igit; vel ob condemnationem eorum, qui in- t, vel utilitatem eorum, qui vident, & nt, conceditur.* Quia re vera ſunt gra- gratis datæ, quæ non ſemper ad ha- em ſanctum reddendum, ſed quando- ad ſolum aliorum commodum dirigun- Hic per tranſennam conſideres vè- quantopere magna fidelium pars cæ- t, dum ſublimiſſimam ſibi ideam for- de animabus, quæ prophetias edunt, rca res futuras veritatem attingunt ita,

ut eas aliis ingenti virtute refulgentibus præferat: cum caſus dari poſſit, & datus etiam quandoque fuerit, quo homines revelationum ſpiritu dotati omni ſanctitatis ſpiritu deſtituti vixerunt.

213. Nihilominus S. Thomas ſuperiori doctrinæ (*cit. art.*) ſubjungit, quod ad revelationes, etſi in aliorum utilitatem ordinentur, magna tamen requiratur mentis in Deum elevatio, quæ ſine forti in affectiones dominio, ſine tranquilla animi quiete, & ſine ingenti a rebus caducis avulſione obtineri nequit. Ex quo facile colliges, quod ordinarie, qui ſpiritum revelationum habet, multæ etiam virtutis fundum poſſideat; & tunc verum fit illud Spiritus ſancti effatum (*Sap.* 7. *v.* 27.) *Sapientia Dei per nationes in animas ſanctas ſe transfert, & prophetas conſtituit.* Ex hoc notando Director lumen haurire poterit, ut non modo, quænam ex revelationibus majori, & quænam minori in pretio habenda ſit, diſcernere, ſed & convenientem de ſingulis ideam formare ſibi valeat.

214. Notandum ſecundo, quod in Eccleſia Dei ſemper fuerint, ſint, & futuræ ſint perſonæ, quibus Deus ſecundum Joelis prophetiam vel pro privata earum utilitate, vel pro aliorum adjumento

res

res occultas revelat. Hæ revelationes autem reſpectu noſtri neutiquam certæ, ſed probabiles duntaxat ſunt: & licet, ſi rite fundatæ inveniantur, prudens & rationabilis aſſenſus ipſis præſtari debeat, fide tamen divina nullatenus credi debent: quia fides divina juxta S. Thomam privatis revelationibus non innititur. (1. 1. *qu.* 1. *Art.* 8. *ad.* 2.) *Innititur fides noſtra revelationi Apoſtolis, & Prophetis factæ, qui canonicos libros ſcripſerunt; non autem revelationi, ſiqua fuit aliis doctoribus facta.*

215. Ex defectu hujus in credendo rectitudinis originem traxere enormes multorum Hæreſiarcharum errores, qui revelationibus aut potius illuſionibus privatis vel propriis vel alienis nimium adhæſerunt, easque, ut quà fidei veritates crederentur, populo propoſuerunt. Prout contigit miſero Montano, qui mulierecularum revelationibus, & prophetiis deceptus fuit; & infelici Tertulliano, qui eas imprudenti aſſenſu ad ſidera uſque extulit. Non dico, quod credendæ non ſint revelationes, quæ in vitis ſanctorum enarrantur, aut revelationes etiam aliorum adhuc in vivis agentium Dei ſervorum, ſi veritatis & ſanctitatis characteribus inſignitæ ſint: id enim, quod in veritate fundatur, non credere manifeſtæ imprudentiæ eſt: haud ſecus ac im-

prudentiæ eum argueremus, qui ma
authoritatis viro cum ſolido veritatis
damento loquenti fidem adhibere detre
ret. Hoc duntaxat dico, quod tales r
lationes inſtar publicarum ac indubitata
ſuſpiciendæ non ſint: quia tales reapſe
ſunt; & quod fide divina credi non d
ant, eoquod proprium theologicæ h
virtutis objectum non ſint. Interea ta
verum eſt, quod perſona tales revelati
recipiens, ſi per lumen infuſum de Deo
loquente certa ſit, revelatam verita
omni cum firmitate credere teneatur; ſ
enim ſi Deum ſibi loqui crederet, &
verum dicat, dubitaret, veritati fallere
falli neſciæ haud dubie injuriam irr
ret. Licet tamen, ſi poſt acceptos
modi favores prudens circa revelati
dubium ſuboriatur, aut ſi is, qui De
eum obtinet, eas rejiciat, omnem a
ſum, & multo magis operis forte inj
executionem ſuſpendere, & ne illuſio
dam intervenerit, ſancta cum humil
ſibi timere debeat.

216. Notandum tertio, quod non
nes revelationes alienatio
a ſenſibus ſecum ferant: ſive enim de
loqui velimus revelationibus, quæ per
ba impertiuntur: & his animam a
ſibus abſtrahere non convenit, ut de

pr

propheticis dei locutionibus jam audivimus: ſive de illis ſermocinari cupiamus, quæ per viſiones veritatem quamdam naturali rationi impenetrabilem exprimentes contingunt; & tunc cum Doctore Angelico (2. 2. *qu.* 173. *art.* 3.) diſtinctionem quamdam adhibere oportet. Si viſio ocularis ſit, a ſenſibus abſtrahere non poteſt: ſiquidem in hoc caſu exterior ſenſus, in quo viſio formatur, neceſſario operari debet. Si intellectualis ſit, ejusmodi alienatio pariter non eſt neceſſaria; non enim continget, ſi viſio res ſenſibiles, ac materiales pro objecto habeat: licet interveniat, dum res altas, ac ſublimes proponit. Ita ſanctus Doctor: *Non eſt neceſſe, ut fiat alienatio a ſenſibus exterioribus per hoc, quod mens prophetæ illuſtretur intelligibili lumine, aut informetur intelligibilibus ſpeciebus.* Et paulo poſt tertiæ objectioni reſpondens ſubjungit: (*eodem Art. ad* 3.) *quando ex ſuperiori influxu mens prophetæ inclinatur ad judicandum, vel diſponendum aliquid circa ſenſibilia, non fit alienatio a ſenſibus, ſed ſolum quando alienatur ad contemplandum aliqua ſublimiora.* Si viſio autem imaginaria ſit, ſenſuum exteriorum uſus ſemper deperditur: ne id (prout ille dicit) quod homo interius videt, confundatur cum eo, quod ſenſibus exterius apparet. Et hæc de revelationum ſive prophetiarum ſubſtan-

tia, modis, ac proprietatibus dicta ſufficiant: dum ea, quæ ad practicum animarum hujusmodi favores a Deo recipientium regimen pertinent, pro ſubſequentium Capitum materia mihi reſervo.

CAPUT XVII.

Ad revelationes veras a falſis diſcernendas varia indicia ſuppeditantur.

217. Licet propheticæ revelationes, ſi proprie tales ſint, non niſi a Deo originem trahere poſſint, Angelic tamen Doctoris opinio eſt, quod etiam dæmon prophetias & revelationes, quæ in laxiori, & minus proprio quodam ſenſu tales ſint, animabus parum cautis comunicare poſſit. Ratio, quam ille allegat, eſt, quod prophetia aliud non ſit niſi cognitio rei a noſtro intellectu remotæ, ad quam naturali noſtra intelligentia pertingere non valemus. Et quoniam intellectus angelicus (qualis haud dubie infernalium ſpirituum intelligentia eſt) reſpectu humani intellectus in ſuperiori conſtitutus eſt ordine; hinc conſequitur, quod dæmones res quasdam occultas mentibus noſtris patefacere, ac ſic qualemcunque minus tamen propriam, & ſpiritui noſtro

val-

alde perniciosſam propheticæ ſpeciem for-
nare poſſint. *Et ideo* (inquit Angelicus
. 2. *qu.* 172. *Art.* 5.) *prophetia proprie
& ſimpliciter dicta ſit per ſolam divinam reve-
ationem; ſed iſta revelatio facta per dæmo-
es poteſt ſecundum quid dici prophetia.*

18. Præterea docet nos idem Angelicus (2. 2. *qu.* 171. *art.* 5.) *Dicen-
'um, quod mens prophetæ dupliciter a Deo
ıſtruitur: uno modo per expreſſam revelatio-
em, alio modo per quemdam inſtinctum, quem
nterdum etiam ſcientes humanæ mentes patiun-
ur: ut Auguſtinus dicit:* (2. *ſuper Gen. ad
'tteram*) *De his ergo, quæ expreſſe per ſpi-
itum prophetiæ Propheta cognoſcit, maximam
ertitudinem habet, & pro certo habet, quod
æc ſunt divinitus revelata - - - ſed ad ea,
uæ cognoſcit per inſtinctum, aliquando ſic ſe
abet, ut non plene diſcernere poſſit, utrum hæc
ogitaverit aliquo divino inſtinctu, vel per ſpi-
itum proprium.* Hinc Lector colliget, quod
nima, quæ ad res futuras, aut occultas
ognoſcendas, & etiam enuntiandas per-
novetur, faciliter decipi, ac exiſtimare
oſſit, cognitionem illam a Deo proveni-
e, dum reapſe a proprio ſuo ſpiritu pro-
iciſcitur. Quapropter S. Gregorius (*Hom.*
. *in Ezech.*) ipſos Domini Prophetas
n ſuis effatis ſubinde hallucinari dicit:
Aliquando Prophetæ ſancti, dum conſuluntur,

ex

ex magno uſu prophetandi quædam ex ſuo ſpiritu proferunt, & ſe hæc ex ſpiritu prophetiæ dicere ſuſpicantur. Id quod confirmat exemplo Prophetæ Nathan, qui decretum, quod David de fabricando templo mente conceperat, approbavit autumans, ſe ad ſuggerendum hoc conſilium a Deo incitatum eſſe: verum deceptum ſe vidit, cum Dominus eadem nocte eum correxerit, dixeritque, non Davidi, ſed filio ejus Salomoni ſacri templi fabricam eſſe reſervatam: *Suſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum ejus. Ipſe ædificabit Domum nomini meo* (2. *Reg. cap.* 7. *v.* 12.) Poſito itaque, quod diabolus & proprius ſpiritus ad adulterandas divinas revelationes tanta cum facilitate irrepere poſſit: nemo non videt ingentem neceſſitatem indicia quædam ſuppeditandi, ex quibus diſcerni poſſit, num revelationes ejusmodi proveniant a ſpiritu divino, aut mere humano, aut omnino a dæmoniaco, a quo utpote omnium pernicioſiſſimo præcipue ſibi præcavere oportet.

219. Primum indicium ſit veritas. Revelationes, quæ a Deo qua prima veritate proficiſcuntur, neceſſario ſe veras oſtendere debent. Hoc inditium S. Joannes Chryſoſtomus nobis ſubminiſtrat (*Hom.* 19. *ſuper Matth.*) inquiens: *Quidam prophetant in ſpi-*

ſpiritu diaboli, quales ſunt divinatores, ſed ſic diſcernuntur, quoniam diabolus interdum falſa dicit, Spiritus ſanctus nunquam. Et jam ante Chryſoſtomum ipſe Spiritus ſanctus id proprio ſuo ore edocuit. (*Deut.* 18. *v.* 21.) *Si tacita cogitatione reſponderis: quomodo poſſum intelligere verbum, quod Dominus non eſt locutus? Hoc habebis ſignum: quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non evenerit: hoc Dominus non eſt locutus.*

220. Verum hic non nemo opponet, dicetque, etiam a Dæmone, ut animas incautas tandem falſitate quadam illaqueet, multoties vera revelari. Ad hoc reſpondeo, quod dæmon angelico ſuo intellectu multa videat, quæ nos debili mentis noſtræ obtutu detegere non valemus. Hinc res ejusmodi nobis quidem occultæ, ipſi autem perſpectæ ſunt. Si jam malignus ſpiritus talium rerum veritatem manifeſtet, haud dubie incautam quamdam animam poteſt decipere. Interea tamen neutiquam videt veritatem rerum futurarum contingentium, quæ vel accidere, vel non accidere poſſunt. De his ad ſummum fallacem quamdam conjecturam capere poteſt; cum ejusmodi veritatum cognitio ſoli Deo reſervata ſit. Quapropter ſi perſona prophetiæ ſpiritu incitata veritatem ſæpius attingat, dum res ejusmodi prædicit, boni

ni ſpiritus indicium erit. Circa illas alia autem dæmoni quidem notas, nobis autem ignotas res ſola veritas non erit certus, & ſufficiens character ad diſcernendum, a quo ſpiritu hujuſcemodi revelatio oriatur. Erit tamen certus etiam character, ſi talis veritas cum aliis ſignis mox ſuggerendis conjuncta incedat.

221. Secundum indicium. Divinæ revelationes geminum ſignum animæ ſtabiliter impreſſum relinquunt. Primum eſt indelebilis quædam rerum revelatarum ſpecies, quæ nullo unquam tempore memoria excidit. Ita S. Thereſia hac in materia valde experta (*in vita cap.* 25.) *verba prophetiæ mea opinione nulla oblivione delentur; mihi ſaltem ita contingit, etſi modicæ ſim memoriæ.* Revelationes autem a proprio ſpiritu, aut a dæmone profectæ nullatenus ita ſe habent, ſed ocyus memoria elabuntur, niſi forte perſona illuſa eas de induſtria conſervare ſtuderet. Alterum eſt certitudo animæ profunde infixa, quod res revelata effectum ſit ſortitura. Et licet id ob impedimenta ſe opponentia impoſſibile videatur, ac non modo terra bellum moveat, ſed & orcus contrarium machinetur, ſcintilla tamen, quam Deus ſua revelatione in anima ſuccendit, ſemper viva manet. Audiamus etiam hac de re

ſan-

nctam Thereſiam (*in caſt. int. Manſ. 6. p. 3.*) *Ingens quædam remanet certitudo, ita (licet in rebus humano judicio impoſſibili-s animæ ſubinde dubium, quoddam ſuboria-r, num effectum ſint ſortituræ, vel non, & tellectus paulisper vacillare incipiat:) firma ni-lominus in anima perſiſtat ſecuritas quædam, (licet res longe alium, quam ipſa audivit, rſum tenere videantur) aliter tamen credere n poſſit. Labuntur anni, & cogitatio e men-non tollitur, quod Deus alia ab hominibus n intellecta media ſit adhibiturus, & tandem r ſecuturæ, prout reapſe ſequitur.* Jam ve- inexpugnabilem hanc ſecuritatem nec oprius ſpiritus, nec dæmon ſuppeditare oteſt. Rei rationem ex fundamentis, ſu-eriori articulo poſitis, derivari oportet. iximus, quod clara, & manifeſta revela-o lucem infuſam ſecum ferat, quæ ani-am non modo de divina revelatione, ſed e ipſa etiam rei revelatæ veritate cer-m reddit; & ipſa hæc lux quoddam i veſtigium, prædictam ſcilicet ſecurita-m animæ impreſſam relinquit. Jam ſicut ec ſpiritus humanus, nec dæmon adeo evatam & ſublimem lucem producere po-ſt; ſic nec unus nec alter indelebilem æ prædictionis ſpeciem animæ inſcul-am relinquere valet. Vitioſam ſolummo-o obſtinationem poterunt producere, vi ijus deluſa anima quacunque ratione, &

quo-

quocunque obſtaculo reluctante opinioni ſuæ inhærere nititur.

222. Tertium indicium. In divinis revelationibus, prædicta ſecuritate non obſtante, anima ſibi ipſi non fidit, ſed patri ſuo ſpirituali omnia fideliter detegit, cum rubore tamen, & ſine multa loquacitate, verbis verecundis, placidis, & conſideratis. Hoc ſpiritus Dei ſecum fert juxta doctrinam, quam ipſe S. Thereſiæ tradidit (*in vita cap.* 26.) *Dominus multoties mihi dixit, ut totam animam meam, & gratias, quas mihi elargitur, non omitterem patefacere meo confeſſori, qui doctus ſit, & cui obedientiam exhibeam.* In pluribus dein locis teſtatur, quod hoc fideliter ſit executa, & executa quidem prædicto modo: ſiquidem fatetur, ſeſe in his revelationibus ac viſionibus manifeſtandis majorem ſenſiſſe ruborem ac repugnantiam, quam ſi de peccatis valde gravibus ſe ream agere debuiſſet. Præterea ſi divina revelatio operis cujusdam in magnum Dei obſequium cedentis, executionem E. g. populi cujusdam converſionem, aut monaſterii reformationem involvat, animæ, quæ illam recipit, ſemper erga ſuperiores ſuos ſubmiſſionis & obedientiæ ſpiritum inſtillat ita, ut his opus injunctum non approbantibus, illa ocyus in pace deſiſtat, licet ingen-

tem

em ſentiat ſecuritatem, quod præceptum
Deo ortum, & tempore opportuno effe-
tum ſortiturum ſit. Audiamus etiam cir-
a hoc ſanctam Thereſiam (*in vita cap. 26.*)
Quotiescunque Dominus mihi quidquam in oratione
ijunxit, & confeſſor contrarium quidquam mi-
i dixit, ſemper Dominus mihi denuo injunxit,
t obediam; poſtea tamen ſua majeſtas ejus
entem immutavit, ut & ipſe rurſus mihi im-
eraret, quod Dominus volebat. Et reapſe de
ındando Avilæ in ſua patria monaſterio,
quo præclara ejus reformatio initium ſum-
t, omnem cogitationem magna cum qui-
te depoſuit, quam primum operis hujus
xecutio a ſuperioribus rejecta fuit; nec re-
etita licet, quæ a Deo acceperat manda-
a eam hoc de negotio ſolicitam habere po-
uerunt: & hac agendi ratione in aliis ſi-
ilibus caſibus ſemper proceſſit.

23. Ex oppoſito ſi revelationes vel ab humano inſtinctu, vel a dæmo-
iaca illuſione proficiſcantur, infelici ani-
næ, præcipue ſi illuſiones frequentes ſint,
ut impenetrabilem quaſi omnia celandi ab-
ſſum, aut vanæ gloriæ cupidum eas con-
cientiæ arbitro patefaciendi pruritum in-
tillabunt. Unde ipſe director & ex modo,
ɛ ex exceſſu loquendi in propriæ exiſti-
nationis, & vanæ, quam de falſis ſuis do-
is in corde nutrit, complacentiæ cogniti-

ònem venire poteſt. Si vero non nemo Directorum ejus dein intentionibus ſe opponere velit, quidquam pertinaciæ deteget: aut enim nullatenus obediet, aut obediet quidem, ſed non ſine magna repugnantia, & contradictione ſpiritus. Nullum hujusmodi exemplum directori commemoro; quandoquidem tot ipſe conſpiciet, quot animæ ſæpius illudi ſolitæ in ipſius manus incident.

224. Quartum indicium. In veris revelationibus quanto anima ad ſpiritum ſuum Directori detegendum eſt promtior, tanto ad ſeſe omnibus aliis occultandam eſt cautior, ac ſolicitior. Hic notes, omnibus ſanctis ſemper in more poſitum fuiſſe, extraordinarios divinitus immiſſos favores, & maxime prophetias pro viribus occultare, ſique quasdam manifeſtarunt, id non niſi ex peculiari Dei impulſu, & juſtis, quæ Dei gloriam attingebant, rationibus contingiſſe. Quia *Sacramentum Regis* (ut Angelus ad Tobiam dixit *cap.* 12. *v.* 7.) *abſcondere bonum eſt.* Ratio hujus eſt; quod ſpiritus Domini ingentem ſemper horrorem ingeneret a manifeſtatione rerum, ſanctitatis famam conciliare valentium, quales haud dubie propheticæ revelationes ſunt. Si revelationes autem a falſo ſpiritu naſcantur, anima faciliter declinabit ad eas non ſine le-

:ate illis, quibus non oportet, detegen-, ſeque ad id ex neutiquam ſolidis di- ſervitii prætextibus inſtigari ſentiet: & ı eas manifeſtat, non perſentiet in ſe ntem illam difficultatem, quam animæ tæ in ejusmodi ex ſe ſplendidis, ac inoſis rebus patefaciendis experiuntur; ı ſpiritus malignus, ſi ſe in animam in- are incipit, ſemper ſpiritum vanitatis lucat.

Quintum indicium. Divina revelatio quoad interiora claram lu- ı, intimam pacem, & perfectam ſereni- m affert; licet non ſine quadam in prin- o turbatione adveniat. *Secundum ſignum* it S.' Thereſia *in caſt. int. Manſ.* 6. *cap.*) *eſt magna quies, quæ cum pia, & paci- recollectione, ac ad laudes divinas diſpoſi- e in anima remanet.* Imo ipſe Spiritus ctus ſpiritui intelligentiæ, qualis certe phetia eſt, ſequentes attribuit dotes: *ritus intelligentiæ ſanctus, unicus, multiplex, ilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, cer- ſuavis, amans bonum, acutus, quem nihil t, benefaciens, humanus, benignus, ſtabilis, us, ſecurus, omnem habens virtutem, omnia piciens* (*Sap. cap.* 7. *v.* 22. & 23.) oad exteriora autem modeſtam corporis npoſitionem, & angelicum vultus aſpe- n producit. Sufficit hic in memoriam

revocare, quæ alibi commemoravi, quo Maria Magdalena de Pazzis ſcilicet mentis ſuæ exceſſibus a ſpiritu Domini ſaltandum incitata ipſos illos ex natura profanos actus tanta vultus modeſtia membrorum compoſitione perfecerit, ut adſtantibus devotionem excitarit. Hinc Thomas (2. 2. *quæſt.* 173. *art.* 3.) prophetica Exſtaſi loquens ait: *talis tamen lienatio a ſenſibus non fit in prophetis cum qua inordinatione naturæ, ſicut in arreptiis furioſis.* Verſa vice dæmoniacæ revelat nes aut prophetiæ, licet in principio qu quam lætitiæ aſpergant, in fine tamen mer obfuſcationem, inquietudinem, ac an turbationem relinquunt. Si perſona fa hoc ſpiritu ducta a ſenſibus alienetur, qu quam inordinatum apparebit: etſi reve tionem quamdam proferre debeat, furib do quodam æſtro id faciet. Totam ha doctrinam ex S. Joanne Chryſoſtomo promſi, utpote qui (*Hom.* 29. *in* 1. *Chorinth.*) inquit: *Proprium eſt falſi pr phetæ, emotæ eſſe mentis, vim pati, ac nec ſitate pelli, trahi, raptari tamquam furente Verus autem propheta non ſic: ſed cum me te ſobria, & cum modeſtia, ac temperante co ſtitutione, & ſciens, quæ loquitur, dicit o nia.* Quapropter Cajetanus citatum A gelici textum commentans merito mone *unde oportet animadvertere, in hujusmodi a*

na-

nationibus, ſi interveniat aliquid indecens ſecundum motus intrinſecos, vel extrinſecos, ſive ſit indecentia naturæ, ſive indecentia moris. Etſi hujuscemodi quidquam appareat, dicit, omnia vel culpabili fictioni, vel dæmoniacæ illuſioni, vel debilis phantaſiæ infirmitati eſſe adſcribenda.

226. Nota hic, fuiſſe errorem Montani, qui ſanctos Prophetas prædictiones ſuas mente turbata furioſorum, ac obſeſſorum inſtar, quin ſcirent, quid dicerent, edidiſſe credidit. Ipſe hic prophetandi modus falſis prophetis eſt proprius, (quales omnino infelicis illius hæreſiarchæ illuſæ mulieres erant) hi enim dæmoniaco ſpiritu invaſi violento quodam modo adiguntur ad omnia ea cum furore proloquenda, ad quæ ſpiritus deceptor eos inſtigat. Non ſic prophetæ Domini, qui vaticinia proferentes ſibi ipſis præſentes ſunt, cognoſcunt, quæ dicunt, & multoties prophetiarum ſuarum etiam ſignificationem intelligunt; ſi vero eam ſubinde non intelligant, eoquod Deus hanc illis non manifeſtet, magna tamen cum claritate cognoſcunt, ſymbola illa, & prophetica, quæ aliis referunt, verba ſibi a Deo fuiſſe communicata. Et licet hæ prophetiæ cum ardenti quandoque zelo pronuntientur, ſemper eas tamen lux, pax & plena ſerenitas comitatur. Ita S. Thomas

docet (2. 2. *quæſt.* 173. *art.* 3. *ad.* 4.) de ſanctis prophetis loquens: *Dicendum, quod ſpiritus prophetarum dicuntur eſſe ſubjecti, prophetis quantum ad propheticam enuntiationem, de qua ibi Apoſtolus loquitur; quia ſcilicet ex proprio ſenſu loquuntur ea, quæ viderunt, non mente perturbata, ſicut arreptitii, ut dixerunt Priſcilla, & Montanus.*

227. Sextum indicium. Divinæ revelationes doctrinis ſacræ ſcripturæ & matris Eccleſiæ ſemper conformes ſunt & nullo unquam tempore illis opponuntur: eoquod Deus ſibi ipſi contradicere nequeat. S. Paulus nemini uni, & ne cæleſtibus quidem angelis credi vult, ſi quidquam ab Evangelio ſuo abhorrens dicant: *ſed licet nos, aut Angelus de cælo evangelicet nobis præterquam, quod evangelizavimus vobis, anathema ſit.* (*ad Galat.* 1. *v.* 8.) Et in alia ſua Epiſtola ſecundum Apoſtolicas traditiones operari jubet: *tenete traditiones, quas didiciſtis* (2. *ad Theſal.* 2. *v.* 14.) Imo Princeps Apoſtolorum poſtquam celebrem, qua Chriſtum glorioſum in monte Thabor conſpexit, viſionem retulit, & illa Patris æterni verba enarravit, quibus eum ſuum filium declaravit: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, e veſtigio ſubjungit: *Habemus firmiorem propheticum ſermonem: cui bene facitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in cali-*

li-

liginoſo loco (2. *Petri* 1. *v.* 17.) Per quæ ſignificare vult, quod, licet ipſe viſioni illi ſuæ nihil illuſionis ſubfuiſſe, ac verba illa ex ipſo æterni Patris ore prodiiſſe quam certiſſimus ſit, fides nihilominus contentis in ſacro codice revelationibus prophetarum, in quibus de Chriſti prærogativis mentio ſit, multo firmius innitatur, quam privatæ ſuæ revelationi. Hinc diſcat director, nulli unquam fidem habere revelationi, quæ cum ſacræ ſcripturæ verbis, cum matris Eccleſiæ definitionibus, & cum ſanctorum doctrinis non omnigenis conveniat. Si eas enim diſcordantes reperiat, illas ocyus ut manifeſtas & a patre mendaciorum ſuggeſtas illuſiones rejici oportet.

28. Septimum indicium. Verarum revelationum verba ſumma cum velocitate ingeruntur, & quandoque unico eorum multo plus declaratur, quam naturalis ejusdem ſonus ſignificet. Id S. Thereſia in vitæ ſuæ libro ſæpius affirmat, & (*cap.* 25.) hanc in rem ita loquitur: *Adeo velociter, & brevibus ſententiis adeo magna dicuntur, ut ad ea in ordinem redigenda multo tempore opus foret.* Et paulo poſt: *ſine ulla temporis jactura ſimus docti, & intelligimus tot res, ut ad eas ordinandas integer menſis requiri videatur, ipſe quoque intellectus & anima ſuper nonnullis, quas intelligunt, rebus hærent attoniti.* In

caſtello interiore (*Manſ.* 6. *cap.* 3.) denuo ait: *Unacum verbis (modo tamen quem explicare nequeo) multoties ſine pluribus verbis multo plus cognoſcendum datur, ac declaratur, quam verba in ſe ipſis ſonant.* Veloci hoc loquendi modo teſtatur S. Birgitta ſibi a Jeſu Chriſto revelatam fuiſſe regulam, quam ſpiritualibus ſuis filiabus obſervandam propoſuit: & hinc licet ea in ſe longa ſit, breviſſimo tamen tempore eam recipere potuit.

229. Ratio, ob quam anima in momento tot verba ex ore divino percipit, manifeſta eſt: quia Deus verborum ſpecies in noſtra phantaſia longe majori velocitate & celeritate excitare poteſt, quam nos naturali noſtra agendi virtute id efficere valeamus. Ratio, ob quam anima in verbis propheticis plus, quam ſignificant, intelligit, pariter in propatulo eſt: quia ſublimis, quam Deus animæ loquens affundit, lux eam elevat, ut per ejusmodi verba multo plura penetret, quam ordinaria eorum ſignificatio exprimit. Id quod in verbis, quæ vel proprius vel dæmoniacus ſpiritus ſuggerit, contingere non poteſt: quia neque cacodæmon ſupernaturale quoddam, vi cujus ejus intelligentia ultra verborum ſignificationem extenderetur, lumen impertiri poteſt: unde etiam anima per ejusmodi voces-

ces plus, quam earum ſonus indicat, apprehendere nequit. Et hinc S. Thereſia (*in vita cit. cap.*) poſtquam admirabilem hunc Dei, dum res occultas revelat, cum anima loquendi modum declaravit, in hæc verba concludit: *Ita ut, cur ulterius me detineam, non videam: perſona enim practica non niſi miro modo & per prodigium decipi poſſe videtur, niſi data opera ſe ipſam decipere velit.*

230. Octavum indicium ſit utilitas; quia prout Alvarus a Paz (*Tom.* 3. *Lib.* 5. *P.* 4. *c.* 5.) ſapienter inquit, *ſcimus Deum nequaquam inutilia dicere, aut revelare, ſed ea, quæ tanta majeſtate, & pietate ſunt digna.* Sicut enim potens Monarcha rationem decori nullatenus ſervaret, ſi ſe cum non nemine ſuorum ſubditorum inutilibus circa viles, ac plebejas res ſermocinationibus detineret; ſic nec divinam decet magnitudinem, de inutilibus, & nec propriam ſuam gloriam, nec proximorum bonum concernentibus rebus cum creaturis ſuis colloqui. Hinc S. Franciſcus Saleſius (*Lib.* 2. *Epiſt.* 23.) eruit, quod revelationes per frequentiam ſuſpectæ reddantur; & ſpeciatim ſi verſentur circa res parum proficuas, aut circa res, quæ revelari non ſolent, eo quod earum notitia non conducat: prout forent E. g. num quis in gratia ſit confirmatus, aut quem quis ſanctitatis gradum

attigerit, ac ſimilia. Et hinc ſi Director in piam forte mulierculam incidat, quæ ſingulis horis revelationes accipit, & quæ dicere novit, quis ex infirmitatibus valetudinem recuperaturus, & quis ex iis moriturus ſit; num illius negotium proſpero aut infauſto exitu ſit terminandum, num mulier hæc maſculum aut fæminam ſit paritura; quæ edicere reſcit, quis ſalvandus, quis damnandus, & quis inpurgantes flammas ſit detrudendus; quæ quovis obtutu cognoſcit, quis in gratia, & quis in peccato ſit conſtitutus: & quæ frequenter alia ejusdem furfuris vaticinia edit, nullam illi fidem habeat: hujuſcemodi rerum revelatio enim aut non eſt digna Deo, aut inutilis, aut creaturis utpote noxia non conveniens; & deinde ipſa frequentia eam condemnat; cum ſpiritus prophetiæ, ut ſuperiori capite diximus, nunquam habitus inſtar ſtabiliter, ſed tranſeunter tantummodo impertiatur. His nullatenus tamen *dixero*, quod Deus dilectæ cuidam animæ non ſubinde revelet ſtatum, quem propinquus forte defunctus tenet: quia hoc Deum quandoque decet, ſive ut defunctus, ſi in luſtrico carcere detineatur, ſuffragio quodam adjuvetur, ſive ut animam tenere amantem ſolatio quodam perfundat, dum illi de propinqui ſui, ſi in cælis eſt, beatitudine nuntium affert. Id ipſum de alia-

rum

rum ejuſmodi revelationum caſu intelligas velim. Hoc ſolummodo dico, quod prophetiæ, ſi notabilis illis non inſit utilitas, nec juſta convenientiæ ratio detur, nullam fidem mereantur, præcipue, ſi frequentes ſint.

231. Nonum indicium ſit profunda humilitas. Video, quod hoc veræ revelationis ſignum, utpote præ omnibus aliis ſecuriſſimum, quod verſus finem appono, primum hoc capite locum exegiſſet. Verum hac vice volo, ut locus ultimus (prout in civilibus ſæpe contingit) & nobiliſſimus, & honorificentiſſimus ſit: quia revera revelationum ſpiritui nihil magis proprium quam profunda, & ſincera humilitas. Hic nota, quod Jeremiæ menti vix primus prophetiæ radius illuxerit, quo Deus illum ut ſuum prophetam declaravit, & ſanctitatem in materno jam utero impertitam ei indicavit: *Priusquam te formarem in utero, novi te, & antequam exires de vulva ſanctificavi te, & prophetam in gentibus dedi te;* cum ocyus profunde ſe humiliat, & infantem, qui nec ſyllabam proferre novit, ſe nominat: *Dixi A. A. A. Domine Deus meus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum.* Conſidera, quod Iſaias ad ſublimem illam viſionem, quam his verbis deſcribit: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum - - -*

Seraphim ſtabant ſuper illud, elevatus ſtatim intimo cum rubore ſe demiſerit, ac declararit, ſe immundum, & tam alta viſione indignum eſſe: *Vir pollutus labiis ego ſum, & in medio populi, polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum Exercituum vidi oculis meis* (*cap.* 6. *v.* 5.) Pondera, quod Moyſes vocem Domini, qua ad populum ſuum e ſervitute Ægypti liberandum eligebatur, audiens, coram eo ipſo Domino ſe balbum, & ad tanti momenti negotia pertractanda ineptum profeſſus ſit: *Impeditioris, & tardioris linguæ ſum. Obſecro Domine, mitte, quem miſſurus es.* (*Exod.* 4. *v.* 10.) Perpende, quod Apoſtoli patris æterni vocem: *Hic eſt filius meus dilectus*, audientes, confuſione & timore repleti proni in terram ceciderint. Et tandem, ut alia hujuſcemodi facta ſilentio prætereram, reflecte mentem cum S. Ambroſio (*in pſalm.* 36.) ad ſanctum Paulum, qui poſt tot, & tam ſublimes a Deo acceptas revelationes in nulla earum ſibi unquam complacuit, ſed in ſolis ſuis infirmitatibus, ut ipſe teſtatur: *Placeo mihi in infirmitatibus meis.* Et cur hoc? *ut inhabitet in me virtus* (*ſeu ſpiritus*) *Chriſti.* Adeo verum eſt, quod ſpiritus revelationis cum ſpiritu humilitatis ſemper conjunctus incedat. Quam ob rem ſiquis poſt prophetica ſua vaticinia ſui ipſius exiſtimationem, & vanam de illis

complacentiam conſervet; ſi ſe aliis,
i ejusmodi gratias non recipiunt, meli-
m reputet; ſi eas aliis abſque juſta
ıſſa faciliter patefaciat; manifeſto id erit
icio, quod ejusdem revelationes vel ma-
oſæ fictiones, vel dæmoniacæ illuſiones,
phantaſiæ luſus ſint.

2. Diſtingui hic tamen oportet cum P. Alvaro de Paz (*Tom.* 3. *Lib.* 5. *rt.* 4. *cap.* 5.) ac Cardinali Bona (*de ret. ſpir. cap.* 20.) vanitatem ac ſu-biam, quæ ex ipſa revelatione tanquam ligna radice oritur, ab illa. quæ poſthac cauſſam extraneam ingeritur. Prima nifeſtum perverſæ revelationis ſignum ; non item altera: ſiquidem jam ſci-s, quod diabolus in damna noſtra & ciatim eorum, qui pluribus a Deo fa-ibus cumulantur, continuo vigilet. In-ea unde ejusmodi vanitas procedat, Di-tori haud difficile erit dignoſcere; ſi ſa ſuperbiæ enim ita naſcantur, ut pro-da, humilis, quieta, ac ſincera inte-exinanitio, quæ proprius divini itus effectus eſt, jam præceſſerit, at-ſuperveniens vanitatis ſuggeſtio cum rore, & extrema animi afflictione ab ma recipiatur; ſignum eſt, quod Do-nus in anima ſit operatus, & quod mon ad opus Domini illo vanitatis no interturbandum poſtea ſucceſſerit.

233. Decimum & ultimum indicium ſit bonitas vitæ. Superiori capite dixi, quod revelationes, abſolute loquendo, ſine bonitate vitæ, & cum culpa etiam lethali in non nullis dari poſſint. Sed dixi etiam, quod hoc neutiquam ordinarie, imo vix unquam contingat, eoquod ſpiritus propheticus magnam exigat mentis in Deum elevationem, quæ communiter ſine magna a rebus terrenis ac ſe ipſo avulſione haberi nequit. Si revelatio autem ad ſanctitatem ipſi ſubjecto eam recipienti impertiendam ordinetur, non modo præcedentem morum probitatem requirit, ſed & vitæ emendationem, ac perfectionis augmentum ſecum affert. Ex quo conſequitur, quod, ſi perſona ejusmodi favores recipiens vitio cuidam ſuperbiæ, aut avaritiæ ſubjaceret, proprii judicii nimium tenax foret, propriam voluntatem nimium ſectaretur, & multo magis ſi labe quadam impuritatis contaminata foret, nulla illi fides eſſet habenda; niſi forte revelatio ad ipſius hujusmodi vitii exſtirpationem ordinaretur, & bonus inde effectus reapſe appareret; prout quandoque contingere poſſet. Et hæc dicta ſufficiant pro neceſſario lumine Directori ſuppeditando, ut, quænam ex revelationibus a divino, quænam a dæmoniaco, & quænam a proprio ſpiritu proficiſcantur, rite diſcernere poſſit.

CAPUT XVIII.

am pronum ſit in revelationibus Deo profectis circa ſignificationis earum intelligentiam hallucinari.

Videbitur non nemini, quod indicia ad revelationes veras a falſis ſecernendas ſuperiori capite merata ſufficere poſſint, ut anima eas piens ab omni illuſione præſervetur. Aſt non ita ſe habet: quia dari poteſt caquo revelatio quædam omnibus boni itus characteribus veſtitur, imo animæ in proprium ſive in alienum bonum a re ipſa communicatur; hæc autem lominus circa intelligendam ejusdem ificationem in errorem inducitur, & ſi a hanc decipiatur, etiam in omnibus aexterioribus cum ejusmodi revelatione nexis operationibus errabit. Ut lectorem hac veritate perſuaſum reddam, gemi doctrinam præmitti oportet: prima eſt, d Deus, dum quidquam revelat (ſive id per verba, ſive per viſiones, ſive per bola contingat) ad intelligendum enodi verborum, viſionum, & ſymbolica actionum ſignificatum neutiquam ſufens ſemper lumen affundat. Ita Angeis ſupracitatus (2. 2. qu. 173. art. 4.) ſci-

ſciendum tamen, quod, quia mens prophetæ eſt inſtrumentum deficiens, ut dictum eſt, etiam veri prophetæ non omnia cognoſcunt, quæ in eorum viſis, verbis, aut etiam factis Spiritus ſanctus intendit. Altera eſt, quod verba, & multo magis ſymbola, quibus Deus res occultas manifeſtat, nequaquam eum ſemper ſenſum habeant, quem prima fronte præſeferunt: ſed quod quandoque alios ſublimiores, abſtruſiores, & mentibus noſtris magis abſconditas ſignificationes contineant. Unde ſi in anima, cui Deus hujusſcemodi gratias elargitur, intelligentiæ lumen deficiat, quam pronum eſt in cognoſcenda legitima illarum ſignificatione hallucinari!

235. Id ipſum quibusdam ſacræ ſcripturæ geſtis comprobemus. Poſtquam Deus Abrahamum in terram Chanaam deduxit; dixit ei: tu ingentis hujus regionis Dominus eris. Cum Abrahamus dein annis provectus, & ad ſenilem ætatem jam perductus eſſet, Deus idem promiſſum ei quondamfactum denuo repetiit inquiens: *Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldæorum, ut darem tibi terram iſtam, & poſſideres eam* (*Gen. cap.* 15. *v.* 7.) Tum Abrahamus Dominum fuit deprecatus, ut ſibi quoddam promiſſi hujus ſignum dare dignaretur: *At ille ait: Domine Deus, unde ſcire poſſum, quod poſſeſſurus ſim eam?* Et tunc primum Deus

illi-

modum declaravit, quo promiſſio hæc ab eo hactenus non intellecta adimplenda foret, dum illi dixit, quod non ipſe in propria perſona, ſed nepotes ipſius poſt quadringentos annos amplæ illius regionis poſſeſſionem adituri eſſent. Ubi in rem noſtram obſerves velim, quod divina revelatio vera fuerit: ſiquidem terram Chanaan Abrahami poſteris & quidem ipſius Abrahami amore dare idem erat, ac ipſi Abrahamo dare. Sed Abrahamus, licet divinam promiſſionem firmiter crediderit, modum tamen, quo illa adimplenda erit, non comprehendit: hinc cum ſe jam ſenio confectum, & in terra illa continuo circumvagari coactum conſpiceret, & ex altera Chananitidis poſſeſſionem ſibi non in propria ſed in poſterorum perſona promiſſam eſſe ignoraret, Dominum, ut promiſſionis adimplendæ modum ſibi ſignificaret, exoravit. Ita hunc locum (*in Gen.*.15. *v.* 8.) S. Joannes Chryſoſtomus interpretatur. *Tametſi teſtata ſit ſcriptura, Abraham credidiſſe* Deo, *& id reputatum illi fuiſſe ad juſtitiam; attamen audiens, ſibi denuo promitti illius terræ poſſeſſionem, modum conſequendi eam ſcire cupit & ita loquitur: Iis quidem, quæ a te dicuntur Domine, impoſſibile eſt, ut non credam; veruntamen rationem perveniendi ad effectum hujus tui promiſſi doceri velim. Video enim, me ab extrema ſenectute non procul abeſſe, & ad hanc uſ-*

que diem in hac terra peregrinari, & quaſi erronem huc illuc vagari. Quo circa non poſſum humana ratione comprehendere, quemadmodum hoc tuum promiſſum adimplendum ſit.

236. Simile quid Jacobo Abrahami nepoti accidit, cum hic Ægyptum verſus iter faceret, ut dilectum filium ſuum Joſephum in vaſtiſſimo regno illo ad Proregis faſtigium evectum revideret, Dominus nocte quadam illi apparens dixit: *Ego deſcendam tecum illuc, & ego inde adducam te revertentem.* (*Gen.* 46. *v.* 4.) Et tamen certum eſt, quod Jacobus in patriam ſuam nunquam amplius reverſus, ſed in Ægypto vita functus ſit. Reditus hic in ejus ſolummodo poſteris vere contigit, utpote quos Deus per ingentia prodigia ex Ægypto liberavit, & ſub ductu columnæ de die caliginoſæ, & de nocte luminoſæ per viam deſerti in Chananitidem perduxit.

237. His poſitis jam ſic argumentari licebit. Si Abrahamus omni cum certitudine & abſque ulla hæſitatione crediidiſſet, ipſum ſe in propria perſona terræ Chanaan poſſeſſorem futurum, prout primo intuitu ſignificabant verba Dei: *Tibi dabo terram Chanaan*: Si Jacobus certo ſibi perſuaſum habuiſſet, ſe ipſum vivum in patriam rediturum, prout indicare videbantur verba Domini: *Ego deſcendam te-*

cum

cum illuc, & ego inde adducam te revertentem; dum hic dein in Ægypto, & ille ſine terræ promiſſæ poſſeſſione ſe mori conſpexit, nonne uterque in male concepta ſpe magnopere deluſus fuiſſet? nonne uterque ingenti ſtupore defixus, & rubore ſuffuſus fuiſſet? Videat itaque lector, quod divinarum revelationum ſenſum intelligere nequaquam facile ſit, quodque, ſiquis apparentem earum ſenſum ſequi velit, in graves errores incidere quam proniſſimum ſit.

238. Ut hic dicta autem adhuc uberius declarentur, ponamus quoſdam caſus, qui quotidie contingere, poſſunt, & ſubinde reapſe jam contigerunt. In civitate quadam viro nobili funeſtus affertur nuntius quod filius ejus, in regionibus remotis agens, quam periculoſiſſime ægrotet. Miſerandus pater, tam infauſto nuntio ultra modum afflictus, ad cujusdam Dei famulæ pietatem recurrit, rogitans, ut pro corporali filii ſalute ſuas apud Deum preces interponat. Hæc id faciens, cum oraret, hoc a Deo reſponſum accepit: *ne timeas, Juvenis bene ſe habet.* De reſponſo hoc illa mæſtum genitorem ocyus certiorem reddidit: id quod effecit, ut non modo parens, ſed & tota ejus domus de moribundi juvenis ſanitate firmam perſuaſionem, & certam ſpem con-

ciperet, & cor ſuum omni timore li
raret. Dum poſt paucos interea dies
Juvenis morte triſtis venit nuntius.
nuntium adeo inexſpectatum omnes
nam illam animam illuſam reputaru
ejusque revelationem in ludibrium, de
ſum & indignationem verterunt. No
ego equidem hic decidere, quis præ
ctorum hallucinatus ſit, num puella
ſam revelationem proponendo, num
ejus revelationem ut falſam ſuſpicien
Hoc ſolummodo dico, quod verba Dei
verſum ab eo, quem prima fronte ex
bebant, ſenſum habere potuerint. Juve
angelicis fuerat moribus, & ad præc
rum adſtantium exemplum morte ſan
vitam clauſerat. Et hinc recto quod
ſenſu revelatio dicere potuit, quod ju
nis bene ſe habeat, non ex eo quod
nus, ſed quod ſalvus eſſet.

239. Ponamus alios hujuſcemodi caſ
& ſpeciatim illos, quos S. Jo
nes a Cruce ſibi fingit. Detur perſ
perſecutionibus exagitata, afflicta, &
ſuis inimicis ad necem quæſita. Huic
us hæc verba dicat: *Ne timeas, ego t*
omnibus illis liberabo. Prophetia hæc v
eſſet, licet furor adverſariorum ejus p
valeat, eamque interficiat, quia intel
poſſet de libertate filiorum Dei ſeu et

na ſalute, vi cujus omnigenis liberaretur, & de inimicis ſuis in perpetua felicitate triumpharet. Flagrat non nemo ſervorum Dei ardenti martyrii deſiderio: & Deus illi reſpondet, revelatque: *Tu martyrium ſubibis.* Promiſſio hæc vera eſſe poteſt, quanquam ille in odium fidei tyrannorum manibus non occidatur: quia Deus tantas afflictiones & tribulationes ei immittere poteſt, ut meritum & gloriam martyrum adæquet; & cumulare eum etiam poteſt tot amoris ſuppliciis, ut ſancti amoris martyr efficiatur. Ita ut merito inferam, divinis revelationibus multoties longe alium, quam quoad ſpeciem oſtendunt, ſenſum ſubeſſe. Et niſi anima ad abſconditos & a ſenſibus noſtris remotos, qui in illis latitant, ſenſus penetrandos extraordinarium habeat lumen (prout reipſe illud quandoque non habet) neceſſario eam decipi, & in pejores dein adhuc errores incidere oportebit, ſi juxta falſam ſuam intelligentiam operari velit.

240. Verum aliud præterea ob diverſos, quos Deus in ſuis arcanis patefaciendis ſervat, modos errandi periculum latur. Quandoquidem veritates, quas Deus revelat, ſubinde conditionatæ ſunt, & animæ eas audienti abſolutæ videntur: eoquod Deus conditionem, quin eam mani-

ſeſtet, in mente retineat. Rei huius exemplum propheta Jonas (cap. 3. v. 4.) nobis ſubminiſtret. Propheta hic in civitatem Niniven ſe contulerat, ex parte Dei toti populo everſionem & ultimum exterminium civitati poſt quadraginta dies ſuperventurum annuntians: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.* Et tamen elapſo dierum illorum termino civitas, prout prædixerat, diruta non fuit: ſiquidem divinum decretum, quod abſolutum videbatur conditionem ſancto Prophetæ non manifeſtatam involvebat, hanc ſcilicet, quod civitas delenda eſſet, niſi cives de iniquitatum ſuarum multitudine pænitentiam agerent. Verum Ninivitæ imminentis vindictæ divinæ nuntium intelligentes cordibus compungebantur, ſaccos inducebant, capita cinere conſpergebant, & rigidis ſe jejuniis macerabant: unde & præparatum jamjam dirum Dei flagellum a ſe averterunt: *Et miſertus eſt Deus ſuper malitia, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit.* Ubi opportune notes velim, quod Jonas, dum mandatum a Deo accepit, ut ad ruinam civitati, & mortem civibus annuntiandam Niniven ſe conferret, pro eo, ut locum deſtinatum peteret, in Tharſis fugerit: ex ipſa hac ratione, quod propheta ſcilicet ſciret, verba Dei neutiquam ſemper eum, quem præſeferre videntur,

ſen-

ſenſum habere; & hinc a gente illa injuriis affici timuit, ſi ſuam prædictionem effectu carere conſpicerent.

241. Aliud huic haud abſimile exemplum in Iſaia propheta (*cap.* 28.) legimus. Propheta hic ad ægrotum regem Ezechiam inviſit, eique Dei nomine funeſtum mortis nuntium apportat. *Hæc dicit Dominus: diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non vives.* Divinum hoc circa Ezechiæ vitam decretum videbatur abſolutum; & tamen in mente Dei conditionem ſibi annexam habuit, quod nempe moriturus eſſet, niſi ferventibus precibus diuturniorem vitam a Deo impetrare conaretur, prout rei exitus clare demonſtravit. Nam miſer Rex mortis ſententiam inaudiens ad Deum ſe convertit, & copioſas inter lachrymas, ſanitatem ab eo efflagitavit. Cum Deus mox per eundem prophetam illi dici juſſit: *Audivi orationem tuam, & vidi lachrimas tuas: ecce, adjiciam ſuper dies tuos quindecim annos.* Nec hinc ſuſpicetur Lector, in ejusmodi caſibus, in quibus divina revelatio quoad ſenſum apparentem effectum non conſequitur, a Deo ſua decreta quodammodo immutari. Decretum divinum ſemper idem eſt: cum vero in mente conditionatum ſit, conſequitur, quod illud, ſi ſecundum verba ex-

preſſa verum non fit, ſecundum cor
tionem in eo contentam verum reddat
Et hinc præclare S. Gregorius (*Mor.* l
16. *cap.* 17.) hanc in rem ait: *Cum vero*
terius mutari videtur ſententia, interius
ſilium non mutatur; quia de unaquaque
immutabiliter intus conſtituitur, quidquid
mutabiliter agitur.

242. Ipſa hæc doctrina compluribus,
in annalibus Eccleſiaſticis enarr
tur, geſtis comprobari poteſt. Ex his
utpote quæ mihi præ aliis authentica
dentur, duntaxat ſeligo; unum ex
S. Vincentii Ferrerii, & alterum ex
S. Bernardi deſumo. Primus ad mu
prædicandum & annuntiandum immi
jamjam univerſale Judicium a Jeſu C
ſto fuit miſſus. In divini hujus man
executione miſſionem ſuam tribus fo
dabilibus de extremo Judicio concion
inchoabat, ſimul proteſtatus, ſe eſſe An
lum Apocalypſeos ad finem mundo ann
tiandum a Deo miſſum. In Salmantic
ſi civitate jam ejus dicta fidem haud in
nerunt: unde ut verbis ſuis authoritat
prout oportebat, conciliaret, in totius
puli magno numero congregati conve
publice edixit, ut mulier mortua, quæ
vicina quadam Eccleſia expoſita erat,
locum ſui conventus afferretur. Quidam
hu

hujus exitum videndi curioſitate ducti ocyus abierunt, & feretrum, in quo defuncta jacebat, humeris impoſitum in ingentis illius auditorii medio collocarunt. Tum ſanctus divino ſpiritu afflatus alta & clara voce ita, ut nemo non intelligeret, mulieri injunxit, ut in ſignum, quod ipſe ad vicinum jamjam finale judicium hominibus prædicandum a Deo electus eſſet, e feretro, in quo extenſa jacebat, viva ſurgeret: ad quæ illa ocyus revixit. Sanctus dein, num vitam proſequi, aut denuo mori optaret, ex ea eſt ſciſcitatus. Cumque illa ſe vivere malle reſpondiſſet, ſanctus diuturniorem ei vitam conceſſit. Nemo non videt, ingens hoc prodigium cum multis aliis, quæ S. Vincentius quotidie quaſi patrabat, authenticum revelationis ſuæ teſtimonium fuiſſe. Hoc tamen non obſtante univerſale judicium necdum venit: eoquod prophetia ſenſu mox declarando in monte Dei conditionata fuerit.

243. Sancta Dei Eccleſia tum temporis in ſtatu quam calamitoſiſſimo erat repoſita: eoquod tres ſummi pontifices regnarent, quorum quivis ſancti cujusdam viri authoritate, & ſupremi cujusdam Principis potentia ſuffulciebatur, ita ut, in quonam eorum hæretitaria S. Petri poteſtas reſideret, plane ignoraretur: unde nemo non

placet, faciem adeo deformatam c(
ens ultra modum ad iracundiam fu
citatus ita, ut mundo finem facei
cerneret, & S. Vincentio Ferrerio in
datis dederit, ut hoc ſuum decretu
pulis promulgaret; at id non ſine co
ne (quam tamen in mente ſua occ
ſervabat) quod ſcilicet orbis tam tr
da caſtigatione plectendus eſſet, niſi
cleſia ſua ſponſa tantarum inordinati
correctio, & tantarum iniquitatum
datio ſubſequeretur. At quid? Prius
prædictus ſanctus prædicationis ſuæ c
abſolviſſet, legitimi Pontificis electio pı
& ſancta Eccleſia ſub uno capite in ı
rem ordinem fuit redacta. Præterea
ſanctus tot Mahometanos convertit, t(
dæos ſacro fonte abluit, atque ex Cl
ano orbe tot abuſus ac vitia eradicav
Deus faciem Eccleſiæ ſuæ reformata

ctu fruſtratum. Hæc fuit declaratio, qua maximæ authoritatis viri non ſine ſolido fundamento S. Vincentii revelationem explicarunt.

244. Progrediamur nunc ad alterum eventum, qui in libro tertio Vitæ S. Bernardi recenſetur. Sanctus hic ad expreſſum regnantis ſummi Pontificis mandatum pro recuperandis ſacris Palæſtinæ locis toti occidenti bellum ſacrum promulgat. Deus ſuam hac in re voluntatem manifeſtat, ejusque prædicationem tot ac tantis prodigiis, ut ea non enarrare modo ſed & enummerare difficile foret, confirmat. Conſcribitur immenſus exercitus, qui terram ſanctam verſus iter ingreditur: confligit cum chriſtiani nominis hoſtibus, ſed ſucceſſu adeo infauſto, ut multi hoſtili gladio trucidati: reliqui vero diſſipati, ac diſperſi fuerint. Hic jam ſciſcitabitur non nemo, ſi Deus bellum voluit, & hanc ſuam voluntatem tot ſignis manifeſtavit, quot prodigiis fideles ad illud movendum induxit, cur non dein etiam vult victoriam? Reſpondeo: voluit etiam & decrevit victoriam, ſed ſub conditione, ſi nempe bellatores eam agendi rationem ſervarent, quæ bellum ſacrum deceret. Verum illi civiles diſcordias fovebant, vana & terrena bona ambiebant, & alia mala patra-

trabant. Hinc Dominus pias & ſanctas, quas pro conditione victoriæ aſſumſerat, diſpoſitiones in illis non inveniens, omnes ſpe ſua excidere eſt paſſus. Non tamen permiſit, ut tanti nominis expeditio omni prorſus fructu careret. Quandoquidem multis eorum ingentes calamitates, & aſperas tribulationes immiſit, quibus a lapſibus ſuis repurgati poſt cladem terrenam ad regni æterni poſſeſſionem pervenerunt. Hæc omnia venerabilis Joannes Abbas Caſemarienſis ad S. Bernardum perſcripſit tanquam res ſuis monachis ab Eccleſiæ eorum Protectoribus ſanctis Joanne & Paulo revelatas (*inter opera S. Bern. Ep.* 333.) *ſiquidem ſi hoc, quod cœperant, ſicut decet Chriſtianos, juſte ac religioſe proſequi vellent, Dominus cum eis eſſet, ac magnum fructum per eos perfeciſſet. ſed quoniam ipſi ad mala ſunt devoluti, & hoc nequaquam Dominum, qui auctor viæ fuerat, a principio latere potuit, ut ſua providentia in ſui diſpoſitione non falleretur, malitiam eorum in ſuam convertit clementiam; & immiſit eis perſecutiones, & afflictiones, quibus purgati ad regnum pervenire poſſent. Sed ne in dubium veniat, quod dico, quaſi patri meo ſpirituali in confeſſione aperio, quod patroni loci noſtri Beatus Joannes, & Paulus ſæpius nos viſitare dignati ſunt, quos ego ſuper hac re interrogare feci, & hujusmodi ſententiam reſponderunt, dice-*

rebantque; multitudinem angelorum, qui ceciderant, de illis, qui ibi mortui ſunt, eſſe reſtauratam.

245. Et hæc dicta ſufficiant, ut non modo animæ revelationes a Deo recipientes, ſed & earum directores de hac veritate perſuaſi ſint, quod circa revelationes, etſi ſanctæ, & divinæ ſint, hallucinari pronum ſit ex eo, quod vel reconditos, obſcuros, & a nobis non intellectos ſenſus contineant, vel abſolutæ videantur, dum reapſe conditionatæ ſunt. Ex his ſequenti capite pro uſu ipſo & exercitatione proficuas ſequelas, & practica monita deducemus. Prius tamen oppoſitionem aliquam, quæ ſuperioribus doctrinis objici poſſet, ſolvi oportet. Proximo abhinc capite dixi, quod Deus animæ bonæ quidquam revelans copioſam ſimul lucem affundat, vi cujus illa non modo de divina revelatione, ſed etiam de re per eam ſibi manifeſtata certa redditur: & hoc capite dixi, quod anima circa revelationum, etiam verarum, intelligentiam faciliter hallucinari poſſit. Unde una doctrina alteri contradicere videtur: cum in eodem intellectu circa idem objectum certitudo & ambiguitas combinari nequeant. Ad hoc reſpondeo, quod divinæ revelationes neutiquam ejuſdem omnes qualitatis, & perfectionis ſint.

Quan-

Quandoque Deus quidquam revelat, quatenus animam ad occultam quamdam veritatem intelligendam & aliis etiam propalandam permovet, quin hæc tamen ſe vere a Deo motam eſſe clare cognoſcat. Hæc eſt ſpecies revelationis valde imperfecta. Et jam diximus cum Angelico, quod hanc potius propheticum inſtinctum, quam veram prophetiam appellari conveniat. Alio tempore Deus rem aut futuram aut abſconditam revelat, & animæ clarum ſimul impertitur lumen, vi cujus de divina revelatione ſecura redditur; licet aliam lucem, cujus ope de ejusmodi revelationis ſignificatione certa redderetur, illi non infundat. Et hæc eſt vera prophetia, minus tamen perfecta. Tandem alio rurſus tempore Deus quidquam revelans tam copioſam ſimul lucem affundit, ut animam non modo de ſua revelatione, ſed etiam de veritate per illam ſignificata certam omnino ac ſecuram reddat. Et hæc eſt prophetia perfecta. Superiori jam capite de ſublimiſſima hac, quæ nulli errori ſubjacet, propheticarum revelationum ſpecie fuimus locuti. Præſenti autem capite de ſecunda, quæ multis hallucinationibus expoſita eſt, ſpecie ſermonem fecimus: in his enim, licet animæ non deſit lumen, vi cujus Deum ſibi loqui, aut ſymbolicam quamdam figuram

ram

ram oſtendere intelligit, alterum tamen deficit lumen, quod ad penetrandam veram rei revelatæ ſignificationem requireretur.

CAPUT XIX.

Monita practica pro directore circa prædictas revelationes.

246. MONITUM PRIMUM. Director jam capite XVII. intellexit, quanta facilitate dæmon & proprius etiam ſpiritus in materia revelationum rrepere, & ſimplicibus ac a vanitate non atis avulſis animabus falſum propethiæ piritum ingerere poſſit. Capite XVIII. inuper vidit, animam, etſi bono ducatur ſpiitu, & vere a Deo revelationes accipiat, hallucinandi periculo eſſe expoſitam. Quapropter continuo (cum id maximi hac in re momenti ſit) invigilet, ut animæ, uæ curæ a Deo commiſſæ, revelatioem aut prophetiam ullam nec quærant, nec petant, nec deſiderent: cum res enim periculi plena ſit, hunc agendi modum rudentia ſuadet. Si pænitentes ad perfetionem & ad Deum pervenire cupiant, er lumen fidei, quod ſexcentis privatis re-

revelationibus ſecurius eſt, illum quærant: imo ſi in non neminem incidat, qui hujusmodi rerum cupidine tenetur, nullam ſpiritui ejus fidem habeat: eoquod ſancti, in quibus verus Dei ſpiritus reſidebat, ab hujusmodi favorum cupidine alieniſſimi ſemper fuerint, tum quod ſe illis indignos reputarent, tum quod illuſiones timerent. In Vitis Patrum (*Lib.* 5. *Libello* 15. *cap.* 69.) præclarum hoc documentum legimus: *Si pro veritate Angelus tibi appareat, non ſuſcipias facile, ſed humilia temetipſum dicens: non ſum dignus angelum videre vivens in peccatis.* Sic viri ſancti in materia adeo ſcabroſa proceſſere; Et S. Joannes a Cruce (*Aſcenſ. mont. Lib.* 2. *cap.* 27.) non dubitavit ſcribere: *quanto magis neceſſarium erit, nullo admittere modo, nullamque adhibere fidem revelationibus illis, quæ ſunt de rebus diverſis, & differentibus, in quibus perſuadendis, imprimendisque ordinarie tantum dæmon conatum adhibet, ut veluti impoſſibile judicem, non decipi eum, qui illas non reſpuit, ac repudiat.*

247. Si anima autem contra ſuam voluntatem a Deo per extraordinarias has vias ducatur (ſiquidem animas in viam, qua progredi debent, inducere ad eum & neutiquam ad nos pertinet) tunc Director eam diligenter examinet, ac ſecundum indicia capite XVII. declarata illam di-

idicet. Si jam corrupti ſpiritus chara-
:es in ea deprehendat, tunc manifeſtum
, eum efficaciter inſtare debere, ut illa
o omnia rejiciat. Si ſigna inventa au-
a ſpiritum bonum indicent, tunc arripi-
eam regendi normam, quam ſæpius jam
ulcavimus, quæque omnium ſecuriſſima
. Caveat, ne anima ejusmodi rebus
itatur, aut quoddam in iis fundamen-
n reponat: injungatque illi, ut ſanctos,
os poſt ſe relinquunt, effectus aſſumat,
rite utatur, omnibusque, quæ in ſuis
relationibus intellexit, tanquam rebus ad
riſtianæ perfectionis conſecutionem non
ceſſariis ſe ſimul exſpoliet. Si Diſcipuli
relatio autem conſiſtat in quadam inſti-
tione, præcepto, aut conſilio, quod ope-
s cujusdam executionem exigeret; exacte
ſcutiat, num omnia cum matris Eccleſiæ
ctrina, & legibus prudentiæ concordent:
ſi contrarium quid detegat, omnia in-
beat: quod enim ſanæ doctrinæ repugnat
endacium eſt, & quod prudentiæ oppo-
ur, a ratione abhorret; Deus autem
: mendacium, nec quidquam a ſana ra-
ne abhorrens injungit. Videantur, quæ cir-
ſingulare hoc punctum capite XV. annotavi.

3. Monitum Secundum. Si unquam
forte caſus daretur, quo quis a
o. per peculiarem revelationem vel voto,

do, ab ejuſmodi obligationibus
ſit, & in veteri lege quosdam
ceptis divinis ſolverit, prout con
Iſraelitis præcepit, ut Ægyptios
tiis exſpoliarent, & Abrahamo
filium ſuum immolaret: in lege
tiæ nullum hujusmodi exemplun
petit: nec periculoſiſſimis ejusm
tibus portam aperiri oportet: id
gis, quod in ſimilibus caſibus
directore contra revelationem ſeq
taret ratio, quod præceptum cu
ligatione certum ſit, abſolutio a
neutiquam æqualiter certa eſſe
vero contingeret (id quod tamen
futurum exiſtimo) ut Deus cla
nifeſtis prodigiis voluntatem ſuan
ret, tunc prudentia exigeret, ſ
ſibi præſtare per recurſum ad e
Eccleſia Dei legitima ſolvendi fac

rium amator non ſit. Dixi tamen *regulariter loquendo*: quia Deus quandoque ex peculiaribus ſuis finibus cuidam animæ res non modo ejusdem conditioni ſed & vocationi parum conſentaneas injunxit: verum in his ipſis caſibus ſemper manifeſta, & aliquoties etiam prodigioſa voluntatis ſuæ ſigna edidit. Sic cum ſanctam Mariam Magdalenam de Pazzis contra monaſterii ejus uſum nudipedem incedere vellet, effecit, ut quamprimum calceos induceret, crura intumeſcerent: omnis autem ex oppoſito tumor evaneſceret, cum nudis pedibus ingrederetur. Sic cum a venerabili ſorore Veronica civitatis caſtellanæ Cappuccina contra cæterarum monialium conſuetudinem diuturnum in pane, & aqua jejunium exigeret, ordinavit, ut ſtomachus omnem aliam dapem cum violentia, & ſanguine reſpueret, & ſolummodo vilem illum cibum retineret. Haud aliter ſi Deus E. g. a muliere connubio juncta velit, ut tenorem vitæ & in veſtibus, & in agendi modo, & in pænalium operum uſu, & in orandi aſſiduitate a ſtatu conjugii prorſus alienum aſſumat, faciet, ut non modo conſcientiæ arbiter hæc omnia approbet, ſed ut & maritus contra omnium exſpectationem plenum ad ea conſenſum præbeat; ac rem ita diſponet, ut neque circa ordinem domeſticum, neque circa liberorum educatio-

nem ulla inordinatio enaſcatur. Id ipſum de aliis dico caſibus. Extra hos autem caſus, quibus Deus ſuam voluntatem claris, & inſolitis etiam ſignis manifeſtat, a Directore nunquam approbari oportet revelationes, quibus res pænitentis ſtatui repugnantes perſuadentur.

259. Monitum Tertium. Directorem in iis, qui ſe revelationes accipere ajunt, non ſolum probitatem vitæ examinare, & vanarum, ſuperbarum, avararum, ſui judicii tenacium, propriæ voluntati adhærentium, & ab omni impuritatis labe non omnino mundarum perſonarum revelationes ut fundamento carentes rejicere oportet, ut ſub finem capitis XVII. jam dixi; ſed debet inſuper attendere ad naturam, indolem, temperamentum, & ſexum eorum, qui ejusmodi favoribus a Deo ſe cumulari aſſeverant: quia ad bonas aut corruptas ſpiritus qualitates diſcernendas ex naturali corporis habitudine multum luminis haurire poteſt. Quapropter ſi in perſona revelationes enarrante tetri, & melancholici humores dominentur, ſi turbidæ, vehementis, & fixæ phantaſiæ ſit, & ſi atra bilis, quæ cerebrum corrumpere, phantaſiam alterare, & vivaciſſimas huic ſpecies imprimere ſolet, in ea abundet; Director nullam unquam ejusmodi revelationum ra-

tionem habeat: quia hujus conſtitutio-
s homines ſecundum ſua deſideria & vi-
nt, & ſentiunt. Audiamus, quid hanc
rem S. Thereſia (*Caſt. int. Manſ.* 6. *c.*
) ſcribat. *Aliquoties imo multoties imagi-
tio eſſe poteſt, maxime in perſonis debilis ima-
nativæ, aut notabilis melancholiæ. Duplex
e perſonarum genus, mea opinione, non eſt
endendum, etſi ſe quidquam videre, audire
t intelligere dicat: nec eas inquietari convenit
endo, quod dæmonium ſit: ſed ut perſonæ
irmæ ſunt audiendæ: tum Prioriſſa, aut con-
or, quibus hæc manifeſtabunt, illis dicat,
d harum rerum ratio habenda non ſit; eo-
d divini ſervitii ſubſtantia in his non conſi-
t, quodque dæmon hac ratione multos dece-
it, addendo, ne affligantur, quod ſimile quid
s forte eventurum non ſit. Nam ſi illis a-
te dicatur, quod melancholia ſit, ad fidem
ſtandam nunquam inducentur, & ſeſe vide-
ac audire jurabunt etiam: ſiquidem illis ita
tur.* Ex his ſanctæ verbis Director tria
lucat; primo quantum dominium in cer-
perſonas melancholicas phantaſia exer-
t; ſecundo, quod harum revelationibus
la fides habenda ſit; tertio quod corri-
dæ equidem ſint, ſed cum caritate &
dentia, quin vel inquietentur, vel affli-
tur: prout quibusdam in more poſitum
qui ejusmodi perſonas, quam primum
um res modico niti fundamento per-

ſpiciunt, absque ullo fructu ocyu
ſipientes, ſtultas, & illuſas excipi

251. Præterea Director etiam fid
bere non debet revelatio
ſonarum, quæ per opera pænalia
ſteritates imprudenter aſſumtas val
perdiderunt: quia in his per nim
non modo ſpiritus vitales conſum
pati, ſed & phantaſia magnopere
ta fuit. Quamobrem dum perſon
leſtium, de quibus meditari conſ
clara & viva phantaſmata in ear
tibus excitantur (id quod absqu
conatu quandoque contingit) e
cum claritate conſpicere, & loqu
am audire ſibi videntur: & ſic
flaccæ ſuæ imaginativæ deliria
tiones ſuſpiciunt.

252. Multo minus credulum ſe
revelationibus mulieru
quo debilior earum ſexus eſt,
facilius decipiuntur. Complures
vent deſideriis, & vivaci præditæ

lient, ſeſe vidiſſe & audiviſſe referunt, iæ ne unquam quidem ſomniarunt. Hic duntaxat referam, quæ S. Auguſtinus ſancta ſua matre commemorat. Dicit, iod, cum ſancta Monica ſe ſuum filium impuritatis luto, cui immerſus jacebat, trahere ardenter cuperet, de modo illum m paris conditionis fæmina honeſto maimonio conjungendi cogitaverit, quodque illo deſideriorum fervore vanæ quædam ſiones illius menti repræſentatæ fuerint. *Confeſ. L.* 6. *cap.* 13.) *Et videbat quæ- vana, & phantaſtica, quæ cogebat impetus hac re ſatagentis humani ſpiritus, & narat mihi non cum omni fiducia, qua ſolebat, tu demonſtrabas ei, ſed contemnens ea.* rum eſt, quod ſancta hæc mulier falſas viſiones, dum eas enarravit, deſpeit, ac earum falſitatem tum ex eo, quod as Dei viſiones guſtaverit, per propri- experientiam, tum ex diſcretionis, quo ata erat, lumine detexerit. Sed verum ul etiam eſt, quod, ſi hujuſcemodi exientia & tam copioſa luce deſtituta fuiſ- eas ut ſupernaturales viſiones, ac revtiones ſuſpexiſſet, atque ut tales & conntiæ arbitro, & filio retuliſſet. Quater directorem, ne aliorum illuſioni- ipſe quoque illudatur, apertos tenere os neceſſe eſt.

253. Notandum tamen, me neutiquam ve le, ut in oppoſitum quis impir gat ſcopulum, ad quem nonnulli patr ſpirituales alliduntur: dum pro indubit to principio aſſumunt, quod mulierum r velationibus nihil unquam credendum ſ Hanc dirigendi normam, adeo generati ſumtam, ego quoque falſam ac erronea eſſe perſpicio: & quod pejus eſt, regu hæc ſæpius in errorem inducit, dum p omni errore vitando aſſumitur. Licet eni generale hoc principium ſequentes illu cujusdam animæ ſpiritum rejiciendo r judicaturi ſint: alio tamen tempore hal cinabuntur, dum aliarum piarum anim rum ſpiritum condemnabunt: quia tand negari utique nequit, quod in cathol Eccleſia ſemper fuerint, & ſemper eti futuræ ſint, magnæ probitatis fæminæ, q bus Deus arcana ſua manifeſtare eſt ſ tus. Hoc duntaxat volui innuere, qu directorem in diſcutiendis mulierum re lationibus cautum, circumſpectum, ac ſpicioſum incedere oporteat, eoquod i ex naturali ſua debilitate magis quam vi illuſionibus expoſitas eſſe ſciat. Si vero diligens examen dein ſuperius declarata ni ſpiritus indicia in illis deprehen tantummodo ſancta cum libertate eas probet, ubi tamen a duobus ſibi cav primo ne illis colloquens terminis v

aſſeverantibus plenam ſecuritatem præſtet, ut in timore & humilitate conſerventur; & ſecundo ut nec verbo quamdam illarum exiſtimationem prodat, ne ulla ſuperbiendi anſa præbeatur.

254. MONITUM QUARTUM. Dixi, quod Deus ſuas revelationes etiam in ſomno impertiatur: ubi directori tamen duo multa cum cautione obſervanda veniunt: primum eſt, quod prophetica hæc ſomnia quam rariſſima ſint: id quod S. Gregorius Nyſſenus (*de opif. hom. cap.* 13.) affirmat inquiens: *Cum vis imaginandi per ſomnium æque, ac ſine diſcrimine omnibus ſit indita, pauci ex univerſorum cœtu ſunt, quibus diviniora ſe ſomniorum viſa offerunt.* Alterum eſt, quod prædicta divina ſomnia, utpote ſymbolis, & obſcuris figuris involuta difficillimæ interpretationis ſint, ita ut eorum ſenſum ſecure non niſi dono diſcretionis ſpirituum dotati declarare valeant. Ita Gloſſator S. Joannis Climaci (*ad grad.* 15. *n.* 39.) monet: *Magna prudentia adhibenda eſt in his, quæ in ſomnio uſu eveniunt, quin potius quia inconſtans eſt eorum ratio, omnino negligenda eſt, paucorum enim illorum dijudicatio.* Hinc directori nullam eorum rationem habere expedit, prout ipſe etiam Spiritus ſanctus dat conſilium: (*Levit.* 19. *v.* 26. *Deut.*

18. *v.* 10. *Eccleſ.* 5. *v.* 2.) *Non auguri bimini, nec obſervabitis ſomnia; Non invenietu in te, qui obſervet ſomnia: multas curas ſe quuntur ſomnia.* Quapropter pænitenti no cturnas ejusmodi viſiones enarranti dicat hæc eſſe naturalia, nec myſteria in illis quæri, ſed memoriam potius illis evacuar debere.

255. Excipio tamen rarum quemdam caſum, quo ſcilicet dicta ſomnia ſupernaturalis, & divinæ revelationis manifeſta præſeferrent indicia: prout contingere poſſet, ſi perſona in ſomnio videret res occultas, aut futuras, quæ naturaliter nullatenus ſciri potuiſſent, & poſtea reapſe in veritate fundata reperirentur: præterea ſi talia ſomnia copioſam in mente lucem, tranquillam in animo quietem, & præcipue magnam de veritatibus, quas ſignificant, ſecuritatem relinquerent: ſi ex eorum memoria ſeſe ad ſolidarum virtutum exercitationem, & ad præclara in Dei ſervitium edenda facinora animari ſentiret, aut alios etiam boni ſpiritus effectus experiretur. In hujuscemodi caſibus certum eſt, ea ſeriam ponderationem, & quandoque etiam fidem mereri. Quoniam id autem raro continget, hinc dico, quod director ordinarie nullam eorum rationem habere debeat.

5. MONITUM QUINTUM. Notandum, quod anima ſpiritu prophetiæ do-a revelationes de rebus ſive præteritis, e præſentibus, ſive futuris licite à Deo tere non poſſit (niſi forte ab ipſo Deo id peculiari impulſu incitaretur) unde Director ejusmodi petitiones nec præ-ere, nec permittere poteſt. Imo S. Jo-nes a cruce ait, non modo illum, qui ıjus generis petitionem proponit, ſed & m, qui eandem injungit, venialis ſaltem ccati reatui eſſe obnoxium: eoquod ten-tio Dei eſſe videatur. Tentare Deum e-m dicitur, qui viis extraordinariis a Deo tinere nititur, quod conſuetis & commu-bus viis habere poteſt. Jam cum Do-inus Deus pro norma noſtrarum actionum bſidia quam ſufficientiſſima ſuppeditave-t, qualia ſunt lumen naturale, lumen fi-i, ſancti Patres, Theologi, & Patres ſpi-tuales, ſane conſequitur, quod talis, qui perationes ſuas ordinandi modum ex re-elatione diſcere vellet, illuc per vias ex-aordinarias pertingere cuperet, quo per itam ſubſidiorum ordinariorum viam per-enire poſſet, & per conſequens, quod De-m tentare vellet. Pejus autem adhuc fo-et, ſiquis vana curioſitate permotus rei ujusdam notitiam ex revelatione quære-et, aut quæri curaret. Id enim certo fo-et ſpecies attentati ab omni culpa plane in-xcuſabilis.

257.

257. At dices: Deus animabus ſibi dilectis, dum ab his interrogatur, quandoque reſpondet. Ergo hoc ei non diſplicebit. Ad hoc cum dicto ſancto reſpondeo: Verum eſt, quod Deus ad hujuscemodi quæſita quandoque reſpondeat: interea tamen ea neutiquam probat, ſed poſitive illi diſplicent. Deus reſpondet, ne animas tenere a ſe amatas affligat; reſpondet illis, ne curis conficiantur, Deum a ſe averſum exiſtimantes, & ne virtutum exercitationem derelinquant. Paucis, Deus illis reſpondet, non ex eo, quod inconvenientes ejusmodi petitiones illi placeant, ſed ex mera erga aliorum deſiderium indulgentia.

258. Nec novi quid eſt, quod Deus precibus indulgeat, etſi eas nec acceptas habeat, nec ſibi deferri velit. Deus populo Iſraelitico regem, quem petierat, conceſſit, ſed invitus, & non ſine ingenti diſplicentia; prout Samueli fuit conteſtatus (*Reg. L.* 1. *cap.* 8. *v.* 7.) *Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi; non enim te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.* Deus etiam annuit petitioni Iſraelitarum, dum cæleſte manna nauſeantes viles Ægypti carnes concupiverunt. Sed quid? *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos.* (*pſalm.* 77. *v.* 30.) Unde merito infertur, ex eo, quod Deus impru-

prudentes animæ cujusdam preces exaudiat, neutiquam probari, quod eas ullatenus acceptas habeat.

259. Adde, quod in audaces ejusmodi petitiones ſæpe dæmon irrepat, & ſua reſponſa edat. Quod autem hac in re peſſimum eſt, in eo verſatur, quod ejus effata frequenter cum veritate conſentiant; ſiquidem ille angelica ſua mente multa perſpicit, quæ nos debili intelligentiæ noſtræ obtutu apprehendere non valemus: unde pedetentim apud incautam animam fidem ſibi conciliat, ut ad eam illudendam pluries redire poſſit. Quapropter prædictæ petitiones etiam ex eo nunquam licitæ eſſe poſſunt, quod anima magno in communis inimici illuſiones incidendi periculo ſe exponat. Igitur Director rerum occultarum, aut futurarum manifeſtationem a Deo petere nemini unquam permittat. E. g. num anima hujus vel illius defuncti beata ſit, vel damnata; num tale negotium infauſto, aut proſpero eventu ſit finiendum; num ſi tale matrimonium ineatur, conjuges in pace, aut diſcordia vitam ſint acturi; & complura alia ſimilia, quorum notitia nobis non debetur. Multo minus unquam injungat, ut ſuus pænitens hujuscemodi interrogationes Deo parum acceptas proponat. Poterit equidem, præſertim ſi de di-

vi-

vini ſervitii negotiis agatur, pænitenti, cui Deus amice colloqui ſolet, præcipere, ut vel per ſe vel per alios ad dignoſcendam, Dei voluntatem lumen efflagitet, utque ejus auxilium, & non errandi gratiam exoret, ad imitationem afflicti regis Joſaphat, qui ſe inimicis undequaque cinctum conſpiciens, ad Deum ſe convertit his verbis: *cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te.* Si dein Deus pro ordinario, ad operationes noſtras ordinandas nobis neceſſario lumine exoratus animam certo circa tale negotium reſponſo dignetur, nihil in hoc mali ſubeſt, cum id tunc non niſi merus ingentis bonitatis ejus effectus ſit.

260. MONITUM SEPTIMUM, quod toti huic Tractatui convenire poteſt. Caveat director, ne nimium admiretur, ſi in diuturno miniſterii ſui exercitio plures inter fæminas, quam inter mares inveniat, quos Deus revelationibus, viſionibus, & aliis etiam ſuperiori Tractatu expoſitis contemplationis infuſæ gradibus dignatur; nec hinc anſam ſumat omnes res extraordinarias indiſcriminatim ut fundamento carentes & vanas condemnandi, prout aliis directoribus contigiſſe ſcio: quia Deus hæc ſua dona mulieribus reapſe uberius imper-

ti-

titur, quam viris: prout non modo experientia demonſtrat, ſed & duo illuminatiſſimi, ac his in materiis exercitatiſſimi Magiſtri ſpiritus, S. Petrus de Alcantara & S. Thereſia ſcilicet, teſtatum faciunt. (*in vita cap.* 36.) *Multo plures ſunt ex fœminis, quam ex viris, quibus Dominus has gratias elargitur. Id quod non ſolum ipſa comperta ſum, ſed etiam a ſancto Fratre Petro de Alcantara audivi, qui mihi dixit, in hac via fœminas multo magis proficere, quam viros & optimas etiam hac de re rationes adduxit, omnes in favorem mulierum, quas tamen hic referre neceſſe non ſit.*

261. Aliquas ex his rationibus, multa tamen cum brevitate, Tractatui huic ſuccenturiare conabor. Nec miretur Lector, quod rem hic diſcutiendam aggrediar, quam ſancta pertractare non vult. Illa has rationes ſilentio præterit non exinde, quod eas non referri oportere exiſtimet; ſed quia locum illum his enucleandis non opportunum eſſe videt. Ibi de ſingularibus quibusdam a Domino ſibi impertitis gratiis loquitur; ubi prorſus inconveniens eſſe cognoſcit, ſermonem in ſui defenſionem ita convertere, ut ſolidis rationibus demonſtretur, ejusmodi gratias fæminis potius quam viris conferri. Et revera hoc videtur indicare, dum ait: *quas tamen hic* (ſuo hoc in

loco) *referre neceſſe non eſt*: verba hæc enim ad alium locum, in quo eas enarrari oportet, relationem habent. Locus hic jam præſens eſt: ad operis namque hujus propoſitum pertinet, Directorem de rebus, prout in ſe ipſis ſunt, ita inſtituere, ut ab erroribus cæteroquin communibus immunis reddatur. Prius tamen declarari oportet, intentionem meam neutiquam eo tendere, ut cuiquam perſuadeam, non dari mendaces, ſimulatrices, & illuſas fæminas, quæ per diſtortas orationis vias ingrediuntur: hoc, etiamſi vellem, dicere non poſſum: quandoquidem per diuturnam apoſtolici mei miniſterii experientiam nimium quantum manibus etiam palpavi, quantæ ſint non modo illuſiones, ſed & fictiones, in quas non nullæ earum miſere prolabuntur. Ego directorem unice a panico timore liberare, & eo inducere intendo, ut mulierum ſpiritum ex rationibus fundamento deſtitutis condemnare nunquam præſumat.

262. Prima itaque ratio, ob quam Deus extraordinarias has gratias fæminis potius, quam viris communicat, ſexus muliebris debilitas eſſe poteſt. Viri ratiocinio, mentis penetratione, ſcientia, fortitudine, & naturali conſtantia pollent; quarum ope, dummodo ordinariis gratiæ ſubſidiis adjuventur, difficultates complanant, im-

impedimenta ſuperant, in bene cæptis perſeverant, ac tandem ad perfectionem pertingunt. Fæminæ autem non ſic, utpote quæ plus phantaſiæ quam ratiocinii, plus ignorantiæ quam ſcientiæ poſſidentes, debiles, fragiles, timidæ, ac inconſtantes ſunt. Quapropter niſi extraordinariis viſionum, locutionum, & ſublimium orationum ſubſidiis a Deo adjuventur, faciliter hærent in arena, animo cadunt, tentationum, ac tribulationum impulſibus cedunt, retrogrediuntur, & ad priſtinos mores revertuntur. Ita ut Deus, ſi quamdam earum ad ſanctitatem evehere velit, potentiſſimis his remediis indigeat; ſecus enim ſcopum a ſe intentum non obtinendum videt.

263. Altera ratio eſſe poteſt, quod fæminæ ad recipienda contemplationis infuſæ dona *ex natura* ſua magis diſpoſitæ ſint, quam viri. Ut autem omnem erroris ſuſpicionem ab hac mea aſſertione amoliar, declaro ſermonem mihi eſſe de diſpoſitione negativa, quæ in eo conſiſtit, quod fæminis ad infundendos hos extraordinariæ contemplationis gradus non tot naturalia impedimenta inſint. Primo nemo non ſcit, ad contemplationis conſecutionem ſtudium orationis vel maxime eſſe neceſſarium. Orationi autem mulieres magis addictas eſſe, quam viros, quis non videt?

quamcunque velis, hominum claſſe
curre, ac ubique fæminas in ſuis
onibus magis aſſiduas, ac prolixior
venies: unde ipſa mater Eccleſia e
voti ſexus titulo honorat.

264. Secundo omnes conſentiunt,
quirendam contemplatione
quentiæ fugam, ac ſolitudinem requi
huic mulieres rurſus multo magis a
ſunt: non enim ſe ingerunt muneribu
gotiis, & rebus ſpiritum diſſipantibus
multoties per plateas, & vias circ
gari, & hominum multitudini ſe
ſcere cogunt: ſed ordinarie domi ſua
nent ſolitariæ, ac intentæ quietis l
bus, qui cum interiori recollectione
faciliter conjungi poſſunt; ita ut ſiq
rationi ſe dedat, Deum ſemper inven
ſibi præſentem habere poſſit.

265. Tertio ad contemplationem,
que divinos favores recipi
animam nihil magis diſponit, quan
tellectus æque ac voluntatis ſubjecti
hæc quanto major eſt in fæminis? u
quas Deus alienæ authoritati ſubj
expreſſe voluit, prout ipſe (*Gen.* 3
16.) illis indicavit: *Sub viri poteſtat*
& ipſe dominabitur tui. Et reapſe in
cunque ſtatu conſtitutæ ſint, viri ſe

imini ſubjiciuntur. Ex quo conſequi-, quod fæmina, ſi virtutis ſtudio ſeſe dedat, directoris manibus haud ſe-ac infans matris brachiis ſe com-tat, omnia ſua ſenſa detegat, & in ni ſua, etiam minima actione ab eo ideat, id quod vir, ſpiritualis licet, ac tuti addictus, difficulter aſſequitur: tum a ob majorem capacitatem tanta ſub-io illi haud neceſſaria videtur, & ſe multa operari poſſe credit, tum quia ipſa natura ad tam ſtrictam obedien-m non adjuvatur.

5. Quarto. Ad dona, quæ paſſive in anima producuntur, recipienda ninas ipſa modica earum habilitas ad-at: ſiquidem hæc donorum illorum prietas eſt, ut majori cum facilitate undantur, cum in ſubjecto, quod ea ipere debet, minorem repugnantiam in-niunt. Cum jam viri activæ mentis t, naturalem ſuam agendi virtutem ficulter ita refrænant, ut extraordinariæ i operationi locus detur: & hinc contra m voluntatem eam impediunt. Dum ılier ex oppoſito potentiis rationalibus nus habilibus, & minus perfectis inſtru-ı tardius operatur, potentias ſuas in Dei anibus facilius relinquit, & ad infuſæ ntemplationis actus ſe induci ſinit; un-

de & ad eos recipiendos magis diſpo ſita eſt.

267. Quinto. Ad contemplationem innocentia vitæ, & puritas conſcientiæ eſt neceſſaria: cordibus enim immundis rerum cæleſtium viſio non conceditur. Jam hanc in fæminis majorem eſſe, aſſerere nullus dubito: quia multis ſacri mei miniſterii annis omni cum ſecuritate cognovi, quod numero multo plura peccata a viris, quam a mulieribus committantur. Inveni præterea, raros eſſe juvenes, qui acceptam in baptiſmo innocentiam conſervant, neutiquam tamen raras eſſe puellas, quæ innocentiæ ſuæ ſtolam illibatam cuſtodiunt. Ex quibus infero, quod ſi majori huic conſcientiæ puritati ſtudium orationis adjungatur, in hoc proficere, & ad elevatum quemdam contemplationis gradum pertingere facilius ſit.

268. Sexto mulierum natura ad amoris affectus eſt propenſa; & licet id ad Dei amorem neutiquam diſponat: imo illi ut plurimum impedimento ſit, ſi nihilominus divinus amor in corda earum aliquando penetret, non ſola voluntas, ſed ipſa earundem natura illum amplectitur ita, ut cum adjuvante Dei gratia

etiam

etiam ipſa concurrat ad eum excolendum, nutriendum, augendum, & ſuccendendum: unde dein ad ſeſe in quodam extraordinariæ orationis gradu cum Deo uniendas facilius pertingunt. Alias præterea rationes poſſem adducere. Verum hæ ſufficere poſſunt, ne director timeat, ſuſpiciones male fundatas concipiat, & in admirationem rapiatur, dum fæminas præ viris in oratione extraordinariis a Deo gratiis cumulari videt. Si is interea, quin rationibus quibusdam male fundatis aſſentiatur, ab omni errore ſe ſecurum reddere velit, in his duobus mentis oculos defixos habeat. primo utrum in fæminis dentur illi veri ſpiritus characteres, quos pluribus Tractatuum horum capitibus declaravimus: ſecundo utrum in iis non inveniantur præjudicia illa, quæ multis earundem inſunt, & pariter a nobis pluribus in locis diligenter adnotata ſunt. Juxta has regulas jam earum ſpiritum aut approbet, aut condemnet; in credendo tamen pro majori ſecuritate ſemper uno gradu retro maneat.

269. Tandem Directorem oro atque obteſtor, ut, dum animarum per extraordinarias quatuor his Tractatibus declaratas vias a Deo ductarum curam ſuſcipere debet, nullatenus credat, ſibi cum

ſtruthionibus & draconibus pectore nudo (ut myſticus quidam Doctor ſed neſcio quo fundamento dicit) congrediendum eſſe; cum humili & diligenti Directori, qui non modo per preces ad Deum recurrit, ſed & ſtudii ope ſe aptum reddere conatur, neque cæleſte lumen unquam negetur, neque in terris deſint regulæ, quibus ſpiritus verus a falſo morali cum certitudine diſcerni poteſt. Non timeat, ſed in Deo, qui miniſtris ſuis nunquam non aſſiſtit, confidat, & animum ſuum ſemper erigat conſiderando, quod unica anima, quæ per inſolitas has vias rite directa ad perfectionem evehitur, Deo plus gloriæ tribuat, quam aliæ mediocris virtutis quam plurimæ.

Finis Tractatus quarti.

Tra-

Tractatus Quintus

De

Paſſivis ſenſus & ſpiritus purgationibus

Introductio

1. SUperioribus Tractatibus ſublimem, & delectabilem contemplationis viam Directori quaſi e longinquo monſtravi, ac optimo, quo potui, ordine, & omni mihi poſſibili claritate explanavi, quid ea absque ulla graduum diſtinctione generatim ſumta, quidque ea ſecundum diverſos ſuos gradus ſpeciatim conſiderata ſit: ſive hi gradus dein per indiſtinctos, ſive per diſtinctos & claros actus formentur. Hactenus tamen viæ, per quam ad adeo amænum & altum montem perveni-

nitur, aſperitatem ei necdum indicavi, nec ob oculos adhuc poſui ſcabritiem, ſpinas, obſtacula, pericula, & crudeles inimicos, qui in via ad terminum adeo delicioſum perducente occurrunt. Hæc omnia huic Tractatui reſervavi: ubi de paſſivis purgationibus ſermonem faciam; hæ enim aliud non ſunt, niſi triſtium ariditatum, vehementium tentationum, magnarum afflictionum, & ingentium tribulationum, ac calamitatum collectio, quam ſuperari oportet, priusquam ad divinam contemplationem perveniatur. Nec mirum habeat Lectorem, quod terminum ante viam oculis exhibuerim: cum enim animarum per has purgationum vias incedentium regimen ex toto Directoris miniſterio vel maxime arduum ſit, hinc has ſub finem pertractari oportuit, ut priorum notitia rerum ſubſequentium intelligentiam faciliorem redderet. Haud quaquam difficile eſt directori, aſſiſtere animæ, quæ in ſublime jam elevata in dulci cum Deo contemplatione converſatur, ab eo adjuvatur, protegitur, & blandimentis demulcetur. Arduum autem profecto eſt, eam per ſcabroſas has vias ſecure, ac ita deducere, ut neque periculis conſternata in medio itinere ignava ſubſiſtat, neque difficultatibus perterrefacta non ſine vituperabili ſegnitie retrogrediatur, neque ſtygiorum hoſtium impetu oppreſſa

cati cujusdam lethali forte ictu ſau-
ur. Circa hæc præ omnibus aliis ple-
intelligentia, & continua vigilantia di-
oris requiritur. Secus enim, ſi in his
gationum viis vel incautus, vel inex-
tus eſſet, ei contingere poſſet, prout
s jam contigit, ut animam, quam in
limi contemplationis vertice cum Deo
jungere deberet, & vellet, quin id ip-
ı etiam advertat, in præceps agat.

CAPUT I.

rgationes in activas, & paſſivas iduntur. Ad infuſæ contemplationis conſecu-iem paſſivarum purgationum neceſſitas demontur; hæ rurſus in alias duas purgationum ies dividuntur. Ante omnia autem ad bom doctrinarum hoc Tractatu tradendarum ſum, & rectam earum intelligentiam quædam ſummi momenti notanda præmittuntur.

Priusquam Tractatui huic manum admoveam, quædam præmonere neceſſarium exiſtimo, quæ directorem hac materia ob oculos habere oportebit, ne rca ipſas eas doctrinas, ac ſpiritus domenta, quæ ad vitandas hallucinationes

traduntur, hallucinetur. Notet igitur p
mo, quod contemplatio duplici modo a D
impertiri poſſit, ſive ex mero ſcilicet pri
legio absque ulla prævia diſpoſitione, ſ
intuitu diſpoſitionis in ſubjecto, quod e
recipere debet, jam exiſtentis. Subinde D
us animæ cuidam bonitatem prorſus ſing
larem voluit exhibere, dum illi ſub vi
ſpiritualis exordium, aut in ipſo etiam co
verſionis ſuæ principio ingens contempla
onis donum fuit impertitus, quin ad ullu
peculiarem ejusdem apparatum reſpexer
Sic S. Joannem Baptiſtam in ſua pueri
contemplatione donavit: ſic eam S. Pa
poſt ſuam converſionem impertivit, ubi
minibus adeo excelſis perfuſus fuit, ut
rerum divinarum viſionem elevare ſe poſſ
ſic S. Thereſiæ ſub vitæ religioſæ initi
(ut ipſa de ſe narrat) non modo quie
ſed & unionis orationem conceſſit: etiſi tu
necdum inchoaſſet moleſtas diuturnæ a
ditatis, ingentium tribulationum, & corp
ralium æque ac ſpiritualium afflictionum p
gationes, quas per vitæ decurſum dein ſu
nere debuit. Nec hoc ullatenus inconve
ens dici poteſt; cum Deus enim donor
ſuorum dominus ſit, ea utique elargiri p
teſt, cui vult. Verum eſt, quod conte
platio immaturo hoc modo acquiſita,
durare non ſoleat, atque multis etiam (qu
pejus eſt) periculis ſit expoſita, niſi a

ma

a contemplationem ſine debitis diſpoſitio-
bus recipiens, ejusdem contemplationis
›e has brevi conſequatur, & ſic illam ſi-
ſecuram reddat. Hæc omnia ideo dixi,
ıia nollem, ut director inſolita admirati-
ıe defixus hæreat, vel fallaciæ, aut illu-
›nis arguat animam, ſiqua, quin per
ırgationes mox pertractandas tranſiiſſet,
l quemdam infuſæ contemplationis gradum
ɜrveniſſet. Interea ſciat director, caſum
ünc rarum eſſe, dari tamen poſſe, ut ſu-
:a jam diximus.

Ordinarie autem Deus lucem, & ſua-
vem contemplationum ſuarum ar-
orem animæ non ſolet infundere, niſi eam
rius ad tanti doni ſuſceptionem rite præ-
ıratam, ac bene diſpoſitam videat: quia
ɶleſte hoc balſamum vaſi vel rupto, vel
nmundo, vel vili, quo cuſtodiri non poſ-
:t, vel effunderetur, infundi non oportet.
ʲiſpoſitiones dein ad divinæ hujus contem-
lationis conſecutionem requiſitæ conſiſtunt
artim in remotione omnium contrariorum
npedimentorum, partim in adeptione vir-
ıtum, ac tantæ puritatis, quanta ad con-
ɜrvandum cum Deo tam ſtrictum in ora-
ionibus commercium eſt neceſſaria. Quan-
oquidem ſi pueros, qui in præſentia regis
ǀabuchodonoſoris apparere debebant, ab
mni labe immunes eſſe oportuit: *Pue-*

ros,

ros, in quibus nulla eſſet macula (Dan. v. 4.) & ſi puellas in penetralia regis A fueri introducendas anno integro præparari, ac tanto tempore non modo pretioſis oleis, ſed & odoriferis balſamis inungi neceſſe erat (*Eſther. cap.* 2) nonne etiam animam, quæ per contemplationem Regi regum Deo non modo appropinquare, ſed & unione amoris conjungi debet, decebit munditiies ab omni labe ſpirituali & diuturna non minus quam exacta præparatio, vi cujus odorferarum virtutum balſamo ſe inungere allaboret? De hoc dubitare nemo poteſt, niſi qui de ſumma Dei, ad quem illa accedere debet, majeſtate ideam non habet.

4. Hæ diſpoſitiones autem per illas ipſas, de quibus in præſenti agere incipimus, paſſivas purgationes in animam introducuntur, per ariditates ſcilicet, tentationes, tribulationes, & atrociſſimas forte, quæ in hac vita ſupervenire poſſunt, tam exteriores quam interiores afflictiones; ut tantis calamitatibus rite purgata, condecorata, & nobilitata digna reddatur, quæ non modo in cælorum Monarchæ præſentia appareat, ſed & ad dulces ejus amplexus admittatur in quodam vel magis vel minus elevato contemplationis gradu, ad quem ſcilicet eam evehere dignabitur.

5.

5. Notandum ſecundo: etſi afflictiones, tentationes, & moleſtias ut remedia pro animabus, quas Deus in ſublime contemplationis attollere cupit, repurgandis adhiberi ſolita hoc in Tractatu ob oculos ponamus; ſciendum tamen, quod non omnes ſingulis, quas Deus ita purgat, animabus immittantur. Quædam his, quædam illis ſuperveniunt; nonnullis majori, aliis minori cum rigore obtingunt: prout ſcilicet majus vel minus illas rite tolerandi robur in his reperietur: prout impedimenta, quæ per illas removenda ſunt, majora, vel minora erunt: & prout gradus contemplationis, ad quem Deus elevare cupit, magis, vel minus ſublimis fuerit. Tempus præterea, quo animæ ſub hoc tormentorum torculari gemere coguntur, nequaquam in omnibus idem eſt. Purgationes, quantumcunque breves ſint, integris tamen annis durare ſolent; at in nonnullis breviores ſunt quam in aliis, ſive quia obſtacula tanti boni in iis ſunt pauciora, ſive quia purgationis earum lixivium acrius eſt, & celerius mundandi vim habet, ſive quia deſtinatus eis contemplationis gradus minus ſublimis eſt. In aliis dein purgationes ſunt diuturniores, vel quia materia expurganda in iis eſt copioſior, vel quia eorum afflictiones per intervalla ſpiritus conſolationibus permiſcentur: unde harum purgatio, cum lente procedat, in longum

gum protrahitur. Si vero quarumdam purgationes diuturnas & ſimul valde rigidas ac ſine ullo ſolamine eſſe contingat, ſignum erit, quod Deus illis, ſi fideles perſtiterint, valde ſublimem contemplationis gradum præparaverit: ſiquidem Deus juxta communem myſticorum Doctorum regulam exaltationem depreſſioni, aut humiliationi æquare ſolet.

6. Ex ſecundo hoc monito deduces tertium, quod ſcilicet neque quoad ſubſtantiam, neque quoad modum, neque quoad tempus generalis, quæ omnibus animabus conveniret, regula dari poſſit: quia Deus animas purgandi, & ad recipienda ſua dona præparandi millenos habet modos: prout continua experientia demonſtrat, & S. Joannes a cruce conſiderate atteſtatur, dum dicit, duas difficulter repertum iri animas, quæ in ſua proficiendi ratione vel quoad medietatem conveniunt. Deus in animarum purgatione ad mille diverſas reſpicit circumſtantias. Attendit ad ſexum perſonæ magis aut minus fragilem: ad vires corporis ac ſpiritus magis, aut minus debiles; ad peccata majori aut minori numero commiſſa: ad majorem aut minorem, quem ex ſua purgatione trahit, profectum: attendit ad ejus ſtatum: ad officium: ad vivendi rationem: ad fines, ad quos purgatio ordinatur, & ad hos eam infinita cum

pru-

prudentia accommodat. Paucis; Deus oculos defixos habet in ſexcentis rebus, quas nos debili noſtra intelligentia ne comprehendere quidem valemus: atque juxta circumſtantiarum diverſitatem purgationem non modo variat, ſed & ſubjecto dextere aptat. Quapropter ſi univerſalem, quæ omnibus ad amuſſim quadraret, normam tradere vellemus, tot exarare Tractatus oporteret, quot animæ a Deo in hoc purgationum clibano reponuntur. Unde ſufficiet, ſi nos hic exponamus omnes eas afflictiones, & tam internas quam externas tribulationes, quibus Deus animas, donum contemplationis deſtinatas, emundare ſolet: & ſi Directorem inſuper moneamus, quod ipſæ hæ moleſtiæ & quoad quantitatem, & quoad modum, & quoad temporis diuturnitatem in diverſis animabus diverſæ pariter ſint; hauſtis dein, quæ mox ſufficienter impertiemur, luminibus ad eum ſpectabit, maturo ac prudenti judicio decidere, num anima a ſe directa in quodam, & ſpeciatim etiam in quaſi purgationis ſtatu ſit conſtituta.

7. Quarto loco notet director, quod, ſi in animas ſive ariditatibus, ſive tentationibus, ſive infirmitatibus, ſive aliis tribulationibus afflictas incidat, nequaquam faciliter credere debeat, eas inter purgationes paſſivas verſari, aut ad donum con-

tem-

templationis a Deo electas eſſe. Siquidem omnes, quotquot in hac vita Deo ſerviunt, animæ, hujuſcemodi calamitatibus obnoxiæ ſunt. Omnes in ſuis orationibus quandoque ſiccitatem experiuntur: omnes a communi inimico tentationibus identidem pulſantur: omnes morbis, doloribus, perſecutionibus, & aliis ærumnis ſubjacent: quia, qui ab omni calamitate immunis eſſe vellet, ex hac miſeriarum & lachrymarum valle reapſe exire deberet. Ariditates, tentationes, infirmitates, dolores, perſecutiones, & ſexcenta alia mala, quæ animabus a Deo in ſtatu mox declarando poſitis ſuperveniunt, ab aliis malis per hoc diſtinguuntur, quod primo extraordinaria ſint, & dein per valde peculiarem Dei providentiam eum in finem immittantur, ut anima hac ratione ad recipiendas divinas communicationes diſponatur. Peculiaris hæc Dei diſpoſitio autem valde probabiliter cognoſci poteſt tum ex iis, quæ purgationem præceſſerunt, tum ex iis, quæ illam comitantur, ut ſuo loco videbimus. Interea Director notanda hæc, mea quidem opinione vel maxime momentoſa, ob oculos habeat, ut doctrinis, per Tractatus hujus decurſum tradendis rite uti valeat. Jam ad rem.

8. Quædam ex animæ purgationibus activæ, & aliæ paſſivæ appellantur.

Acti-

ɩctivæ dicuntur induſtriæ illæ, quibus ani-
ɿa per Dei gratiam adjuta ad divinam con-
ɜmplationem ſeſe aptam reddere conatur.
ʼum illa enim ſciat, neminem cæleſtia, ac
ivina contemplari poſſe, qui mentem ab-
ɂctis, vilibus, & terrenis cogitationibus re-
letam fovet, haud ſecus ac ſtellæ cælo te-
.ebroſis nubibus obducto videri nequeunt;
.inc meditandi ſtudio omnem inordinatum
morem & exiſtimationem patriæ, propin-
uorum, amicorum, voluptatum, delicia-
um, commoditatum, divitiarum, faculta-
um, dignitatum, & honorum ex animo
vellere, imo amori huic e diametro oppo-
ıtam harum rerum deſpicientiam imbibere
:onatur, ut omnium noxiorum ejuſmodi ob-
ectorum ſpecies aut e memoria eradantur,
ıut juſta ſaltem æſtimatione ita reformatæ
n ea perſiſtant, ut ſanctæ, ad quam aſpi-
at, contemplationi nullum amplius impe-
limentum ponant.

). Cumque veteribus ſpeciebus e memo-
ria eliminatis, aut inibi renovatis,
ıd obnubilandum mentis ſuæ cælum aliæ
ıovæ introduci poſſent; hinc orationi etiam
ʼeceſſum, ſolitudinem, & omnium ſenſuum
ɔuſtodiam eum in finem adjungit, ut ſpeci-
ebus terrenis nec aditus, nec apertura am-
plius pateat, per quam ad purum mentis
obtutum obfuſcandum ſeſe denuo inſinuare

poſſent. Cum vero ulterius intelligat, ad contemplationem præter mentis ſerenitatem etiam quietem animi eſſe neceſſariam: huic autem tum a paſſionibus ſeu inordinatis affectionibus per ſuos tumultus, tum a carne per ſuam rebellionem, tum a pravis habitibus per perverſas inclinationes bellum moveri ſciat; ideo hos pacis & contemplationis ſuæ inimicos pænalibus operibus, caſtigationibus internis, & oppoſitarum virtutum exercitatione debellare conatur. Paucis, per vocem hanc *purgatio activa*, omnes illi conatus, tollerantiæ, mortificationes, induſtriæ, & artes intelliguntur, quibus anima, quantum adjuvante Dei gratia ex parte ſua eſt, mentem, corpus, cor, & totum ſenſitivum appetitum reformare, & ad cæleſtium contemplationem aptum reddere nititur. Primæ huic purgationum ſpeciei diutius haud immoror: tum quia, in rigore loquendo, ad aſceſin potius quam ad myſticam pertinet, tum quia libri, quibus animæ circa dictæ purgationis conſequendæ modum inſtituuntur, tanto numero ſunt conſcripti, ut amplas etiam bibliothecas replere poſſent.

10. Igitur ad purgationes paſſivas progrediamur. Homo, quidquid demum agat, & quantumcunque etiam adlaboret, propriis induſtriis eo nunquam pervenire po-

, ut naturæ ſuæ non modo per Ada-
ccatum corruptæ, ſed multoties pec-
propriis, ac oriundis exinde pravis
:tudinibus adhuc magis perturbatæ in-
ıtiones rite reformet: unde etiam or-
is gratiæ viribus ad infuſæ contem-
ıis donum ſeſe idoneum reddere non
. Potente Dei dextera hic opus eſt,
ɔer purgationes, quas myſtici *paſſivas*
ant, inordinatæ, ac corruptæ naturæ
ıationem compleat, & hominem hac
e ad divinas communicationes aptum
t. Paſſivæ hæ purgationes, ut ſupra
nnuimus, conſiſtunt in cumulo ingen-
ariditatum, inſolitarum tentatiọnum,
ıarum tam externarum, quam inter-
ı tribulationum, quas Deus per pe-
em providentiam eum in finem immit-
ıt violento quodam modo rebellis appe-
rationi ſubjiciatur, habitus vel vitioſi
mperfecti eradicentur, & inordinatio-
ıturæ corrigantur: ita ut ſubjectum be-
ıboratum, & ad cæleſtium contempla-
n influxus rite præparatum inveniã-
Verbo ſicut anima imperfecta ad De-
evelata facie intuendum, ac ſeſe
: beatifico in eum transformandam,
:em patriam ſubire non poteſt; quin
luſtricum ignem tranſierit, & a ſuis
ævis repurgata fuerit: ſic nec in hac
anima per contemplationem Deo ap-

propinquare, arctam cum eo amicitiam ſtringere, & multo minus myſtica amoris unione eidem conjungi poteſt, niſi prius in harum purgationum clibano atrocium pænarum vi ab imperfectionum ſuarum ſcoria depurata fuerit. Hoc adeo verum eſt, ut S. Joannes a Cruce de animabus, quæ purgationes has jam exantlarant, loquens dicat; eas aut in purgatorium nunquam perventuras, aut modico ibi tempore detinendas eſſe, eo quod purgantes flammas in præſenti vita expertæ jam fuiſſent: *Hæc ſiquidem purgatio eſt illa, quæ in purgatorio pro culpis quamvis venialibus ſubiri, ſuſtinerique debebat. Atque ita anima, quæ hac tranſit, eſtque jam perfecte purgata, vel purgatorium non ingreditur, vel certe parum in eo detinetur: plus enim illi hic una prodeſt hora, quam multæ illic.* (*Nocte obſc. L.* 2. *c.* 6. *in fine.*)

11. S. Auguſtinus terreni hujus purgatorii neceſſitatem ſimilitudine ab auro deſumta declarat, (*in pſalm.* 51.) inquiens: *Venit dolor meus, venit & requies mea: venit tribulatio mea, venit & purgatio mea. Numquid lucet aurum in fornace artificis? in monili lucebit, in ornamento lucebit. Patiatur tamen fornacem, ut purgatum a ſordibus veniat ad lucem. Fornax iſta; ibi palea, ibi aurum, ibi ignis: ad hanc ſtat aurifex. In fornace ardet palea, & purgatur aurum; illa in cineres*

ver-

vertitur, a ſordibus illud exuitur. Fornax mundus, palea iniqui, aurum juſti, ignis tribulatio, aurifex Deus. Quod vult aurifex, facio: ubi me ponit aurifex, tolero. Jubear ergo tolerare, novit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum me, & quaſi conſumendum me, illa in cinerem vertitur, ego ſordibus careo. Id quod ad amuſſim congruit cum effato Spiritus ſancti (*Eccli cap. 2. v. 5.*) *Quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in Camino humiliationis.*

12. Joannes Gerſon varias pariter ſimilitudines adducit, quibus omnibus apte declaratur neceſſitas animam in paſſivis his purgationibus reponendi, ut expolita, munda, & divinæ contemplationis capax efficiatur. Dicit, quod ſint abſinthium amarum equidem, ſed ſalubre, quo anima a cæleſtium æque, ac terrenarum, quibus nimium inhiabat, oblectationum mammis abſtrahitur. Dicit, quod ſint malleus, ſub cujus ictibus anima dilatatur, extenditur, & cæleſtium donorum recipiendorum capax redditur. Dicit, quod ſint lima, quæ defectuum, ac debilitatum ejus rubiginem aufert, ut cæleſtes, ad quas ſenſim ſine ſenſu diſponunt, communicationes vaſi ſplendido æque ac mundo infundi poſſint. Dicit eas eſſe cotem, qua quidquid in anima obtuſum eſt, tollitur, eaque ad rerum divina-

rum intelligentiam acuitur. Dicit eas eſſ divinam quamdam antiperiſtaſin, quæ pe contrariorum conflictum unum ex contrariis ad animæ profectum corroborat: qu innuit, quod dictæ purgationes afflictione afferant, ut patientia enaſcatur; quod omnium vitiorum tentationes poſt ſe trahant ut veræ virtutes floreſcant; quod ariditatum tenebras ſpargant, ut orationis non ordinariæ lux oriatur. Tandem ipſam S. Auguſtini paritatem adducit, dicens, quod ſint ſuccenſa fornax, in qua inter horribilium tribulationum flammas anima defectuum ſuorum immunditiam deponit: & poſtea divina luce reſplendens egreditur: En ipſa ejusdem verba: *Hæc eſt antiperiſtaſis quædam ſpiritualis, quæ contrarium fortificat: hæc eſt cos ferrum exacuens: hæc abſinthium pueros ablactans, avellensque ab uberibus: hæc malleus dilatans, & extendens; (in tribulatione dilataſti cor meum) hæc lima poliens, mundans, æruginans, clarificans: hæc fornax, in qua aurum purgatur, ut rutilet. (Gerſon. Theol. Myſt. practica Conſid. 9. & pſalm. 4. 1.)*

13. Jam hæ purgationes ad tollenda ab anima contemplationis præjudicia adeo neceſſariæ in duas dividuntur ſpecies, videlicet in purgationes paſſivas ſenſus, & purgationes paſſivas ſpiritus. Purgationes paſſivæ ſenſus ſunt cumulus afflictionum me-

re

enſibilium, quæ ad edomandum appe-
m ſenſitivum, ut ſpiritui ſubjiciatur, or-
ıntur: & purgationes paſſivæ ſpiritus
cumulus ſuppliciorum mere ſpirituali-
quæ ad ſpiritum, quantum humana
fragilitas, Deo ſimilem reddendum diri-
ur. Purgationes ſenſus, dum ſuper-
, ac rebellem ſenſum internum refor-
t, animæ illam quietem conciliant, quæ
eſe per quemdam dulcis ac ſuavis con-
olationis gradum ad Deum elevandam
iritur. Purgationes ſpiritus, dum niti-
em illam, quæ animam Deo ſimilem
it, puritatem introducunt, animam di-
unt ad unionem amoris, ac transforma-
em in Deum, quæ per gradum contem-
onis adhuc ſublimiorem, ac eminenti-
ı contingit. Prout S. Joannes a Cruce
bus in locis docet, & ſpeciatim capite
ıdo libri ſecundi noctis obſcuræ, ubi
Senſus purgatio janua duntaxat eſt, prin-
nque contemplationis illius, quæ eſt ſpiri-
potiusque ad ſenſum ſpiritui accommodan-
quam ad uniendum Deo *deſervit. Rema-*
tamen nihilo ſecius in ſpiritu veteris ho-
maculæ (quamvis illi aliter eſſe videatur,
ıs agnoſcat) quæ niſi ſmigmate, fortique
tionis noctis hujus lixivio (purgationem
ıs hic intelligit) *eluantur, nequibit ſpi-*
ad divinæ unionis puritatem pervenire.

14. Nihilominus doctrina hac non obſtante ſciat Director, in una dictarum purgationum ſemper aliquid intervenire, quod ad alteram pertinet; prout Philippus a S. S. Trinitate (*Theol. myſt. Part.* 1. *Tract.* 3. *Diſt.* 4.) rite obſervat; quapropter purgationibus ſenſus ſemper quædam afflictiones immiſcentur, quæ purum ſpiritum attingunt: & purgationem ſpiritus ſemper comitantur aliqui dolores, & quædam tribulationes, quæ proprie ad ſenſum ſpectant. Interea Director attendat, quinam ex his cruciatibus prævaleant, & quinam eam continuo ſeu, ut ſcholæ loquuntur, habitualiter torqueant, eamque in illa purgationum ſpecie, pro tempore verſari, tantummodo ſine hæſitatione decidat. Quod ſi vero Directorem in animam forte incidere contingeret, quæ vehementer ſimul & æqualiter tam tribulationibus ſenſui propriis, quam afflictionibus ſpiritui proprie convenientibus excruciaretur; duntaxat judicet, quod Deus in ea eodem ſimul tempore unam æque ac alteram purgationem perficere velit: nam licet caſus hic rarus ſit, impoſſibilis tamen neutiquam eſt: imo, ut per Tractatus hujus progreſſum oſtendam, aliquoties jam contigit.

15. Præmiſſis generalibus his notitiis exponam ſubſequentibus capitibus primo

o cruciamenta, quibus Deus ſenſum pur-
ıre ſolet; & dein ſupplicia interna, ad
ırgandum ſpiritum a Deo adhiberi ſolita
iis, quibus ſupernaturalem, ac infuſam
ntemplationem impertiri dignatur. Sug-
rám etiam, tam circa poſteriora, quam
'ca priora, neceſſaria monita, ne director
llucinetur in materia adeo momentoſa,
vel ruina vel perfectio pænitentium ab
pendeat.

CAPUT II.

quo purgatio paſſiva ſenſus conſiſtat: r non quantopere purgatio hæc ad progreſſus perfectione, & per conſequens etiam ad contemplationis conſecutionem neceſſaria ſit, oſtenditur.

ı. Cum Deus animam a deliciis, divitiis, honoribus, & mundi hujus vanitatibus, inter quas tepidam, t criminoſam diu vitam duxit, avellere, per contemplationis viam dein ad perfeonis culmen evehere vult; ab initio eam dinarie per multas ſenſibiles ſpiritus conlationes ſolet ineſcare. Dixi *ordinarie*: uia reperire quandoque eſt animam, quam eus a primis mox vitæ ſuæ ſpiritualis ex-

ordiis inter acerbiſſimas purgationes repo nit, quatenus ei ingentes ariditates immittit: conflictus cum dæmonibus, perſecutiones ab hominibus, & innumera alia permittit mala, quibus generoſe ſuperatis ad ſublimem familiariſſimæ cum Deo orationis gradum pertingit. Si vero de eo, quod ut plurimum, imo quaſi ſemper contingit, loqui velimus, dico, quod Deus animas in primis vitæ ſpiritualis exordiis conſolationum ſuarum dulcedine alliciat, præcipue ſi eas ad ſublimiora evehere decreverit. Omnes earum orationes, omnesque virtutum, ac propriæ caſtigationis exercitationes conſpergit ſenſibili quadam ſuavitate, vi cujus ad operandum, ſe ipſas vincendum, & omnem chriſtianæ pietatis actum exercendum alacres redduntur. Inde provenit, quod fervidus vitæ ſpiritualis tiro de mane uſque ad veſperum non niſi meditari, vocali orationi vacare, & proprium corpus affligere vellet; eoquod pænitentiæ illi dulces, caſtigationes ſuaves, & jejunia ſapida reddantur: in frequenti Sacramentorum uſu autem omnes ejus deliciæ inveniantur.

17. Unde ille in ſpiritu ſe jam multum profeciſſe, & ob facilitatem, quam in virtutum exercitatione experitur, ſe in iis magnopere jam ſolidatum opinatur ita, ut forte aliis in vita ſpirituali jam proveᐧ

ctis

ctis in corde ſuo ſe tacite præferre incipiat, dum tantum fervorem, & tantam circa virtutum exercitationes alacritatem in iis non deprehendit. Verum miſellus decipitur: quia virtutem nec habet, nec habere adhucdum poteſt. Non habet: quia facilitas, quam in pietatis exercitiis experitur, non a radicato quodam in anima habitu proficiſcitur, ſed dulcedini, qua ineſcatur, & ad operandum invitatur, omnem ſuam originem debet. Non poteſt eam habere: quia virtus eſt habitus fortis, ex multis frequentatis, & quidem inter tentationes ſæpe, conflictus, & repugnantias frequentatis actibus ortus, qualem ille, ſi præſens ejus ſtatus conſideretur, ſane poſſidere non poteſt, cum ejusmodi actus frequentandi nec tempus adhuc nec occaſionem habuerit.

18. Cum Deus eum igitur per ſenſibilia hæc illicia a ſeculo omnigenis avulſum, & in ſerio totis ſeſe viribus Dei ſervitio mancipandi decreto rite ſtabilitum videt, manum ſuam retrahens omni ſenſibili gratia eum deſtituit, ac in ariditate relinquit, ut non amplius ex guſtu, aut ſaltem cum guſtu, prout antea illi acciderat, ſed cum difficultate, & magis ſuis expenſis operari incipiat; & ſic veras ſolidasque virtutes acquirat. Hæc communis inter miſtycos doctores doctrina eſt, quam

quo-

quotidiana eos docuit experientia. Taulerus hac de re (*in ſerm. ſanctorum Martyrum*) ita loquitur. *Ad hunc verum Dei amorem duplici via pervenitur. Prior eſt delectatio affluentis gratiæ Dei. Hic jucundum eſt homini in bonis deſudare exercitiis. Facit autem hoc ideo Deus, ut voluptas carnis in eo tanto citius extinguatur - - - Altera via reſignationis, & crucis, ſeu afflictionis. Hic, ut præfati ſumus, omnis homo ſpirituali gaudio privatur. Hinc porro ſpiritualis naſcitur iſtorum Martyrum fortitudo: eſtque hæc via ariditatis, & ſiccitatis.*

19. S. Joannes a Cruce hæc omnia explicat præclara & peropportuna ſimilitudine matris, quæ filiolum ſuum adhucdum tenellum proprio lacte nutrit, in ſinu ſuo tenet, inter brachia geſtat, oſculatur, amplexatur, & mille blandimentis demulcet. Cum vero eum deinde increſcere, & vires, quibus ſe ſolo operari poſſit, ſumere videt, e brachiis eum deponit, lac ſuum ei negat, & ut deſuefiat, mammas abſcondit, aut illinito felle amaras reddit: vult eum propriis pedibus incedere, & pane duro veſci. Oſcula, amplexus & blanditiæ tunc temporis ceſſant. Ex oppoſito incipit eum aſperius tractare, reprehendere, objurgare, & verberibus etiam excipere; cum provida mater perbene perſpiciat, eum nunquam virum evaſurum, ſi ſemper infantis

inſtar tractari vellet. (*Noct. obſc. L.* 1. *c.* 1.) Ita Deus, dum hominem tepidum, aut peccatorem mundo alacriter tergum vertere, & in ſua brachia perpetuo ibi permanſurum involare conſpicit, infantis inſtar eum excipit, ac dulci conſolationum ſuarum lacte paſcit, prout ipſe per os Oſeæ (*cap.* 2. *v.* 14.) promiſit: *Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem: & loquar ad cor ejus.* Elargitur ei teneritudines, & internas inflammationes valde delectabiles, & quandoque etiam exterius fragrantias odoratui, & ſuaves ſapores palato, præcipue in ſacroſanctæ Euchariſtiæ perceptione: imo ſubinde eum & dulci quodam verbo, aut ſuavi aliqua viſione ineſcat, ut, omni ad terrena, quorum illuc uſque cupidine tenebatur, affectu depoſito, ſupernaturalium, ac cæleſtium amore capiatur. Et hæc omnia Deus ideo operatur, quia ſpiritualem infantulum ſolidioris, ariliqueque cibi necdum capacem videt. Prout omnino Apoſtolus cum Corinthiis recens ad fidem converſis ſe geſſit ſcribens illis: *Tanquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis: ſed nec nunc quidem poteſtis: adhuc enim carnales eſtis.* (1. *ad Cor.* 3. *v.* 1.) Cum Deus autem videt, quod anima tantum ſpiritus vigorem, quantus ad vitam a mundo, & vanitatibus ejus abhorrentem ducendam re-

qui-

quiritur, conſecuta ſit, quodque vires ad fidele ſervitium ſine puerilibus his ſuavitatibus præſtandum ſufficientes ſumſerit; in aliam viam illam inducit, & tenerum conſolationum cibum in durum ariditatis panem convertit. Non ducit eam amplius per viam virtutis quaſi inter brachia & ſine proprio labore: ſed vult, ut inter multas moleſtias per complura obſtacula, & labendi etiam pericula propriis pedibus incedat; ut ſic infans in ſpiritu eſſe deſinat, & ſpiritualis ac ſanctus vir evadat.

20. Ex hactenus dictis tria notatu digniſſima conſequuntur. Primo, quod conſolationes ſenſibiles, quibus incipientes in vita devota per menſes, aut integros ſubinde annos abundare ſolent, neutiquam ſufficiant ad animam ita ſpiritualem reddendam, ut puri, & ſolidi ſpiritus operationibus aſſueſcat. Interea tamen magnopere conducunt, & in hunc etiam finem a Deo conceduntur, ut a mundo omnigenis avellatur, ut in propoſito Deo ex animo ſerviendi obfirmetur, & ut vires ad purgationum, quæ illam exſpectant, rigorem exantlandum ſufficientes hauriat. Secundo, quod diuturnæ, ac moleſtæ ariditates, regulariter loquendo, neceſſariæ ſint, ut anima pia ad puritatem ſpiritus reducatur: quia per tenebras, & graves ſiccitates

ſen-

nſitivus appetitus deprimitur, anima ab
mni ſenſibili erga cæleſtia æque, ac ter-
na objecta affectione abſtrahitur, & jux-
ı puri ſpiritus, ac ſolidæ virtutis ſenſa
erari incipit. Tertio quod purgationes
nſus tunc inchoentur, dum anima poſt
mplurium favorum, & conſolationum
oſperitatem diuturnam ariditatem ingre-
tur, & quaſi a claro meridie in obſcu-
m noctem migrat: prout S. Joannes a
ruce eas reapſe appellat.

ı. Cum vero in dictis incipientibus mul-
ti & magni, iique in parte ſenſiti-
ı profunde radicati defectus inveniantur,
et ipſi eos non habere, imo in virtute
riſtiana valde profecti ſibi videantur; hinc
læ prædictæ ariditates ad animam rite pur-
ndam necdum ſufficiunt, præcipue ſi ad
adum quemdam infuſæ contemplationis,
quem peculiaris munditiès requiritur,
cendere debeant; ſed neceſſarium eſt, ut
eus alia inſuper & quidem moleſtiſſima
plicet remedia: quapropter modo dæmo-
bus utitur, permittendo, ut eam vel in
rpore, vel in anima acerbe torqueant:
odo cauſſas naturales applicat, per ſin-
larem providentiam diſponendo, ut ex-
uciantes in ea effectus producant, &
odo ipſos homines adhibet, ſinendo, ut
ille modis eam affligant. Utque terreſtre

hoc

hoc purgatorium (prout ſuperiori capi compellavi) adeo diu duret, etiam ex e eſt neceſſarium, ut ſenſitivus appetitus d poſita ſua rebellione ſpiritui non modo ſul jiciatur, ſed & quietem ac ſerenitatei illi relinquant, qua opus habet, ut ſimpli contemplationis obtutu ad Deum ſe attô lere valeat.

82. Verum manifeſte perſpicio, directi rem nunquam eo perventurum ut ingentem purgationum adeo acerbarũ neceſſitatem in animabus prima fronte va de ſpiritualibus rite apprehendat, niſi a ſingularia deſcendam, illique ob oculos pc nam quosdam defectus, & nonnullas inoi dinatas paſſiones, quibus illæ vita ſpiritu ali non obſtante ſubjectæ eſſe ſolent. D xi *quosdam defectus*; ſiquidem omnes recer ſere non minus moleſtum quam nimis di uturnum foret. Si vero eos & fuſius & exactius digeſtos videre cupiat, in S. Jc anne a Cruce primam Noctis obſcuræ pai tem pervolvat. Dixi *ſubjectæ eſſe ſolent*: u indicarem, non omnes hic enumerando defectus ac paſſiones omnibus in prima ha purgationum ſpecie repoſitis animabus eſſ communes; ſed quasdam his, alias alii eſſe obnoxias. Dixi quod *ſubjectæ*: neuti quam tamen etiam dixi, quod ſint man cipia hujusmodi paſſionum, ac defectuun

ut

ut ſignificarem, quod non ſemper accedat conſenſus, licet ex cauſſa pravarum, quæ in earum cordibus adhucdum regnant, inclinationum conſentiendi periculum ſemper ſubſit. Ad ſingularia igitur progrediamur.

23. Primo in fervidis his incipientibus, etſi inclinato capite, & humili geſtu incedant, ac in vilibus abjectisque operibus externis exerceantur, ordinarie tamen quædam interna, valde ſubtilis, & eorum oculis quaſi tota abſcondita latitat ſuperbia: ſui enim ipſorum exiſtimationem fovent: videntur ſibi multum profeciſſe: complacent ſibi in pietatis operibus: aliis phariſæi inſtar tacite in ſuo corde ſe præferunt, aliorum operationes notant, obſervant, ac judicio ſuo improbant: ab omnibus, & in omnibus faciliter offendiculum ſumunt, quaſi omnes alii defectibus obnoxii, & ipſi ſoli ſine peccato eſſent: aliorum laudes, præcipue ſi ex patrum ſpiritualium ore eas audiant, ipſis diſplicent, haud ſecus, ac ſi illi boni, & virtutis ſtudioſi apparere vellent. Si dein in manifeſtos, qui nulla tergiverſatione celari poſſunt, defectus prolabantur, ultra modum triſtantur & inquietantur ita, ut ſibi ipſis quandoque impatienter iraſcantur: id quod evidenti indicio eſt ingentis, quam de ſe ipſis animo conceperant, exiſtimationis, vi

cujus ſe non amplius peccare debere opinabantur: quodque pejus eſt, poſt ejusmodi defectus in diffidentiam, animi conſternationem, & vilem puſillanimitatem prorumpunt. Quod clare indicat, eos hactenus in propria virtute confidiſſe, ac propriis innixos fuiſſe viribus, quibus cum ſe deluſos vident, eos neceſſario conſternari & animo cadere oportet. Nec moleſta & inquieta hæc, quam in ſuis defectibus perſentiunt, diſplicentia ab amore Dei proficiſcitur, ſed originem trahit ab eorum ſuperbia, vi cujus ſe nec imperfectos videre poſſunt, nec ſe defectibus obnoxios ſuſtinere valent.

24. Spiritualis hæc eorum ſuperbia patentius adhuc detegitur ex agendi modo, quem cum ſuperioribus, ac patribus ſuis ſpiritualibus tenent: his enim renitenti animo, & non ſine multa repugnantia defectus ſuos manifeſtant: & ipſas eas, quas aperiunt, fragilitates, diverſarum denuo excuſationum obtentu cooperiunt. Bona autem opera ac favores divinos & libentiſſime & clariſſime patefaciunt ita, ut cum omni ſplendore appareant; nec aliter etiam agere poſſunt, ſi bonam, quæ ipſis adeo cordi eſt, exiſtimationem ſibi conſervare velint. Si vero Director eorum agendi rationem improbat, & actiones condemnet,

am vivaciſſime perſentiunt, & pro-
n ſuis cordibus triſtitia afficiuntur:
enim fieri ac laudari magis cordi
, quam bene agere & illuminari.
cyus dicunt, quod director capaci-
ſtituatur, & ſpiritum ſuum non in-
: aut quod nimium rigidus, & ul-
dum auſterus ſit. Inquirunt in ali-
emdam, qui eorum vivendi modum
t, & eorum genio ſe accommodet;
qui mentis vanitatem in iis nutri-
m licet omnes hi defectus morti-
e, oppoſitis virtutum actibus, & vi-
i ipſius cuſtodia magnopere cohibe-
nt; nunquam tamen prorſus depri-
, nec unquam radicitus evelluntur,
um Deus rigidam quamdam purga-
immittat, efficiatque, ut propriam
m & oculis videant, & manibus
, ac ſic tandem caput ex animo
int. Vel maxime eſt neceſſarium,
is omni lumine, & omni ſenſibili
nento ſubtracto in tenebris eos repo-
t dæmoni mille impiis, turpibus, &
is tentationibus eos exagitare per-
; & ut eos murmurationibus, ob-
onibus, ac innumeris aliis malis
os relinquat: ſecus enim appetitus
; in iis nunquam ſupprimeretur, nec
juædam, quam de ſe animo conce-
, exiſtimatio ex eorum mentibus e-

vaneſceret; verbo ad genuinæ humilitatis conſecutionem nunquam pervenirent.

25. Quodſi de ſpirituali dein gula loqui velimus, cum S. Joanne a Cruce ſine hæſitatione affirmare poſſumus, quod ex piis incipientibus vix unum reperire futurum ſit, qui, quantumcunque per viam ſpiritus recta ingrediatur, vitio hoc magnopere contaminatus non ſit. Quandoquidem novelli hi Chriſti aſſeclæ ſpirituali illo, quem Deus juxta dicta in exordiis concedere ſolet, guſtu ita ineſcantur, ut guſtum hunc dein in omnibus ſuis orationibus, religioſis actibus, ac pietatis exercitiis ſectentur. Dum mediationi vacant, non niſi ſenſibilem quamdam circa divina myſteria dulcedinem elicere conantur: ſi eam obtineant, ſibi neſcio quid præſtitiſſe videntur: ſi illam autem non conſequantur, nulla ratione contenti mærore afficiuntur, ac perſuaſum ſibi habere incipiunt, orationes ſuas inutiles, & nullius coram Deo valoris eſſe: & falſis his ideis deluſi eas quandoque etiam intermittunt. Dum menſam Euchariſticam accedunt, omne eorum ſtudium circa ſapidum quemdam ſenſum ex Chriſti intra ſe latentis præſentia hauriendum verſatur. Si is deficiat, nullam communionis ejusmodi rationem habent, & forte etiam ſcrupulis circa eam agitantur. Miſelli hi

non

on ponderant, fructus ſacramenti ſubſtan-
am conſiſtere in gratiæ ſanctificantis aug-
ento, ad quod potentiæ ſpirituales mul-
um equidem, ſenſus autem parum confe-
unt. Riſu autem mihi dignum videtur,
iod miſeri hi ſenſibilem guſtum etiam
olento quodam modo extorquere nitantur;
: eum enim in ſuis orationibus conſequan-
ır, & capiti & pectori vim inferunt, non
ıe corporalium organorum, & propriæ
nitatis præjudicio; haud ſecus ac ſi ſpi-
ualis ſapor opus naturæ foret, & non
ectus gratiæ, quam Deus elargitur, cui
lt, & quando vult. Paucis, videntur
i perſuaſum habere, quod Dei guſtus in
orum guſtu conſiſtat, quodque, ſi ipſi
re quapiam guſtum non perſentiant, hæc,
i in ſe bona, ac ſancta ſit, neque Deo
ıcere debeat. Quæ perſuaſio utique quam
ptiſſima eſt: cum Deo ſpiritus nuditas
ceat, quæ omnibus ſuperior eſſe debet,
omnigenam ab omni ſenſibili conſola-
ne avulſionem requirit. Jam cui in hujus-
di hominibus non ad oculum patet in-
ıs neceſſitas rigidæ purgationis, vi cu-
per ariditates ac moleſtas ſiccitates non
do ſenſitivus appetitus ſupprimatur, ac
omni ſenſibili guſtu abſtrahatur, ſed &
or proprius, qui in ſpiritualibus etiam
ſanctis rebus ſemper ſe ipſum quærit,
o debilitetur, ut ſpiritum neque circa

ſuos in perfectione progreſſus, neque circa divinæ contemplationis conſecutionem impedire valeat?

26. Verum nolo longior eſſe in aliis adhuc defectibus ac inordinatis appetitionibus enarrandis, ob quas incipientes diuturnis non minus quam aſperis purgationibus indigent; cum hactenus dicta ad Directorem de hac veritate perſuaſum reddendum ſufficere poſſint. Hoc ſolummodo ſubjungere volo, quod, etſi in uno, alterove paſſiones adeo vivaces, & defectus adeo palpabiles non forent, eos nihilominus per hæc purgationum raſtra ideo tranſire oporteat, ut in iis deponant veteris hominis exuvias, quales ſunt contractus ob culpas admiſſas reatus pænæ, imperfecti habitus, & inclinationes minus rectæ: prout ipſi etiam ſancti tranſierunt, priusquam eorum volatus puræ contemplationis alis ad Deum elevatus fuit. Et quid aliud fuere ingentes tribulationes Jobi ac Tobiæ in lege veteri? & pertinaces conflictus, quos Antonii & Hilariones in lege evangelii contra dæmones ſuſtinuère? quam horrendæ fuere purgationes? Et lacus ille leonum, cui Deus ſanctam Mariam Magdalenam quinque annos integros incluſam tenuit; & fornax illa, in qua B. Angela de Fulginio duos annos continuos doloribus non minus

in-

:rioribus quam exterioribus conficieba-
; & octodecim anni illi, quibus S. The-
a moleſtas ariditates, ægritudines, &
a mala invicta fortitudine exantlavit,
m aliud fuere quam atroces purgationes,
quibus contracta prius cæleſtis contem-
itionis præjudicia depoſuerunt? Imo non
ibito aſſerere, e ſanctis contemplativis
unum quidem repertum iri, qui gravi
iic torculari ſuppoſitus non fuerit, excep-
, ut ſupra jam dixi, extraordinario quo-
m caſu, quo Deo ordinarias providentiæ
æ leges ſequi non placuit. Adeo verum
t, quod ad ſupernaturalis & infuſæ con-
mplationis conſecutionem prius tranſire
ceſſe ſit ſaltem per purgationes ſenſus,
æ licet in ſe ipſis valde rigidæ, aliis ta-
n mitiores ſunt.

Quamobrem ut hæc ſummi momen-
ti materia omni cum claritate per-
ctetur, acerba illa remedia, quibus Deus
complendam ſenſus purgationem uti-
, in tres claſſes dividam: & primo qui-
n in eas afflictiones, quas ipſe immittit,
æque in diuturnis & moleſtis ariditati-
conſiſtunt: ſecundo in ea remedia pur-
tia, in quibus operam dæmonum adhi-
, quæque ad dæmoniacæ obſeſſionis, aut
umſeſſionis ſpeciem reducuntur: tertio
am purgandi rationem, ad quam cauſſas

naturales applicat, quæque vel per mal corporalia a cauſſis neceſſariis oriunda, ve per mala moralia a cauſſis liberis profect perficitur. Omnes moleſtos hos modos, quibus Deus animas ad contemplationem e levandas repurgat, ſequentibus capitibus de clarabo; ne directori videantur novi, ſi eos in anima quadam ſuæ curæ commiſſa ap plica[illegible] deprehendat; utque intelligat, quam ſublimes Deus ideas foveat, dum animas, quæ fideliter tamen illi ſervire conantur, tanta aſperitate affligit. Tum circa ſingula ſubjungam neceſſaria monita, quorum o pe Director animas per vias has non mi nus arduas, quam periculoſas rite ducer poterit.

CAPUT III.

Primum remedium, quod Deus ad ſe ſum purgandum applicat, ariditas ſcilicet ſen tiva declaratur: & qualiter hæc animam ad contemplationem diſponat, explicatur.

28. Nemo non ſcit, quod primi in orationis greſſus ponantur per m ditationem, vi cujus anima ſupernaturales non modo ſibi repræſenta

ſed

& commodis ratiociniis ponderat, & nvenientes eis affectiones producit: ſique ſenſibilis, prout in exordiis contingere let, gratia aſſiſtat, imaginationes ſunt vices, ratiocinationes promtæ, & affectioes dulces, ſuaves, atque ferventes ita, ut gens inde adjumentum ſentiat a rebus ducis ſe avellendi, ad virtutum exercitionem ſe animandi, & per amorem (liet magis quoad ſpeciem, quam quoad ſubantiam fervidum) ad Deum ſe elevandi. i Deus dein, prout ſuperioribus capitibus eclaravi, videt, quod a rebus terrenis, peccandi occaſionibus avulſa jam ſit, & irtutum, quæ ad ſervitium ſine his ſenum illiciis ſibi præſtandum ſufficit, concuta jam fuerit, tunc, ſi animam ad marem perfectionem evehere velit, vivacia a lumina, ſuaves illas affectiones, & metationis ſenſum, prout numero 53 exicabo, eidem aufert, ratiocinationes impet, eamque inter tenebras in plena, & mota ariditate relinquit. Mutatio adeo inita miſeræ animæ ab initio timorem init: cumque eam a propria negligentia oi opinetur, potentias ſuas ad meditanm & ratiocinandum modis etiam impruntibus intendit, ac ſopitum affectum lle modis excitare conatur: cumque conatus ſuos omnes nihil proficere videat, cipit timere, ne in grave peccatum pro-

lapſa Dei gratia exciderit: quapropter co
ſcientiam ſuam diſcutit, omnes ſuas act
ones ad judicium vocat, quærit, requiri
que: cumque nihil inveniat, quod tantæ ſu
ruinæ anſam præbere potuiſſe videretu
concludit, ſeſe in peccatorum, aut quotid
anorum defectuum pænam a Deo eſſe de
relictam.

29. Verum decipitur: cum hæc omni aliud reapſe non ſint, niſi contem
platio quædam ab initio ſicca, arida, &
moleſta, quæ tractu temporis dein in ſua
vem, ac delectabilem migrat: & vi cuju
Deus eam a ſtatu priori meditativo ſenſi
ſine ſenſu transfert ad ſtatum contemplati
vum, ad quem, ſi fidelis fuerit, aſcende
re debebit. Id quod tamen de ſolo caſ
intelligas velim, quo purgatio ad conſecu
tionem contemplationis ordinatur, ut poſte
pluribus declarabo. Res hunc in modu
procedit. Prius Deus phantaſiæ ingente
luminis copiam infundebat, quod & reru
ſupernaturalium imaginationibus vivacitate
impertiebatur, & ratiocinationes promta
efficacesque reddebat. Inde ortum eſt, quo
in ſenſitivo appetitu ob ſuam cum phanta
ſia connexionem, ſubjectionemque impreſ
ſiones valde dulces ſecutæ, & ſapidi, ac
ſuaves affectus ingenerati fuerint: unde &
meditatio adeo facilis, ac delectabilis evaſit

Cum

ım vero Deus animam in prædicta ari-
:ate reponit, lucem ante memoratam a
antaſia retrahit: unde hæc in tenebris
ɛrens ad imaginationes æque, ac ratioci-
tiones lenteſcit: & appetitus, cum illa
dere junctus, aridus, ſiccusque manet,
ɛrum Deus eodem tempore aliam magis
ritualem, purioremque lucem intellectui
ïundit, vi cujus Deo, rebusque divinis
ıærere, easque ſimplici, puro, & ſuavi
tutu contemplari valet ita, ut ex me-
tativo contemplativus fiat.

). Verum eſt, quod duæ ſpirituales a-
nimæ potentiæ intellectus & vo-
ntas ſcilicet novam hanc & ſenſitivo ap-
ɛtitui ignotam contemplationem deberent
ɛrſentire: ab initio autem eam nec ſenti-
nt, nec deguſtant duplici ex capite; pri-
ıo quia palatus cibo adeo delicato, & a-
eo puro nondum eſt aſſuefactus: ſecundo
uia anima craſſo, & materiali ſenſibilium
onſolationum nutrimento hactenus ita im-
ıerſa fuit, ut illud & in ſummo pretio
abeat, & oculos adhuc ad illud reflexos
meat. Cum vero dein in ariditatis hujus
rogreſſu a ſenſibilium dulcedinum uberi-
us abſtracta fuerit, tunc in certa tranquil-
itate, quiete, & ſuavi, quam per ejusmo-
li contemplationem in Deo experitur, re-
fectione ſaporem illius perbene deguſtat.

31.

31. Id quod manifeſta ratione demonſtro Animæ hæ, in tenebris & ariditate poſitæ, nec latum unguem a divino ſervitio recedunt: imo, ne ſuæ erga Deum fidelitati ullatenus deſint, magis quam unquam alias ſunt ſollicitæ, ac certum quoddam robur, & ſanctam in Dei ſervitio conſtanter perſeverandi ardorem in ſe ipſis experiuntur. Id quod S. Joannes a Cruce pluribus in locis aſſerit, & Taulerus (*in feſto plur. Mart.*) his verbis teſtatur. *Quamvis autem ſpirituales iſti martyres* (animæ ſcilicet in purgatione exiſtentes) *diverſis abundent afflictionibus, amant nihilominus Deum ſuum, nec minori veras virtutes ſtudio & intentione, quam præcedentes* (conſolationibus nempe abundantes) *proſequuntur. Habent autem curas, & anguſtias multas in hac vita adeo, ut ſæpe ignorent, quo ſe præ hujusmodi mæroribus vertere debeant; & nuda duntaxat fidei, ſpei, caritati in obſcura quadam caligine innituntur. Cæterum peccato conſentire penitus nolunt, quælibet jam ipſis eveniant.* Jam quæro, unde tantum virtutes exercendi robur in hoc tenebricoſæ ariditatis ſtatu oritur? ex parte ſenſitiva id certe non proficiſcitur, cum hæc, uti ponimus, omnino deſolata ſit. Igitur ex parte ſpirituali naſcitur. Sed ſi ipſe quoque ſpiritus ſpiſſis involutus eſt tenebris, dicendum utique erit, inter tenebras illas ſimplicem quam-

dam,

dam, puram, ſpiritualem, & quam ne ipſa quidem anima diſcernere poteſt, lucem latitare, quæ eandem in ſuis operationibus fortem, robuſtamque reddit. Et ipſa hæc lux etiam contemplationem producit, ſi anima per eandem ſiccitatem a ſenſibilibus avulſa, ac ad ſpiritualem quaſi eſſentiam elevata in ſuos eam uſus convertere ſciat. Unde noſtra aſſertio deducitur, quod hæ ſenſus ariditates videlicet principium quoddam contemplationis ſint, ſi ſpiritus illis, prout oportet, uti noverit. Et hæc ipſa S. Joannis a Cruce doctrina eſt, qui (*in nocte obſc. L.* 1. *cap.* 10.) ait: *Tempore itaque ariditatum noctis iſtius ſenſitivæ, in qua facit Deus mutationem, de qua ſuperius ſumus locuti, educendo animam a via ſenſus ad viam ſpiritus, hoc eſt a meditatione ad comtemplationem, in qua non poteſt jam operari, ſive ex ſe potentiis ſuis de rebus divinis, ſicuti dictum eſt, diſcurrere, hoc inquam tempore magnas ſpirituales viri patiuntur afflictiones.*

32. Hic per lectorem proponere mihi licebit doctrinam, quæ non modo hactenus dictis circa purgationes ſenſus majus robur addet, ſed & dicendorum per Tractatus progreſſum de purgationibus ſpiritus fundamentum erit. Devotio quoad ſubſtantiam a S. Thoma (2. 2. *quæſt.* 82. *art.* 1.) definitur, quod ſit *voluntas promte fa-*

ciendi, quod ad Dei ſervitium pertinet. Cum vero ipſa hæc divini ſervitii opera promte faciendi voluntas vel ſicca, arida, & omni ſuavi affectione exſpoliata eſſe, vel cum delectabili etiam affectu conjungi poſſit: hinc in devotione ſubſtantiam ab ejus accidentibus, & convenienti ſolummodo ejusdem complemento ſolerter diſtingui oportet. Subſtantia devotionis unice conſiſtit in expedito, & promto illo voluntatis actu, quo divini cultus, obſequii, & ſervitii opera intenduntur. Dulcis affectus autem, qui cum obſequioſo illo voluntatis actu ſæpe conjungitur, merum dictæ devotionis accidens eſt.

33. Ut præſens materia autem adhuc uberius dilucidetur, aliam inſuper diſtinctionem ſubjungere oportet. Quandoque contingit, ut gratus & jucundus affectus, qui juxta primum dicta cum devotionis ſubſtantia ſæpe conjungitur, totus intra potentias ſpirituales contineatur; alio tempore affectus hic etiam in potentias ſenſitivas redundat ita, ut in corde teneritudo, & forte etiam intra labra ſuſpiria, ac ex oculis lachrymæ eliciantur: & hinc devotio accidentalis rurſus in alias duas partes eſt dividenda, ſcilicet in devotionem accidentalem ſpiritualem, vi cujus ſuavis affectus in ſpiritu ſubſiſtit, & ulterius non progreditur: & in devotionem accidentalem

ſen-

enſibilem, vi cujus dictus affectus in ſen-
um interiorem ita redundat, ut ei & te-
eritatem, & inflammationem impertiatur.
Videatur P. Reguera in Myſtica Theologia
Tom. 1. Lib. 1. quæſt. 15.) ubi triplicem
anc devotionem non modo docte pertra-
tat, ſed & modum eandem in uſum de-
ucendi opportune ſuggerit. Quæ de devo-
ione hic dicta ſunt, de quavis etiam alia
irtute dici poſſunt. Si de amore Dei E.
. loqui velimus, dici poteſt, quod aliquis
t ſubſtantialis, alius accidentalis ſpiritua-
s, & rurſus alius accidentalis ſenſibilis.
implex, & nudus ille prælationis actus,
uo voluntas Deum ob infinitam ſuam bo-
itatem omnibus aliis rebus anteponit, eſt
mor caritatis ſubſtantialis: ſuavitas illa,
uæ dicto actui uniri ſolet, ſi in ſola volun-
ate reſideat, eſt amor accidentalis ſpiritu-
lis: ſi vero in cor deſcendat, ibique ardo-
em, ſuavitatem producat, & oculis fors e-
am dein lachrymas eliciat, eſt amor acci-
entalis ſenſibilis.

4. Jam ad caſum noſtrum veniamus. Pur-
gationes ſenſus conſiſtunt in privatio-
e omnis devotionis accidentalis ſenſibilis;
uia harum purgationum tempore ſenſiti-
us appetitus abſque ullo ſupernaturalium,
t divinarum rerum ſenſu non modo ari-
us, ſiccus & frigidus exiſtit, ſed ſæpe e-
tiam

tiam faſtidiis, tædiis, & aliis moleſtis affectionibus affligitur. Nequaquam autem conſiſtunt dictæ purgationes in privatione omnis devotionis accidentalis ſpiritualis, cum hujus devotionis ſubductio proprie ad purgationem ſpiritus pertineat, ut ſuo loco videbimus. Imo purgationes ſenſus, ut S. Joannes a Cruce ait, licet partem ſenſitivam moleſte exſpolient, parti tamen intellectuali puram quamdam infundunt lucem, vi cujus anima ſe in Deo quieta, pacifica, & amori mixta attentione defigere poteſt. Id quod in ſubſtantia aliud non eſt, niſi vera devotio accidentalis ſpiritualis, quoddam veræ contemplationis principium, vi cujus anima jam incipit ad divinarum rerum obtutum ſeſe elevare. Et ſi anima in purgationis ſuæ principio, ac quandoque etiam in progreſſu hanc lucem, & in Deo quietem non ſentiat, ſed ſine ullo ſolatio ſpiſſis tenebris involuta eſſe ſibi videatur; id juxta alibi dicta ex eo proficiſcitur; quod per commercium cum ſenſibus, & per adhæſionem ad ſenſibiles ſuavitates craſſitudinem quamdam, ut cum S. Joanne a Cruce loquar, induerit, ob quam ſeſe ad cibum adeo delicatum tam cito accommodare nequit.

35. Res hæc per paritatem cum Iſraelitis declarari poteſt, qui, licet eos

De-

Deus cæleſti; & angelicis manibus præparato cibo, manna ſcilicet quoditie e cælis depluente, in deſerto paverit, tamen nauſeam experti ſunt, ac ſi nutrimentum illud nullius ſubſtantiæ, nulliusque ſaporis eſſet: *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leviſſimo*: unde & cogitationes, ac deſideria ſua ad carnes & cæpas Ægypti converterunt; non ex eo, quod cibus ille pretioſus non fuerit: ſed exinde, quod craſſis & vilibus eduliis aſſuefacti adeo nobilem, & delicatam eſcam deguſtare non poſſent. Et id ipſum etiam incipientibus, ſenſibilium conſolationum pabulo aſſuetis contingere amat. Si Deus iis pabulum hoc per diuturnam & grandem ariditatem omnino ſubtrahat; & in puri ſpiritus communicationes, accidentalem ſcilicet illam, de qua ſermocinamur, devotionem ſpiritualem commutet: tunc per tempus aliquod harum deguſtandarum capaces non ſunt: eo quod palatum ſuum alteri cibo, ſupernaturali equidem, ſed materiali ac ſenſibili aſſuetum adhuc habeant.

CAPUT IV.

Indicia quædam proponuntur, ex quibus dignoſci poteſt, num ſenſitivæ partis ariditas a purgatione paſſiva proveniat. Et rurſus alia ſigna indicantur, ex quibus colligi poteſt, num ariditas a purgatione proveniens ad contemplationem ordinetur.

36. Senſus ariditas ex tribus diverſis cauſſis oriri poteſt, ſcilicet vel ex culpabili tepore, vel ex naturali melancholia, vel ex purgatione paſſiva, quæ a Deo ad cæleſtis contemplationis conſecutionem ordinatur, aut ſaltem, ut quandoque contingit, ad ſpiritualem animæ, quæ illam patienter ſuſtinere debet, profectum dirigitur. S. Joannes a cruce (*nocte obſc. Lib.* 1. *cap.* 9.) tria ſuggerit indicia, ex quibus cognoſci poteſt, quod dicta ariditas a Deo in purgationem ita immittatur, ut ſuam originem nulla ratione vel tepori, vel melancholicæ naturæ debeat. Primum eſt, ſi anima in divinis rebus nullum amplius guſtum & ſenſibile ſolamen inveniens, etiam in nulla re creata hujuſcemodi quid quærat. Quodſi hoc accidat, director ſatis ſolido cum fundamen-

to credere poteſt, ariditatem a tepore non proficiſci: cum animæ tepidæ proprium ſit ideo a Deo recedere, ut rebus caducis adhærere, aut guſtus & conſolationes terrenas haurire poſſit. Cum vero caſus dari poſſit, quo humor melancholicus, in quadam forte perſona prædominans, ſenſitivum appetitum uſque adeo occuparet, ut neque Deus ſuavibus gratiæ ſuæ blandimentis, neque mundus fraudulentis deliciarum ſuarum illiciis ullam delectabilem in eo impreſſionem efficere poſſet ita, ut anima omnino inſipida, & omnis ſenſibilis oblectamenti incapax remaneat; hinc citatus ſanctus, nequis hallucinetur, alterum ſubjungit indicium, ſcilicet, quod anima arida, & deſolata Dei memoriam non perdat, ſed inter ſenſus afflictiones illum quærat, & ſuam ei fidelitatem exhibere conetur; cumque ne in fideli ſervitio deficiat, ac in via ſpiritus retrogrediatur, pertimeſcat, hinc excruciatur. Si Director hoc in ſuo diſcipulo indicium deprehendat, certus eſſe poteſt, quod ariditas a frigida melancholia neutiquam proveniat; cum hæc Deo ſerviendi conatus in anima nunquam producat, ſed nauſeas duntaxat, faſtidia & inquietudines excitet, ac animam ad divini ſervitii opera ineptam reddat. Imo quod tepor in hac ariditate locum habere non poſſit, illum etiam ex eo ſecuriorem

volo, quod tepor remiſſionem in bono
xitatem in conſcientia, & lentitudine
divino ſervitio ſemper ſecum vehat.
dem ſanctus tertium proponit indicium, c
anima nempe, quæ valde ſapidis p
meditationibus fruebatur, in ſuis con
rationibus impediatur, & omnis ratioc
tionis incapax efficiatur. Indicium hoc
de bonum eſt, ſi ariditas, qua diſpoſiti
contemplationem a Deo immittatur:
Deus enim ſeſe animæ non amplius
actus phantaſiæ, ac ratiocinationis, ut
us ſolebat, ſed per actus contemplativo
puritate ſpiritus communicare velit, h
potentiam imaginativam ligat, & ratio
nationes, utpote puri ſpiritus communica
onibus non convenientes, ſed impedim
tum potius ponentes reddit difficiles.
quibus conſequitur, quod ſuperiori cap
dixi, quod anima videlicet, cum divi
objecta neque ſibi præfigurare, neque ra
ocinando ponderare amplius poteſt, hab
incipiat certam ſimplicem, quietam, ac ſp
ritus conſolatoriam ad Deum attentione
quæ veræ contemplationis principium eſ

37. Ex his tribus indiciis, & præcipue
duobus primis, ſcilicet, quod an
ma ſolatio deſtituta neque in Deo oblect
mentum inveniat, neque extra Deum a
quod quærat, quodque ſuas inter afflicti

nes

nes tota de divino ſervitio ſollicita, & certo quodam in fidelitate deficiendi timore repleta incedat, Director morali cum certitudine deducere poterit, quod ejuſmodi ariditas originem ſuam neque a culpabili tepore, neque a ſocordi melancholia trahat; ſed a Deo in purgationem, & ſpiritualem animæ profectum immittatur. Verum ex his omnibus necdum poterit arguere, num talis purgatio ad ſpiritum contemplationis prædictæ animæ infundendum ordinetur: ſiquidem ſublime hoc donum neutiquam omnibus, Deo etiam cum fidelitate ſervientibus, animabus conceditur: imo paucis duntaxat impertitur. Rei hujus ratio Deo ſoli ita nota eſt, ut nos impenetrabilia illius conſilia rimari non oporteat. Ex altera parte experientia nos docet, quod animæ orationis ſtudio ſerio intentæ prorſus omnes moleſtis ariditatibus vel magis vel minus affligantur. Quapropter dicendum, ariditates nequaquam omnes ut proximam divinæ contemplationis diſpoſitionem a Deo immitti. Ne director igitur in tanti circa rectum animarum regimen momenti negotio hallucinetur, ſigna hic quædam ſuggerere oportet, ex quibus dijudicare poterit, num purgativa ariditas ad divinæ contemplationis conſecutionem dirigatur, vel non.

38. Primum ſignum ex iis, quæ dictas ſenſ-

ſus purgationes præceſſerunt, poterit deſumere. Hic notandum, quod animæ, quibus Deus extraordinariæ, & infuſæ contemplationis donum præparavit, antequam etiam in purgatione reponantur, multos extraordinarios favores in parte ſenſitiva recipere ſoleant. Ingentes ſubinde dulcedines, ac ferventes in corde inflammationes perſentiunt ita, ut quandoque etiam tremore ac convulſionibus invadantur, eoquod tanti affectus plenitudini reſiſtere nequeant: quædam earum locutiones internas valde amabiles inaudiunt: quædam ocularíis aut imaginariis cæleſtium perſonarum viſionibus, valde pariter delectabilibus recreantur: & aliæ aliis hujusmodi ſenſibilibus gratiis cumulantur. Ita B. Angelæ de Fulginio contigit, priusquam in atrocem, quam ſupra innui, excruciationem incideret; ita S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, antequam in ferocium leonum lacum mitteretur: ita S. Thereſiæ ante diuturnas ariditates: & ita omnibus quoque aliis contemplativis ſanctis, prout ex vitæ eorum hiſtoriis colligi poteſt. Ratio hujus rei mihi manifeſta videtur, cum Deus enim cum ejusmodi animabus extraordinariam in ſpiritus & puræ contemplationis communicatione familiaritatem intendat, videtur conveniens eſſe, ut eis mox a principio extraordinarias, quarum pro tempore capaces ſunt, gratias impertiatur, ut

non modo hac ratione initia cum progreſſibus & fine vitæ ſpiritualis cohæreant, ſed ut & primis illis gratiis animæ ad alios majoris pretii, quales illis cummunicare intendit, favores recipiendos magis præparentur. Id quod tamen illis non obtingit, qui ad contemplationem non eliguntur; licet enim Deus his quoque, ut ad divinum ſervitium ineſcentur, ab initio conſolationem aliquam, & ſenſibile quoddam illicium concedat; nihil tamen inſoliti, nihil magni, & nihil extraordinarii iis ſolet impertiri.

39. Secundum ſignum director ex iis poteſt depromere, quæ dictæ ariditatis tempore animæ contingunt. Quandoquidem ariditates perſonis ad contemplationem non electis immitti ſolitæ minus rigidæ, & tenebræ minus ſpiſſæ ſunt. Præterea earum ariditates etiam nec diuturnæ, nec continuæ ſunt. Supervenit eis nox, & nox diuturna iterum lux ad earum ſolamen oboritur. Ita S. Joannes a Cruce inquiens: *Illi enim, qui contemplationis via non incedunt, diverſo admodum modo ſe habent; in quibus hæc ariditatum nox non ſolet eſſe in ſenſu perpetua: quamvis enim eas aliquando patiuntur; aliquando tamen nequaquam: & licet non valeant aliquando diſcurrere, aliis tamen vicibus optime poſſunt, ſicut ſolebant.* Tum ra-

tionem allegat, ob quam horum ariditates minus continuæ, ac mitiores ſunt, pergens: *Ad hoc autem duntaxat a Deo in nocte hac homines iſti collocantur, ut eos exerceat, humiliet, illorumque reformet appetitum, ne guloſitati, illecebriſque in rebus ſpiritualibus aſſueſcant: non autem idcirco id facit, ut eos ad viam ſpiritus, quæ eſt contemplatio iſta perducat.* (*Noct. obſcura Lib.* 1. *cap.* 9.) Ex oppoſito autem animabus, quibus contemplationis donum reſervatur, ariditas rigidior, & continua immittitur: & licet Deus ab initio earum debilitati ſe accomodans tenebris lucem, & ſiccitati guſtus ac conſolationes immiſceat: ſi in ſuis tamen purgationibus progrediantur, eas annis integris omni ſolatio deſtitutas quaſi ſine interruptione, & ſine ullo ſpiritus levamine derelinquit. Ita idem ſanctus loco citato affirmat.

40. Tertium ſignum directori ſuppeditare poterunt effectus, ex dicta ariditate redundantes; & hoc mea opinione eſt ſignum omnium clariſſimum: quia ad finem, quem Deus in ſuis operibus intendit, cognoſcendum ſecurior non datur via, quam bonorum, quos illa ex natura ſua producunt, effectuum conſideratio. Quapropter ſiquis poſt ariditatem ſemper ad ſuas ratiocinationes revertatur, & in prioribus ſen-

ibus affectibus ſeſe ſemper rurſus exer- pergat: ſignum eſt, quod Deus omni conſolatione privans non niſi in medio eum perfectum reddere intendat. Si- s autem ariditatum ſuarum tempore ſe- quoad affectus ſenſibiles quaſi ſemper :ilem,. & omnis ratiocinationis quaſi con- uo incapacem inveniat, & tantummodo periatur ſubinde ſimplicem, quietum & antem Dei obtutum, ex quo nullum e- idem ſenſus oblectamentum, ſed ſpiritus ntaxat refectionem haurit; manifeſto id t indicio, quod ſiccitas ordinetur ad con- mplationem, utpote cujus amans illa, quam as inter tenebras in Deo reperit, atten- quoddam jamjam principium eſt.

CAPUT V.

lutares, quos purgativæ ariditates in na producunt, effectus declarantur, & mo- lus innuitur, quo hi animam ad contem- plationem diſponunt.

Ne idem ſæpius repetere cogar, mo- neo Lectorem, quod omnes, quos mox recenſebo pretioſi fructus, li- principaliter gravium, de quibus ha- ius diximus, ariditatum effectus ſint,

 ſi-

ſimul tamen etiam oriantur ex aliis remediis purgativis, quæ Deus pariter ad purgationem ſenſus adhibet, & nos paulo poſt enucleabimus. Moneo ſecundo, quod ſalutares hi fructus nequaquam ab omnibus animabus eodem gradu & in eadem menſura acquirantur: ſed quod in nonnullis copioſiores, & in aliis parciores ſint, juxta majorem ſcilicet, vel minorem purgationum rigorem, & juxta majorem vel minorem fidelitatem, ac conſtantiam, qua ſeſe a forti Dei manu purgari patiuntur. Tertio moneo, quod ipſi hi fructus, ex ejusmodi purgationibus in animas cum tanto earum emolumento reſultantes, ſimul ſancti illi fines ſint, ob quos eas Deus immittit: tunc enim homini vel maximam exhibet miſericordiam, cum ſeſe rigidiſſimum, ac ſeveriſſimum illi commonſtrat.

42. Primus purgativæ ariditatis fructus eſt humilitas; ſive hæc dein ſumatur in ſenſu negativo, quatenus contrarios ſuperbiæ defectus excludit, ſive in ſenſu affirmativo, quatenus præclaras ejus dotes includit. Nec incipientem, nec proficientem reperire erit, qui, dum in omnibus ſuis & operationibus & orationibus dulcem ac ſuavem gratiæ auram leniter ſibi afflare experitur, non inſletur paulisper, ac occultam quamdam ſui ipſius exiſtimationem

m concipiat; aut ob proprias ſaltem a-
ones ſibi non placeat, & ſe ipſo conten-
s, ac animo ſatiatus vivat: licet enim
vinæ conſolationes ſemper interiori qua-
m demiſſione ſtipatæ advenire ſoleant;
ritualis nihilominus proſperitas debiles
ſtras mentes vel parum vel multum in-
riat. Si vero dein cæleſtis gratiæ favo-
us in moleſtæ ariditatis ſiccitate animam
uperem derelinquat, & ſubtracta omni
ce, eam denſa tenebrarum nox involvat;
nc omnis vana complacentia, & omnis
ale fundata ſui ipſius exiſtimatio ocyus
mente evaneſcit: aliis non amplius ſe
æfert; aliena opera non amplius dijudi-
t: nec aliorum bono amplius invidet:
quod vanitatis fomenta e medio jam ſub-
ta ſint. Hinc ſanctus Bonaventura con-
udit, quod hujuſcemodi animabus ſenſi-
lis gratiæ ſubductio vel maxime neceſſa-
a ſit, ne iis ipſis ſubſidiis ſenſim ſine
nſu in ruinam deturbentur, quibus Deus
s perficere volebat. *Si conſolatio ſpiritu-
's non ſubtraheretur homini aliquando, nimis
tolleretur, & gratiam perderet, & periret.
ubtrahitur ergo, ne amittat, & perdat: ſi-
t pater parvulo filio nummos negat, ne de
ſis ludat, & perdat; donec proficiat in pru-
ntia, & ſciat provide conſervare.* (4. *in
roceſſ. Relig. cap.* 1.) S. Franciſcus Sa-
ſius rem hanc declarat per ſimilitudinem

ma-

matris, quæ tenello filiolo eſcas ſaccar conditas ideo dare recuſat, quia noxios in viſceribus vermes ab iis generari novit. (*Introd. ad vit. dev. P.* 5. *cap.* 14.) Sic Deus nobis dulces ſuas conſolationes ſubtrahit, quia videt, quod vanæ cujusdam præſumtionis vermis in cordibus noſtris pullulare incipiat.

43. Verum ariditas non ſolum a ſubtilis, occultæ licet, ſuperbiæ defectibus animam repurgat, ſed poſitivam etiam humilitatem introducit, quatenus ſcilicet vilem ſui ipſius ideam firmiter imprimit. Si anima in Deo, & rebus ſpiritualibus nec pabulum, nec fulcrum amplius inveniat: ſi in omni bono non niſi tædia, faſtidia, & repugnantiæ occurrant; neceſſe ſane eſt, ut ſe ipſam vere inſpiciat, ut miſeriam ſuam non modo cognoſcat, ſed & propriis manibus palpet, ut ſeſe nihil omnino poſſe convincatur, & ut ſe ipſam ex animo deſpicere, ac nihili facere incipiat. Vilem hunc de ſe ipſa mentis conceptum multo adhuc magis creſcere neceſſe eſt, dum ſeſe omni ex parte a dæmonibus exagitari, turpiſſimarum tentationum, & ſceleratarum, impiarumque ſuggeſtionum metam fieri videt: dum inſectationes, murmurationes, deſpectus, & calumnias in ſeſe irruere perſentit. Hæc enim omnia di-

dictas ariditates vel conjunctim vel ex parte comitari ſolent, ut hæ genuinam humilitatem afflictæ perſonæ ingenerandi efficacitatem acquirant. Hoc adeo verum eſt, ut S. Laurentius Juſtinianus aſſerere non dubitet, propriæ cognitionis conſecutionem quaſi impoſſibilem eſſe, quin quis prius per ejusmodi purgationum cribrum tranſierit. *Quis autem, niſi quandoque derelictus, propriam agnoſceret fragilitatem? Continuus ſucceſſus occaſionem parat elationis. Vix quippe flagellis eruditus animus, & tentationibus adſtrictus ſuam valet intelligere infirmitatem* (*de caſto connub. cap.* 15.)

44. Secundus purgativæ ariditatis fructus in eo conſiſtit, quod majorem obſervantiam erga Dei præſentiam inſtillet, & reverentem ac filialem ejusdem timorem adaugeat. Anima, per ejusmodi ſiccitates in humilitate inſtituta, majori cum reverentia cum Deo agit; id quod prius in conſolationum ſuarum proſperitate non conſueverat: rei rationem S. Joannes a Cruce allegat, inquiens: *Favor enim ille divinus, quem experiebatur, reddebat appetitum circa Deum aliquo modo magis audacem, minusque, quam debebat, urbanum.* (*in Noct. obſc. L.* 1. *cap.* 12.) Id quod confirmat exemplo Moyſis, qui Deum ſub flammarum circa rubum ſerpentium ſymbolo conſpiciens, viſionis illius dulcedi-

ne illectus ocyus greſſum accelerabat, ut ad ſacrum illum ignem accederet, inquiens: *Vadam & videbo viſionem hanc magnam.* At quid? *cernens Dominus, quod pergeret ad videndum*, certe non ſine animoſitate, in media via eum ſubſiſtere juſſit: cum mandato, ut pedes calceis exſpoliaret, ac pedum ſuorum intuitu propriæ vilitatis memoriam refricaret: *Ne appropies, inquit, huc: ſolve calceamentum de pedibus tuis.* Tum Moyſes tanta reverentia fuit repletus, ut ne oculum quidem ad divinas illas flammas attollere auderet; imo *abſcondit Moyſes faciem ſuam: non enim audebat aſpicere contra Deum.* (*Exodi cap.* 3.) Id ipſum in caſu noſtro contingit. Dum Deus animam ob multa ſpiritualia oblectamenta in converſando ſecum ad animoſitatem & forte etiam audaciam perveniſſe animadvertit, moleſtam immittendo ariditatem ſuos illi pedes, id eſt propriam miſeriam detegit, ut humilis reddita coram ſua majeſtate obſervantior fiat, & ut reverentem, ac filialem, qualis ad ejus profectum requiritur, timorem concipiat: & id ipſum eſt, quod ſecundo loco dixi. Si pater filiolo ſuo nimium blandiatur, & nimium ſuavi, ac placida familiaritate cum illo utatur, hic ad audaciam erigitur; & in genitoris ſui conſpectu inſoleſcendi licentiam ſibi ſumit. Si pater autem ſeſe abſcondat, & non niſi turbatum

ſe

; illi videndum præbeat: ſi illum modis
ſperis objurgare, & verberibus etiam ca-
igare incipiat: tunc timorem concipit, &
ı ſua agendi ratione circumſpectior, cauti-
rque redditur. Ita Deus poſtquam animæ,
ı ſpiritu adhuc parvulæ, per tempus ali-
uod ſpiritualibus ſuis dulcedinibus fuit blan-
itus, ne illa cum ingenti ſuo periculo ad
udaciam & inſolentiam erigatur, non mo-
o in orationibus ſe abſcondit, & inter me-
ı faſtidia, tædia, ac moleſtas ſiccitates
uaſi indignabundum videndum ſe præbet,
d & innumeris tentationibus, doloribus,
dverſitatibus, & infortuniis eam percutit;
ınc cæleſtem ſuum patrem timere incipit,
: timorem cum amore ita conjungit, ut
um geminis his affectibus per viam ſpiri-
ıs ſecura incedat.

5. Ex his lector haud dubie intellexerit,
cur Deus contemplationi ordinarie
ıoleſtiſſimas has ariditates præmittat. Do-
ıinus per Iſaiam (*cap.* 66. *v.* 2.) ait:
*Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum
& contritum ſpiritu*, aut prout ſeptuaginta le-
unt, *ſuper humilem, & quietum, & tremen-
m ſermones meos?* S. Hieronymus hæc
erba declarans inquit: *Habitator cœli, i-
o creator omnium, qui in terris templum ha-
ere ſe denegat, humilem, & quietum, & tre-
entem ſermones ſuos hominem, libenter aſſumit*

in

in templum. Et S. Bernardus adhuc clarius ſubjungit, quod gratiam contemplationis nemo alius vel mereatur, vel conſervet, vel recuperet: *In veritate didici, nihil æque efficax eſſe ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quam ſi omni tempore coram Deo inveniaris non altum ſapere, ſed timere.* (*in cant. ſerm.* 54.) Jam vero ſicut genuina humilitas, reverens Altiſſimi timor nulla alia re tantopere, ſicut ariditate & aliis remediis purgativis ingeneratur, ſic Deus animam quamdam ad contemplationem elevare cupiens, duro huic torculari eam ſupponit, ut ad recipiendum donum adeo excelſum per prædictas virtutes brevi diſponatur.

46. Tertius fructus ille eſt, quem pluribus ſuperius modis expreſſi, quod ſcilicet anima a ſenſibilium conſolationum dulcedine abſtrahatur, quod non proprium guſtum ſed ſolius Dei placitum ac voluntatem quærere, bonumque non oblectationis cauſſa, ſed ex puro virtutis amore agere aſſueſcat, quod per viam ſpiritus ſub ſolo nudæ fidei ductu, ac ſine omnibus ſenſus illiciis conſtanter ingredi incipiat ita, ut hac ratione turpe ſpiritualis gulæ vitium radicitus in ea exſtirpetur. Hic nos de hac magni momenti veritate perſuaſos eſſe oportet, quod ſpiritualem profectum,

&

& ſpeciatim cæleſtis contemplationis conſecutionem impediat non modo adhæſio ad bona terrena, ſed & adhæſio ad dona cæleſtia: hic tamen notetur verbum *adhæſio*: ſiquidem dona Dei ex ſe ipſis ſpiritualem progreſſum promovent: & impedimentum duntaxat ex parte ſolius, quæ ſemper vitioſa eſt, ad ejusmodi dona adhæſionis ſe tenet; cum in omni adhæſione amor proprius ſuum pabulum inveniat, & quidem in donis cæleſtibus, utpote ſine comparatione ſuavioribus, etiam majus. Verum eſt, quod Deus hæc impertiatur, ſicut & bona terrena elargitur: aſt ea non ideo impertitur, ut affectum noſtrum illis immergamus, ſed ut horum ope erga ipſum afficiamur. Et hinc Iſaias (*cap.* 28. *v.* 9.) *quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum?* (quo ſupernaturalis contemplatio formatur) *ablactatos a lacte, avulſos ab uberibus*, ſenſibilium conſolationum ſcilicet. Et hoc ipſum eſt, quod per prædictas ariditates moleſto quidem ſed efficaci modo obtinetur.

47. Quartum hujusmodi ariditatum, imo omnium ſenſus purgationum fructum pariter ſuperioribus capitibus jam attigi, utpote qui conſiſtit in depreſſione appetitus ſenſitivi, ut pax ſpiritui ad ſuas contemplationes adeo neceſſaria ingeneretur. Ad ſpeculationes etiam naturales dun-

taxat quies animi eſt neceſſaria; ut nemo non ſcit: virum litteratum vehementibus agitari paſſionibus ſufficit, ut ad mentem in philoſophicarum veritatum ſtudio defigendam ineptus inveniatur. Hinc lector judicet velim, quantopere quies hæc neceſſaria ſit, & quam placida ac ſerena mens eſſe debeat ad ſupernaturalium tot paraſangis eminentiorum, ac ſublimiorum rerum contemplationem. Adde, quod contemplatio præter mentem in Deo defixam divinum etiam affectum involvat, ad cujus receptionem anima per perfectam ſerenitatem rite diſpoſita requiritur. Verum quæ ſerenitas, quæ quies erit animæ, cujus appetitus necdum jugo ſuppoſitus, necdum depreſſus eſt: cum rebelli huic potentiæ proprium ſit perpetuum ſpiritui bellum movere, eumque paſſionum ſuarum tumultu, ac appetitionum ſuarum inquietudine continuo exagitare? Ex altera parte quale efficacius potentiam adeo arrogantem ſubjugandi remedium eſſe poteſt quam purgatio quædam, quæ ad eam tædiis, triſtitiis, tentationibus, doloribus, ſuppliciis, depreſſionibus, & innumeris aliis malis devincendam tota ordinatur? Certe tot contrariis cumulata, ſi non mortua, ita ſaltem mortificata erit, ut ſpiritui pacem, & eam indulgeat tranquillitatem, qua opus habet, ut rerum cæleſtium contemplationi ſeſe immergere poſſit.

48.

48. Quintus dictarum ariditatum fructus eſt, animam in virtutibus theologicis perficere. Exordium a fide ducamus. Anima in deliciis poſita fidei veritatibus adhærebat: eoquod reapſe pio, & ſuavi, quem circa ſupernaturalia a Deo revelata experiebatur, ſenſu adjuvaretur. Ariditati dein immerſa non credit amplius, quia quidquam guſtat, ſentit, aut experitur: cum omnis experientia ex ejus corde jam evanuerit: ſed obſcuro & cæco modo ideo ſolummodo credit; quia fallere & falli neſcia veritas locuta eſt: & in hoc ipſo nuda & pura fides conſiſtit. Quapropter S. Bonaventura (*Proceſſ.* 5. *Relig. cap.* 1.) merito docet: *vult autem Dominus erudire nos per ſubtractionem conſolationis*, *& inniti veritati ſcripturæ & fidei; potius quam noſtræ qualicunque experientiæ.* Id quod ad amuſſim congruit cum effato S. Gregorii: *Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.* (*Hom.* 26.)

49. Progrediamur ad ſpem. Quænam, quæſo, virtus eſt, in Dei auxilio, & defenſione ſperare, cum anima mille ſpiritualium dulcedinum blandimentis adjuvari & protegi ſeſe videt ac ſentit? eo uſque pervenire certe haudquaquam difficile eſt. Præclara haud dubie virtus eſt, in Deo ſperare, dum a Deo nos derelictos opinamur,

dum non modo infernum ſuis tentationibus, ſed forte etiam homines ſuis inſectationibus contra nos obarmatos conſpicimus; verbo dum cælum, terra & orcus junctis viribus in damna noſtra conjuraſſe videntur, prout in his ſenſus purgationibus contingere ſolet. Hæc perfecta eſt ſpes, quæ nullatenus in propriis experientiis fundatur, ſed Dei omnipotentis, ac fidelis, qui omnia evincere, & datæ fidei nunquam deeſſe poteſt, promiſſis innititur. Hæc eſt ſpes heroica, quæ licet divinæ bonitatis effectus non ſentiat, imo contrarios experiri ſibi videatur, in ea tamen confidit ſciens, Deum ad ſua dona nobis impertienda proniorem eſſe, quam nos ad ea recipienda ſimus. Tanti roboris ſpes Abrahami fuit, quam omnia retro ſæcula admirantur: in promiſſis enim a Deo ſibi factis ſperavit etiam, dum naturalis ratio contrarium ſuadebat: *Qui contra ſpem in ſpem credidit*, ut ait Apoſtolus. (*ad Rom.* 4. *v.* 18.) Tandem ad caritatem veniamus.

50. Non dubito aſſerere, rite cognoſci non poſſe, num anima Deum vero amore diligat, niſi in moleſtis his ariditatibus, & purgationum harum aſperitatibus fuerit repoſita. Si Deus enim ſola ſenſibili dulcis amoris gratia in nobis operari vellit, neminen unum ne perfidum quidem pecca-

to-

:orum, aut infamem peccatricem reperire
ərit, quæ ſuavibus illis illiciis non victas
ɔcyus manus det. Si Deus noſtra virtutum
ɔpera ſuis conſolationibus inundet; ex ipſis
ɜtiam aſperis, arduis, ac laborioſis operati-
ɔnibus dulcis quidam, ac animæ noſtræ
ɔalato ſapidus actus exoritur: ipſæ mole-
tiæ dulceſcunt, & ipſæ mortificationes fi-
ınt delectabiles: Verum hucuſque necdum
liſcerni poteſt, unde anima ad agendum
ɔromoveatur, num ab amore, quo in Deum
ertur, num a dulci, quod in amore Dei
nvenit, pabulo trahatur. Si vero in ſicci-
ate repoſita tædium in orationibus, repu-
;nantiam in mortificationibus, & difficul-
atem in virtutum actibus experiatur, &
nulto magis, ſi in multarum aliarum ſive
ːxteriorum ſive interiorum afflictionum cli-
ıano excrucietur: tunc enimvero, ſi in
)ivino ſervitio conſtans perſeveraverit, ſi ſe
.ivinæ voluntati cum pace ſubjecerit, &
um ſubmiſſione percutientem Dei dexteram
.eoſculata fuerit, tunc, inquam, certa &
ıanifeſta ſigna edit, quod Deum diligat ve-
o amore, non equidem tenero, ſed ſolido,
orti, ac virili. S. Joannes a Cruce rei ra-
ionem reddit inquiens: *Quandoquidem non
ım amplius guſtu, & delectatione boni operis
ɗ operandum ſtimulatur - - - ſed Deo dunta-
at rem gratam præſtandi deſiderio.* Et en e-
am rationem! ob quam Deus, de via or-

dinaria loquendo, nullam unquam animam ad perfectam contemplationem admittit, niſi prius per hunc acerbiſſimarum purgationum ignem tranſierit: quia contemplatio reapſe conſiſtit in actibus virtutum theologicarum, fidei, & charitatis præcipue, per dona Spiritus ſancti peculiariter excultis. Ita ut anima, ad regulam loquendo, ad cæleſtium contemplationem pervenire nequeat, niſi prius in horum cruciatuum fornace circa theologicarum virtutum exercitationem rite perpolita fuerit.

51. Sextus dictarum ariditatum fructus eſt animam etiam in virtutibus moralibus perfectam reddere. Hic mea intentio eo non dirigitur, ut omnes virtutes ſingilatim diſcutiam, & perfectionem, quam quævis earum ex his purgationibus haurit, ob oculos ponam; ſiquidem & nimium longus forem, & nimium moleſtus acciderem. Si vero Lector quemdam mentis obtutum in iis defigere velit, clare perſpiciet, quod hic vera obtineatur patientia: inter tantas enim tenebras, ſiccitates, anguſtias, conflictus, dolores, afflictiones, & tot alias graviſſimas tribulationes virtus hæc juxta effatum Eccleſiaſtici (*cap.* 2. *v.* 4.) ſicut aurum in igne perficitur: *omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in*

igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Videbit lector, quod hic animæ fidelitas probetur, dum Deum, etſi ab eo derelicta videatur, non deſerit: quod hic acquiratur longanimitas, dum anima inter tantarum ariditatum languores orationem, & alia pietatis exercitia non omittit: quod manſuetudo obtineatur, dum anima demiſſa ſibi ipſi ob ſuos defectus non amplius iraſcitur, & proximis ob eorum imbecillitates non amplius indignatur: quod caſtitas hic perficiatur, dum appetitus, qui, priusquam caſtigaretur, ipſas Dei conſolationes cum ſenſus rebellione recepit, depreſſus poſtea Deum magis ſpirituali & ſanctitati ejus convenientiori modo excipit: quod intellectus circa ſui ipſius & Dei cognitionem illuminetur: quia, ut Iſaias (*cap.* 28. *v.* 19.) ait, *vexatio intellectum dabit auditui:* afflictiones enim & anguſtiæ arctorum inſtar cribrorum intellectum non modo ad cognoſcendas animæ imperfectiones, ſed & ad penetrandas ſublimes Dei perfectiones exacuunt, attenuant, & aptum reddunt. Videbit, quod voluntas inter mille conflictus corroboretur: nam ſicut quercus in alti montis vertice a ventis exagitata profundiores radices mittit, illa ſic interius repugnantiis, & exterius a dæmonibus, & hominibus oppugnata in virtutum omnium exercitatione

profundius radicatur. Videbit paucis, anima per has purgationes a vita ſenſ vitam ſpiritus transferatur, ſive quod miſera prius per ſuam ad ſenſibiles ſp delectationes adhæſionem ſenſitiva fact poſtea ſublato, & mille modis morti omni ſenſibili tota ſpiritualis fiat it per mentis intelligentias, & liberos v tatis actus, in quibus ſpiritus puritas ſiſtit, deinceps operetur. Interea hic ctor non intermittat conſiderationem utilem, quantopere ſcilicet viæ noſt viis domini differant. Certum eſt, non ſit inventurus ullam perſonam, ſpinoſas has vias ingrediens ſeſe non ditam credat: & tamen ex altera parte tum eſt, quod tunc veram ſalutis, & fectionis, imo etiam contemplationis, men ad eam deſtinetur, viam ingred

52. Notet tamen director, quod omı adeo pretioſi, & adeo copioſ ritus fructus nequaquam ab omnibus ii gatione conſtitutis animabus percipiaı ſed ab iis ſolummodo, quæ inter ar tes, tentationes, conflictus, & tribulat Deo fideles permanſerint, & in ejus tio immobiles, ac conſtantes perſeve rint, prout Apoſtolus (1. *ad Cor.* 1 58.) docet: *ſtabiles eſtote, & immobiles;* *dantes in opere Domini ſemper, ſcientes*

labor veſter non eſt inanis in Domino. Verum in hoc ipſo verſatur difficultas hoc opus hic labor eſt, quia quædam dantur animæ, quæ hujusmodi probationum experimento expoſitæ, ocyus perterreſiunt, animo cadunt, retrocedunt, & ab utili ariditate ad vituperabilem teporem tranſeunt. Hæ per purgationes in ruinam deturbantur, ſed ex propria duntaxat culpa. Aliæ dein dantur, quæ tam turpiter victas manus non dant: confligunt, ſed modico cum robore: modo in animi conſternationem demerguntur: modo ſancto cum ardore reſurgunt: ſunt cæleſti ſuo regi non omnino infideles, ſed neque plene etiam fideles. verbo non ſunt milites fortes, ſed imbecilles. Hæ enumeratos ſpiritus fructus plene non reportant, & ad præparatum ſibi perfectionis, & forte etiam contemplationis gradum nunquam perveniunt, niſi tamen generoſiores effectæ majori animo ſe ipſas oppugnare, & cum hoſtibus ſuis confligere inciperent. Quapropter ut Director animas his purgationum periculis expoſitas dirigere & animare ſciat, utilia diverſi generis monita ſequenti capite ſubjiciam.

CAPUT VI.

Monita practica pro directore a
te dirigendas animas, in purgativis his
tatibus a Deo conſtitutas.

53. Animarum in purgativis his ar tibus afflictarum regimen me dem judicio, ſi non omnig magna ſaltem ex parte ab eo pende quis doctrinam capite tertio expoſitam intelligat: quamobrem & eam utpote mi circa bonum ſequentium monitoru ſum momenti hic denuo inculcatum doctrina hæc autem in eo conſiſtit, dictæ ariditates, licet totum hominen fuſcare videantur, tamen neutiquam tus, ſed ſenſus duntaxat ariditates Principio hoc rite penetrato, jamjam i tum eſt filum, quo anima afflicta cum gno ſuo emolumento ex inquietudinu anguſtiarum labyrintho extrahi poteſ xi, quod ſit ariditas ſenſus; quia phantaſ ſcuratur, ratiocinatio perditur, & per c quens etiam non modo ſenſus internus a hæret, & exſiccatus, ſed totus etiam ſenſ hominis appetitus devincitur, opprimit exinanitur. Nec hæc phantaſiæ obtenebra ratiocinii perditio ita intelligenda ven ſi homo nullam amplius in oratione

in

maginationem, nec ullum ratiocinationis ;enus formare poſſet, ac ſtipitis & trunci nſtar ſtupidus permanere deberet: ſed in ılio magis proprio, & veritati magis conſentaneo ſenſu venit intelligenda, quod ſcilicet ariditatum tempore lumine claro phanaſiæ ſublato potentia hæc in tenebris hæeat, ita ut imaginationes non niſi valde obſcuras & imperfectas producere valeat, & it ratiocinationes modo valde lento, ac pigro atque cum modica propriorum objectorum penetratione procedant: & hoc ſufficit, ut ſenſus interior aridus & ſolatio deſtitutus maneat, utque in vero quodam ſenſu dici poſſit, perſonam ad meditandum inhabilem eſſe redditam. Dixi etiam, quod hæ neutiquam arididates ſpiritus ſint; imo quod hic tunc ſimplicem & puram quamdam lucem recipiat, vi cujus anima ad perfectiorem operandi modum transfertur, licet ipſa ob contractam ex adhæſione ad ſenſus craſſitiem ab initio lumen hoc non animadvertat. Lux hæc veræ contemplationis principium eſt (ſi tamen ariditas ad doni hujus infuſionem ordinetur) ita, ut anima ejus ope certa cum quiete ac interiori refectione in Deo defixa permanere poſſit: id quod tandem aliud quam Deum contemplari non eſt. Si ariditas autem non ut diſpoſitio ad contemplationem superveniat, unc pura, ac inſenſibilis, quam Deus pro tempo-

pore infundit, lux ad meditationem pertinet, ac ad hanc magis perficiendam ordinatur ita, ut afflicta anima tunc multos conformationis, humilitatis, ac ſubjectionis actus elicere poſſit, ut mox videbimus.

54. MONITUM PRIMUM. Si Director animam profundæ ariditati immerſam non amplius meditari poſſe videat, eam ad id non adigat, ſed aliis occupationibus diſtineat. Sciendum, quod tales perdito circa res divinas omni ſenſibili actu, ſupernaturalia objecta menti repræſentare conentur, & ad affectum quemdam excitandum circa ea ratiocinari ellaborent, eoquod hoc non obtento ſe non amplius chriſtianos & certo perdendos eſſe opinentur. Verum miſelli hallucinantur, quia via imaginationis, ratiocinationis, & meditationis ipſis occluſa, aut ita ſaltem impedita eſt, ut per eam ingredi ipſis non amplius conducat. Si miſeri hi dein incidant in manus directoris, qui eorum ſtatum non intelligit, infelices illos! unum enim aut alterum, ut S. Joannes a Cruce ait, certo continget: vel enim retrocedent, vel progredientes parum proficient: ſiquidem magiſter inexpertus ipſis dicet, quod hoc a tepore & peccatis proveniat: omnes eorum defectus ipſis ponet ob oculos, & concludet, in horum pænam benignam Dei manum ab eis recedere: nec deerit forte,

qui

ii totam hanc ariditatem pigræ lentituni circa applicationem ad ratiocinandum, ſanctos affectus excitandos adſcribat. Hinc iſerorum ſupplicium, anguſtia, timor, & quietudo creſcet; meditandi ſollicitudo,& ſectum ſentiendi anxietas ita augebitur, : inutilibus ſuis conatibus interea & capis & pectoris organa corrumpant, & ſanitam deſtruant, non ſine ingenti detrimen) corporis, & majori adhuc præjudicio ſpitus.

5. Igitur dilectarum harum, quæ in imaginationibus & ratiocinationibus procuo ſaltem modo ſeſe ulterius exercere equeunt, animarum regimen juxta S. Joinnem a Cruce in eo conſiſtit, ut pro temore meditationem relinquant, & meditaionis loco coram Deo ſubſiſtant, & certa uadam attentione, ac obtutu amori mixto n pace & interiori quiete ad eum converſæ perſeverent, quin diſtinctum quid in eo ognoſcere curent: (*Nocte obſc. Lib.* 1. *cap.* 10.) Nec director animas ſic otioſas permanere, & temporis jacturam facere opietur: ſiquidem ſimplex ille, amore mixtus, uietus & pacificus, quo anima in Deo deigitur, mentis obtutus aliud in ſubſtantia on eſt, niſi intelligentia, & amor, non euidem ſenſibilis, qualem prius experiebaur, ſed ſpiritualis, ac purus, vi cujus in

Deo

jam inveniebat, refectionem ita p
omni ſolamine deſtituta hæreat:
ſpiritus opera adeo ſubtilia, ac del
ut quævis ſollicitudo, & quævis a
quam modica hæc etiam ſit, ad
panda ſufficiat. Id quod citatu
declarat per ſimilitudinem homini
cellenti quodam pictore ſui imag
formari curantis: ubi notat, qu
ſi in illo ipſo actu, quo ejus effigi
ratur, vultum commovere, vel
huc modo illuc vertere vellet, a
pus turbaret. Sic ſi, dum Deus
tam, fixam, piam, benevolam, tra
& quietam, quam impertitur, cogni
anima contemplationis principium
quaſi manu elaborare incipit, illa
ſuas potentias commovere, & mod
modo ad illos affectus impellere v
dubie opus Dei turbabit, ac imped

56. Si vero ejus generis ariditas foret, ut miſera anima ne benevolam quidem hanc erga Deum attentionem conſervare poſſet, quid illi tunc agendum? En quid eidem pro hoc rerum articulo conveniat! ad Dei voluntatem in illa ſenſibilis gratiæ ſubductione ita ſe conformet, ut paratam etiam ſeſe exhibeat ad perſeverandum ſine ullo ſolamine uſque ad mortem, ſi ita ei placitum foret: cognoſcat ſuam miſeriam, deprimat ſe, exinaniat ſe coram Domini majeſtate, & forti cum ſpe ac firma cum fiducia Deo ſe committat ſciens, quod animas, quæ ſincero eundem corde quærunt, nunquam perire patiatur. Si hæc omnia per actus ſenſibiles evincere nequeat, exequatur ea ſaltem per nudos, & ſiccos voluntatis actus, qui, quanto nobis minus delectabiles ſunt, tanto gratiores Deo eſſe ſolent. Si pænitens dicat, ſeſe tales actus ore quidem, nullatenus corde elicere, reſpondeat ei, ut deinceps eadem ratione duntaxat operari pergat; ſi cor enim ſenſibilibus ſuis affectibus ſono linguæ non reſpondeat, certe tamen voluntas inſenſibilibus ſuis actibus eidem reſpondet; & hoc ſufficit. Paucis, non ſupereſt excuſatio, vi cujus a ſanctorum horum & proficuorum actuum exercitatione ſeſe eximere poſſunt; quia Deus juxta ſuperius declarata in ariditatibus, qualescunque illæ dein ſint, ſem-

per ſimplicem, puram, & ipſi etiam, quæ eam recipit, animæ quaſi incognitam intellectualem lucem impertitur, vi cujus illa virtutum actus elicere poteſt. Si jam dicta lux ad donum contemplationis pertineat, poterit anima (ſaltem in purgationum progreſſu) cum benevola attentione coram Deo perſeverare, & dicto modo contemplari. Si vero lumen illud ad donum meditationis ſpectet, anima eundem mentis obtutum in Deo ſtabiliter defixum equidem conſervare non poterit; ſed poterit tamen eodem puro lumine adjuvante ſeſe conformare, humiliare, ſperare, offerre, ac alios hujuſcemodi ſtatui congruentes actus elicere. Imo omnes animæ in his ariditatibus poſitæ (ſive contemplari poſſint, ſive non) identidem ſe debent exercere in prædictis actibus, utpote in quibus totus purgationis earum profectus conſiſtit.

57. MONITUM SECUNDUM. Director vix inveniet animam in ariditate tabeſcentem, quæ non a Deo derelicta ſibi videatur, & propterea non etiam puſilli paulisper animi, ac dejectæ mentis eſſe deprehendatur. Caveat tamen, ne erroneis his illarum apprehenſionibus ullam fidem habeat; ſed derelictiones inferioris & ſenſitivæ partis ab iis, quæ ſuperiorem ac rationalem attingunt, diſtinguere ſciat. Concedat eis,

quod

quod in inferiori, & viliori abjecti ſenſus parte ſint derelictæ; cum huic revera nullum amplius a Deo ſolamen communicetur; at nullo unquam tempore eis concedat, quod in ſublimiori ac nobiliori, quæ rationalis eſt, parte deſerantur; quandoquidem quoad hanc Deus eis magis aſſiſtit, quam antea: licet id efficiat occulto quodam modo per lucem intellectualem ipſis ignotam: eoquod ejusdem utpote valde ſpiritualis ſentiendæ, & diſcernendæ necdum capaces ſint. Imo conſoletur eas, dicatque, quod a Deo in ſenſu derelinquantur, ut in ſpiritu promoveantur, quodque Deus certum circa ſpiritualia ſenſum eas habere nolit, quia vult, ut hac ratione abſque ullo illicio præclariori cum virtute operari incipiant.

58. MONITUM TERTIUM. Notet etiam director, nullam pariter fidem ejusmodi animabus eſſe præſtandam, dum dicunt, ſeſe nec orationem facere, nec mentem ad Deum elevare, nec auxilium in ſuis neceſſitatibus amplius efflagitare poſſe, id quod ipſis aliquale ſaltem levamen foret. Verum eſt, quod eodem ardore, & eadem facilitate, qua prius orare conſueverunt, preces ſuas non amplius perſolvere poſſint: ſed per voluntatem hæc omnia poſſunt; tum quia libera eſt ut antea: tum quia a Deo peculiaribus, licet occultis, ut paulo ante di-

ſtum eſt, auxiliis adjuvatur. Imo huic ariditatum tempori vel maxime proprium eſt orare, petere, ſuas afflictiones Deo exponere, proprias miſerias ei ob oculos ponere, vocem ad cælum levare, exclamare, veniam petere. Prout Redemtor noſter egit in horto Gethſemani, ubi triſtitia & tædio ad extremam agoniam redactus orationem non intermiſit, ſed heroa cum conſtantia diutius continuavit: *factus in agonia, prolixius orabat* (*Lucæ* 22. *v.* 43.) Et prout in ejuſmodi ſiccitatibus fieri debere S. Laurentius Juſtinianus docet: *Tunc quidquid meditanti offertur, deſipit; quidquid cogitare diſponit, inconcuſſum præ ariditate ſpiritus derelinquit: nihil ſapit, nihil delectat, nil reperitur, quod paſcat affectum: quin potius ubique tenebræ denſiſſimæ palpantur, ubique ſterilitas ſentitur, quaſi prius nihil dulce guſtatum ſit: fiunt quoque intus fragores, tonitrua, coruſcantes immiſſiones per angelos malos, ut avertant a ſua ſtabilitate animum, faciantque illum ab oratione ceſſare. Eo autem tempore, quo hæc fiunt, orationis actus prætermittendus non eſt, ſed perſeveranter cuſtodiendus.* (*Tract. de perf. monaſt. cap.* 18.)

59. MONITUM QUARTUM. Director afflictas purgativis his ariditatibus animas inveniet, quibus videbitur, quod non ſolum orare nequeant, ſed quod ne ullum qui-

quidem virtutis actum elicere valeant: tot nempe repugnantiæ, difficultates, & interiores contradictiones in virtutum exercitatione ipſis occurrunt: Nec id eum ullatenus mirum habeat: quia S. etiam Paulus, licet ad ſpeculandam Dei gloriam in tertium uſque cælum raptus, dicere coactus fuit: *velle adjacet mihi: perficere autem bonum non invenio.* (*Ad Rom.* 7. *v.* 18.) Notet tamen director, impotentiam hanc in ejuſmodi animabus non dari. Quod evincere nequeunt, in eo verſatur, quod partem inferiorem cum ſuperiori, ſeu ſenſum cum ſpiritu conciliare non poſſint. Hoc obtinere non poſſunt, ut irritatus tanta ariditate ſenſitivus appetitus bonæ earum voluntati non contradicat. Verum hoc virtutum exercitationi nullatenns obeſt: quia ut quis bene & cum merito operetur, ſufficit, quod voluntas ſenſus repugnantiis ſeſe opponat, obviam procedat, & non juxta effrenes ejus appetitiones, ſed juxta ſanæ rationis ac fidei dictamina operetur. Ita S. Thomas citata Apoſtoli verba declarat: *ſcilicet per gratiam jam reparato, & ex operatione divinæ gratiæ: per quam quidem gratiam non ſolum volo bonum, ſed etiam aliquod boni facio, quia repugno concupiſcentiæ, & contra eam ago ductus ſpiritu: ſed non invenio in mea poteſtate, quomodo illud bonum perficiam, ut ſcilicet totaliter concupiſcentiam excludam* (*Lect.* 3.)

3.) Quapropter director hujuſmodi animabus animos addat inquiens, quod, ſi magnas, quas in bonis operibus experiuntur, difficultates vincant, earum actibus nihil meriti, nihil ſplendoris auferatur, generoſe ergo ſenſum rebellem oppugnent, & certi ſint, quod tunc plus boni præſtent, cum nihil boni facere ſibi videntur.

60. MONITUM QUINTUM. Director in alias etiam animas incidet, quæ in magnæ ariditatis ſtatu de conſuetis orationibus nec minimum quid omittunt: ingenti fortitudine cum partis ſenſitivæ repugnantiis luctantur, easque magno animo devincunt; interea tamen afflictæ vivunt; eo quod credant, hujuſcemodi opera bona cum tanta difficultate, & absque ullo ſenſu peracta coram Dei, cui placere deſiderant, oculis eſſe frigida, inſipida, ac nullius prorſus pretii. Hic directorem monitum volo, quod his animabus ſolamen, prout oportet, afferre non poſſit; niſi eas ab errore liberet, monſtretque, quod virtutum actus, omni ſenſibili exſpoliati, imo cum internis contradictionibus eliciti majoris coram Deo pretii, eique acceptiores ſint, quam alii illi, qui cum magna delectatione, & ſenſibili ſapore producuntur. Quapropter eis dicat, quod precum noſtrarum meritum (præcipue ſaltem & in cauſſa) non conſiſtat in

ſa-

ıpido & pio ſenſitivi appetitus affectu; E. . in illa teneritudine, aut dulci ardore, uem cor in amore Dei perſentiſcit: ſed uod conſiſtat in actibus noſtræ voluntatis, ui, ſpirituales cum ſint, ſentiri ne quidem oſſunt. Ratio eſt clara; quia ſola volunıs præclaram illam ad omne meritum ſie remiſſione neceſſariam dotem in ſe conıet, quod ſcilicet in ſe ipſa, & immediate uoad ſuas operationes libera ſit.

ı. Addat, quod coram Deo nequaquam ii actus maximi ſint pretii, qui ıagis ſentiuntur, ſed ii, qui majori cum erfectione, & majori cum vigore liberæ oſtræ voluntatis peraguntur. Tandem conludat, quod tales omnino ſint virtutum ctus, qui in mediis acerbiſſimis ariditatius exercentur; primo quia voluntas tunc onum operatur non ex impulſu conſolatinis, aut ſuavis cujusdam ſenſus, ſed ex ɔlo deſiderio virtutis, ſiquidem ex ejus orde omnis affectio jam eliminata fuit: ːcundo quia voluntas, eoquod tunc temoris partis ſenſitivæ repugnantias ſuperare ebeat, actus virtutum elicere non poteſt, uin magnam ſibi vim inferat: ſi vero ſii vim inferat, majori utique intenſione, : ſpiritus vigore uti oportet. Ex quius conſequitur, quod actus boni ariditas tempore eliciti ex eo, quod ordinarie

mum ſumere poterit ad omnes pa
rioris repugnantias ſuperandas, a
ſtanter perſeverandum in clibano
num, quamdiu Deo eam ibi e
placuerit; & hoc ipſum Deus ab
derat.

62. MONITUM SEXTUM. Tanden
ri aliæ adhuc occurrent
quibus videtur, quod & ariditate
in orationibus experiuntur, & diff
quas in virtutum exercitatione pe
ſubenti animo tolerare vellent,
tum propter peccata præterita, t
ter defectus præſentes harum omn
ſa forent. Quod ſe ipſas autem
mali, quod ſentiunt, eſſe videant
ritur, quod continuo angantur, t
& purgationem ſuam cum pace

catis præterito tempore perpetratis præſentes ariditates ſuam originem trahant, quodque Deus per eas tanquam per aſperam limam tot priorum culparum ſcoriam abſumere velit. Sed quid inde? num eas inquietari? num turbari? num forte ſua eas propterea non contentas vivere oportet? haudquaquam: ſed affectus prorſus oppoſiti inde ſunt eliciendi: animi demiſſionem debent concipere ex eo, quod ſe reas agnoſcant; caput tenentur demittere ex eo, quod ſeſe hujusmodi flagella meritas videant: cum omni pace conformare ſe oportet ad divinam voluntatem, quæ in ipſarum bonum tanta æquitate eas affligit: cum animi quiete repetenda ipſis ſunt verba, quæ Eliu Jobo (*cap.* 33. *v.* 27.) ſuggeſſit: *Peccavi, & vere deliqui, & ut eram dignus non recepi*, plura adhuc mererer. Conſiderent pænas in altera vita promeritas: nec inſolitum ipſis videatur, quod Deus æterna inferorum ſupplicia & atrocia purgantium flammarum tormenta ipſis in modicum purgatorium terreſtre commutet. Abſque ulla etiam contradictione eisdem concedat, quod ariditates oriantur, vel ſaltem protrahantur, a quotidianis earum defectibus. Verum num ideo eas turbari? num curis confici? num animis concidere? num inquietas vivere convenit? Imo contrarium prorſus inde conſequitur: pænitentiam agere,

gere, ſe ipſas deprimere, in conſideratione propriæ fragilitatis de ſe ipſis penitus diffidere, in Deo omnem ſuam ſpem collocare, & ſine diffidentia, ſine triſtitia, ſine inquietudine, ac ſine animi dejectione aperto corde in divino dein ſervitio progredi debent. Rei exemplum Jobus nobis ob oculos ponit, utpote qui acerbæ purgationis ſuæ tempore ob quemdam defectum in loquendi modo admiſſum a Deo correptus, nec turbatus, nec conſternatus, nec animo dejectus eſt: ſed ſe ipſum animo demiſit, & ex intimo corde doluit, inquiens: *Ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla, & cinere.* (*cap.* 42. *v.* 6.)

63. MONITUM SEPTIMUM. Ante omnia attendat director, ne animæ ingentibus ac moleſtis ariditatibus excruciatæ conſuetas orationes, frequentem ſacramentorum uſum, afflictationes corporis, ac ſolidarum virtutum exercitationem intermittant; quæcunque demum vel repugnantia vel difficultas eas abſterrere vel retardare nitatur: quia in hoc profectus earum ſubſtantia conſiſtit, & neutiquam in recuperatione jucundi & pii ſenſus, de cujus privatione tantopere dolent. Invigilet, ut in profunda ſui ipſarum cognitione continuo ſe magis demergant, utque vilem ſui ipſarum exiſtimationem ex uſitata hoc in ſta-

tu

ı propriarum miſeriarum præſentia, ac ex-
'rientia ſemper hauriant. Curet, ut in vo-
ntate Dei quietæ, & æquanimæ ſemper
rſiſtant ita, ut de afflictionum ſuarum fi-
ne cogitent quidem, crucem ſuam etiam
que ad mortem portare paratæ; hos e-
m fines Deus conſequi cupit, dum eas
harum afflictionum clibano torquet. Præ-
imis caveat, ne in diffidentias, conſter-
ıtiones, & animi abjectiones prolaban-
ır; cum hi defectus proſpero purgationum
.cceſſu omnium maxime opponantur. Ra-
o eſt manifeſta. Spes in anima eos ipſos
roducit effectus, quos ſpiritus vitales in
ɔrpore progenerant, voluntati ſcilicet, ad
irtutum exercitationem vires ſuppeditat
: robur. Jam ſicut corpus ſpiritibus deſti-
ıtum, ac prorſus exhauſtum incedere ne-
ıit, imo quandoque labi cogitur, ſic ani-
ıa, in qua ſpes deficit, in via perfectio-
is nec ingredi nec progredi poteſt, ſed
eceſſario langueſcere, & inter tot, quæ
er aſperam hanc purgationum viam occur-
ınt, offendicula identidem impingere &
ırpiter cadere debet. Et ego revera cre-
), quod animarum, quæ in mediis his pur-
ıtionibus lenteſcunt, retrogrediuntur, &
'o eo, ut perficerentur, pereunt, ruina
ınquam non a defectu ſpei proficiſcatur;
ıia virtute hac vel ſublata vel debilitata,
ıllus amplius ad pugnandum vigor, nul-

 lum

lum ad vincendum robur, nullæ in ade ſcabroſa præcipue via ad progrediendum v res ſuppetunt. Quapropter director vigi oculo opus habet, ne anima omni ſolami ne deſtituta diffidere, & conſternare inci piat: eveniat, quidquid unquam evenire po teſt: contingat, quidquid contingere poteſ in Deo ſemper ſperari oportet: quia nec da tur, nec dari poteſt ratio de ingenti eju bonitate diffidendi, & non firmiter inni tendi claris ejusdem promiſſis, quod ſcili cet, ſi vera fide ad eum confugiamus, nobi ſubventurus ſit. Hunc ipſum in finem hu jusmodi pænitentibus ſemper animos ad dat, & cor continuo dilatet: promittat eis divinum auxilium, & ſecuros eos reddat, quod in præſenti vita magnam perfectio nem, & in altera ingentem gloriam a Dei conſecuturi ſint, ſi in his, quæ Deus de ip ſis capere vult, experimentis fideles per ſtiterint: prout S. Bonaventura, de affl ctis ejusmodi animabus loquens, opport ne dicit: *Miſericors autem Deus! quo di cilius quis in tentationis pugna certaverit, magis perfectionis gratiam recipiet in præſ & majoris gloriæ præmium in futuro.* (l 4. *Relig. cap.* 6.) Tandem moneo a Directorem, quod documenta ultimo numero tradita non ſolum ariditatibu quibus hactenus egimus, ſed etiam purgativis remediis, quæ poſteriorib

pitibus pertractabimus, conveniant: quapropter in omnibus paſſivis purgationibus continuo ob oculos ſunt habenda.

CAPUT VII.

Alterum, quo Deus in purgatione ſenſus utitur, remedium declaratur: ſcilicet moleſtiſſima dæmonis obſeſſio, quam Deus animabus has inter purgationes permittit; quid hæc ſit, explicatur, & quatenus ejuſmodi animabus conveniat.

64. Sicut bellidux hoſtilem civitatem non modo obſidione cingere, copiis ſuis circumdare, atque ferro, igneque torquere, ſed & victricibus ſignis ingredi, ac plenam ejusdem poſſeſſionem adire poteſt; ſic dæmon juratus hoſtis noſter hominem non modo obſidere, & exterius innumeris modis moleſtare, ſed etiam abſolutam ejusdem (quoad corpus ſcilicet, non quoad animam) poſſeſſionem adipiſci poteſt. Et licet tam in italico quam in latino idiomate a Dæmone obſideri & poſſideri idem ſonet: ut ex verbo *obſeſſus* patet, utpote quod in utroque idiomate energumenum ſeu a maligno ſpiritu poſſeſſum indicat: nihilominus inter unum & alterum magna intercedit diffe-

ferentia: id quod & ſcholaſtici, & myſtici Theologi perbene agnoverunt, inter quos Alardus Gazæus ita ſcribit: *communis Theologorum diſtinctio hoc diſcrimen ſtatuit inter obſeſſos, & poſſeſſos; quod in his ſit dæmon, ſicut erat in ſtatuis idolorum non nunquam; illos vero extrinſecus tantummodo divexet, obſideat, aut comitetur.* (*ad cap.* 11. *collat.* 7.) Diſcrimen hoc autem a nobis multo magis in materia purgationum agnoſci debet: cum obſeſſio ſive circumſeſſio diaboli propria ſit animabus, quas Deus purgare & ad perfectionem, ac ut plurimum etiam ad contemplationem elevare vult, poſſeſſio dæmoniaca autem ejusmodi animabus proprie non conveniat. His poſitis lector jam perſpiciet, quam neceſſarium ſit, ut diſcrimen inter communis inimici circumſeſſionem, & obſeſſionem intercedens pluribus ob oculos ponam; ut moleſtiſſimos infernalis hujus obſeſſionis effectus poſterioribus capitibus clarius inſpicere poſſit.

65. Poſſeſſio dæmoniaca ſolis energumenis propria eſt *peculiaris poteſtas aut ſupremum quaſi dominium, quod dæmon in perſonæ cujusdam corpus, ſenſus, & humores ita acquirit, ut quæcunque hominis contradictio, ac repugnantia poteſtati huic fruſtra obnitatur.* Si lector verba hæc rite perpenderit, videbit, quod ad hoc, ut quis a dæmone poſſeſſus

di-

poſſit, non ſufficiat, quod inimicus cor-
ejus ingrediatur, & noxios æternæ e-
ſaluti effectus ibi producat; ſecus enim
ıes nos energumeni eſſemus: cum in
orbe reperire non erit hominem, cu-
corpus ſtygius veterator non ſubinde
rediatur, ut per vitioſorum humorum
ımotionem, & pravarum ac ſceleſtarum
:ierum excitationem ſuas ibi technas fa-
:et. Dæmoniaca poſſeſſio plura requirit,
ſcilicet dæmon non modo corpus ingre-
tur, ſed & ibi ſe detineat cum domi-
in illud, & cum poteſtate de ejus ſen-
ıs, & humoribus (permittente tamen
) ad libitum diſponendi. Ita S. Tho-
s. (*Quodlib.* 1. *art.* 4.) *Ita ut per operati-
n non intelligatur ſola motio; ſed quæcun-
unitio, qua ſua virtute ſe corpori unit, præ-
ndo, vel continendo.* En S. Doctor ad
ſeſſionem dæmoniacam requirit, ut dia-
us corpori uniatur, præſideat; illudque
ıtineat, ſeu ſibi ſubjectum teneat: id quod
ıd non eſt, quam ſupremam quaſi in il-
poteſtatem exercere.

Tyrannica hæc, quam dæmon in cor-
pora humana a ſe poſſeſſa exercet,
eſtas ex ſacra novi teſtamenti hiſtoria
nifeſte colligitur, & ſpeciatim ex puero
, a Redemtore (*Matth.* 17. *v.* 14.)
rato, quem dæmon modo in ignem,
mo-

modo in aquam conjecerat: *Nam ſæpe cadit in ignem, & crebro in aquam*: & ex muto illo, item ex muto & cæco ſimul, utroque energumeno, quibus dæmon noxiis humoribus, aut aliis malignis artibus organum viſus & linguæ corruperat: *Ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem, & ejecto dæmonio, locutus eſt mutus.* (*Matth.* 9. *v.* 32.) *Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus, & mutus, & curavit eum.* (*ibidem cap.* 12. v. 22.) Tandem ex duobus miſeris illis, quos idem Evangeliſta (*cap.* 8. *v.* 28.) commemorat, quique a malignis ſpiritibus correpti in cavernis montium ferarum inſtar habitare cogebantur, ac tam in ſe ipſos, quam in omnes alios, quotquot per publicam illac viam forte tranſibant, crudeliter agebant: *occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſævi nimis, ita ut nemo poſſet tranſire per viam illam.* Quis jam in dubium revocare poterit, quin dæmon in horum, & aliorum a Chriſto ſanatorum energumenorum corpora poteſtatem prorſus ſingularem fuerit conſecutus? ſiquidem eorum & ſenſibus, & humoribus, & membris adeo perperam uſus fuit.

67. Lector etiam obſervaverit, quod in dæmoniacæ hujus poſſeſſionis definitione ſemper de corporibus, quin ullam de

ani-

anima mentionem injicerem, fuerim locutus: quia ſpiritus infernales ullum in hanc dominium neque habent, neque habere poſſunt, ne in iis quidem caſibus, quibus illis omnis in vile corpus poteſtas conceditur: imo ne ingredi quidem *immediate* poſſunt rationales hujusmodi animarum potentias, ut perturbationes inibi excitent: cum hæ pænetralia ſint ſemper clauſa, & non modo infernalibus ſpiritibus, ſed ipſis etiam cæli angelis inacceſſa. Dixi tamen *immediate*, ſignificaturus, quod, licet dæmon ſpiritualibus energumenorum potentiis pedem immittere nequeat, eas tamen per phantaſiam vel omnino impedire, vel ita alterare poſſit, ut cum libertate in ſuis actibus non procedant.

68. Nemo non ſcit, quod intellectus noſter, quamdiu corpori unitus eſt, quin ab imaginativa potentia pendeat, operari nequeat. Quapropter ſi hæc vel impedita ſit, ut in dormientibus, in quibus potentia hæc ſopita eſt, accidit: vel alterata ac corrupta, ut in ſtultis contingit: vel penitus turbata, ut in ebriis & furioſis evenit: intellectus ſpirituales ſuos actus non amplius poteſt producere, & quod conſequitur, neque voluntas actus ſuos liberos. Jam ſicut dæmon plenam phantaſiæ, utpote potentiæ corporeæ poſſeſſionem habet,

ſic eam etiam ſopire, perturbare, ac magna vivacitate accendere poteſt: unde & anima vel intellectu uti non poteſt, vel ſi eo utatur, cum libertate operari nequit. Sic videmus, quod energumeni a dæmone exagitati quandoque in inconditos clamores, incompoſitos geſtus, & verba impia prorumpant: interrogati dein de his, quæ fecerunt, aut dixerunt, nullius prorſus recordantur: id quod manifeſto indicio eſt, phantaſiam tunc ſopitam fuiſſe. Alios dein videmus, qui inſuperabili impetu ad actus feroces impelluntur, prout duobus illis energumenis in Evangelio contigit, qui moloſſorum inſtar in viatores irruebant: quod clare indicat, eos per phantaſiam, & vehementes paſſiones a dæmonibus fuiſſe abreptos ad crudelitates illas, quibus vel nullam vel valde imperfectam ſubfuiſſe libertatem merito credere poſſumus. Ita ut jure inferam, dæmonem, etſi ſpirituales energumenorum potentias ſubire nequeat, nec ullam in eas poteſtatem habeat, multa tamen per phantaſiam tyrannico ejusdem imperio ſubjectam in iis operari poſſe. Ita Sanctius doctiſſimus interpres docet: *Experientia compertum eſt, idque a dæmoniacis ſæpius audivimus, interdum ſic a dæmonibus eſſe correptos, ut nihil norint, aut ſentiant; interdum cum integris ſenſibus & mentis & rationis omnino compotes, agi tamen ita vehementer*

in rem aliquam indecoram, & turpem, ut ſi impotes ſui ferantur ad ea, quæ propo- tur animo, præcipites. (*in* 1. *Regum cap.* 18.

Tandem moneo, quod in definitione ſuperius poſita calamo neutiquam u exciderint ultima illa verba, quibus i hæc omnia ita contingere, ut quæcun- e hominis a dæmone poſſeſſi contradictio, repugnantia poteſtati illius fruſtra obni- ur. De induſtria hæc appoſui, ut ener- menos diſtinguerem ab infelicibus illis, i dæmonem intra ſeſe ita circumferunt, eum per ſceleſta & impia pacta ipſi ad- caverint. Talis erat Pythoniſſa a Saule con- ta, dæmonem, a quo ſuo tempore reſpon- accipiebat, in pectore geſtans. (1. g. *cap.* 28.) Talis erat Pythoniſſa altera, Paulo (*Act.* 16.) liberata, quæ cum ulta populi admiratione, & non ſine do- inorum ſuorum quæſtu dæmonis, quem cum habebat, ope arcana revelabat. Et lis etiam Socrates erat, qui teſte D. Au- ſtino (*Lib.* 8. *de civit. Dei cap.* 18.) a neris annis dæmonem ſibi familiarem cir- umtulit, quem in dubiis ſuis conſulebat, ; a quo reſponſa accipiebat. Hi omnes on fuere energumeni: nam licet dæmo- em in ſinu ſuo haberent, eum tamen on ut inimicum contra voluntatem intru- m ſuſtinuerunt, ſed ut amicum, & do-

meſticum, pactis iniquis invitatum ſuſpexerunt.

70. Præmiſſa brevi hac, ſed magni momenti notitia circa poſſeſſionem dæmoniacam dico, quod poſſeſſio hæc ad purgationem ſenſus, de qua Tractatu hoc ratiocinamur, neutiquam ſpectet, ſive quod non pertineat ad eas purgationes, quæ ad animæ perfectionem, & valde frequenter etiam ad divinæ contemplationis infuſionem ordinantur. Aſſertum hoc meum duabus veritatibus ſuperſtruo. Prima eſt, quod Deus dæmoniaca poſſeſſione affligere non ſoleat animas bonas, quas perficere cupit: bene animas nocentes, quas punire deſiderat. Altera eſt, quod ejusmodi poſſeſſio non videatur remedium opportunum ad perfectionem animæ impertiendam, & multo minus ad cæleſtem contemplationem infundendam. Primam veritatem corroboro authoritate S. Pauli, qui inceſtum illum Corinthium dæmoni tradidit: *Jam judicavi ut præſens - - - tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis* (1. *Cor.* 5. *v.* 5.) quique etiam Hymenæum, & Alexandrum perfidos blaſphemos dæmonis poteſtati reliquit: *Ex quibus eſt Hymenæus, & Alexander, quos tradidi Satanæ, ut diſcant non blaſphemare* (1. *Tim.* 1. *v.* 20.) Nec pæna hæc, ut non nulli interpretum opinantur, mere ſpiritualis fuit;

verum ſupplicium corporale, vi cujus elices illi a dæmone poſſeſſi, & mille dis in ſuis membris exagitati remanſe-; prout ſacri interpretes communiter do-nt cum S. Thoma, qui hanc in rem ita quitur: *Mandavit ergo Apoſtolus Corinthiis, ejus auctoritate tradere prædictum fornica-m Satanæ corporaliter vexandum.* (*Lect.* 1. *cap.* 5. *ad Corinth.* 1.) & Lectione quar-a idem repetit in hæc verba: *Fuit excom-municatio Apoſtoli tantæ virtutis, quod excom-municati mox corripiebantur a diabolo, & cor-poraliter vexabantur.* Unde jure deduci po-eſt, quod dæmoniaca poſſeſſio ex ſua na-ura ad caſtigationem ſceleratorum, & vin-ictam lapſuum ordinetur. Id ipſum au-ctoritate patrum confirmare poſſem. Sed co omnium S. Auguſtinus ſufficiat, qui oc iisdem quaſi nobiscum verbis affirmat, um dicit, quod dæmon neminem ſuperet, crudeli ſuo dominio ſubjiciat, niſi reum eccati: *non enim aliquem vincit, vel ſubjugat, iſi ſocietate peccati* (*de civit. Dei Lib.* 10. *cap.* 2.) Et ratio mihi manifeſta videtur: uia ſane rationabile, & valde juſtum eſt, t qui ſeſe dæmoni quoad animam ſubje-it, & ſervitutem ejus per culpam ſponte ıbiit, illi quandoque etiam quoad corpus ıbjaceat, ac crudelitatis ejus effectus ſen-bili etiam modo experiatur: ut ſic cauti-r ac circumſpectior redditus diſcat, tyran-

ni adeo immitis manibus propriam
mam nunquam amplius committere.
ut & alii alienis impenſis diſcant ti
peccatum, quod eos etiam in hac a
vita miſeros reddere poteſt.

71. Altera, quam ſupra attigi, ver quod dæmoniaca poſſeſſio ne quam idoneum ad perfectionis, & n adhuc minus ad ſupernaturalis ac in contemplationis conſecutionem remediur clara hac ratione evincitur, quod chi ana perfectio a libero & continuo Chi anarum virtutum exercitio pendeat; e. citium hoc autem per diaboli poſſeſſioi frequenter impediatur; quia dæmon, ut pra jam oſtendimus, energumenis libertat ſæpe vel aufert, vel debilitat ac impei ctam reddit; ita ut miſeri virtutem nullatenus, vel certe non cum perfectio exercere poſſint. Quapropter neutiquam ' riſimile eſt, quod Deus animam ad p fectionem, & contemplationem elevaturus medium adeo inconveniens, ac ab inte tione & fine ſuo adeo alienum adhibe Unde omni ex parte eruitur, quod dæn niaca poſſeſſio non ſit remedium aptum purgationem ſenſus, de qua in præſens i bis ſermo eſt.

72. Verum ſatis prævideo, quod Dire op

oppoſiturus mihi ſit exemplum variarum perſonarum, quæ neutiquam culpis obnoxiæ, ſed ſanctæ, & tamen a dæmone poſſeſſæ, & miſere excruciatæ fuerunt: E. g. Abbatem Moyſen (*Caſſ. collat.* 7. c. 27.) qui in ſpirituali quadam collatione, cum Abbate Macario inſtituta, a dæmone correptus, & aſpere eo uſque tractatus fuit, ut immundus ſpiritus eum ſtercore humano ſeſe cibare cogeret: & piam ac religioſam monialem, de qua S. Gregorius (*Lib.* 1. *Dialog. cap.* 4.) commemorat, quod in domeſtico horto lactucam comedens cum modico illo cibo dæmonem deglutivit: Idem Abbatem Alexandrum (*Rosweidus in vit. S. Patr. Lib.* 10. *cap.* 32.) qui circa vitæ ſuæ finem cum monachorum, quibus magna ejus pietas perbene perſpecta erat, ſtupore a dæmone invaſus, & poſt decem tantæ tribulationis dies vita functus eſt: atque illum alium propter miracula, & prodigioſam energumenos liberandi virtutem in toto oriente celebrem Monachum (*Idem Lib.* 4. *cap.* 15.) qui a Deo & petiit, & obtinuit, ut ipſe energumenus fieret, & in earundem, quibus antea adeo formidabilis fuerat, dæmonum manus incideret: demum alios etiam Dei ſervos: de quibus Eccleſiaſtici annales referunt, quod a ſpiritibus infernalibus poſſeſſi, & magna crudelitate vexati fuerint.

tiones ad ſublimiores perfectionis gra
ficuæ (id quod ſuperius ſtabilire
mus) ſed ad plectenda quædam
rum illorum Dei ſervorum piacula
cet non gravia, ſed levia ſolumm
rint, hoc non obſtante in tanti m
minibus conſideratione digna fue
reapſe Abbas Moyſes a Diabolo in
ob aſperum, & mordax quoddam verb
eidem in illa ſpiritus collatione co
batem Macarium exciderat. Moni
mone correpta fuit ob actum gula
racitatis in dictæ lactucæ eſu a
Monachus, qui a dæmone opprim
petiit, id fecit, ut ab ingenti vani
tatione liberaretur, quæ in ejus n
tuitu prodigiorum excitata fuerat
probabile eſt, quod tentationi illi e
pabilis quædam voluntatis adhæſio

Quibus omnibus addo, quod hacte- nus recenſitæ dæmonis poſſeſſio- breviſſimæ fuerint. Abbas Moyſes per ionem ejusdem Abbatis Macarii ocyus ratus fuit: id quod & moniali per ſan- a Abbatem Equitium mox obtigit. Poſ- Abbatis Alexandri ſolis decem diebus, lla alterius ſupra citati monachi paucis ſibus perduravit. Dum paſſivæ tamen s Deus per dæmones efficit, purgatio- , ſi ad perfectionis & contemplationis ptionem ordinentur, valde diuturnæ : pluribus annis, & quandoque duobus tribus integris luſtris perdurant, ut ex- entia demonſtrat. Ita ut etiam ex hoc lo pateſiat, quod dæmoniaca poſſeſſio, rte in magni meriti, & ſingularis pro- tis perſonis contingat, ad purgationem ıs, de qua in præſenti nobis ſermo eſt, pertineat.

Quamobrem ſi director in perſonas e- nergumenas incidat, in quarum ora dæmon dominium arripuit, has ut onas in purgatione poſitas nunquam ſu- at, nec ea illis præcepta injungat, quæ ıabus in ſtatu hoc conſtitutis præſcribi ıt. Bene vero totus in eo ſit, ut per entiam, & ſubmiſſionem Deo pro præ- is culpis ſatisfaciant, ac vitæ rationem , & conſtanter emendent: ſiquidem Deus

dæmoni propter hos ipſos fines corporu humanorum poſſeſſionem permittit, in i ſaltem, quæ ad uſum rationis jam perv nerunt, & peccati capaces ſunt. Poter etiam, (ſi caritas ad id eum urgeat) pe remedia a matre Eccleſia præſcripta earu liberationem curare.

76. Jam ad obſeſſionem dæmoniacam de clarandam progrediamur, quæ ipſu illud remedium purgativum eſt, quo Deu ad animas perficiendas, & ſi non ſempe valde ſaltem frequenter ad quemdam ſupe naturalis, ac infuſæ contemplationis gradu evehendas utitur. Dæmoniaca itaque ob ſeſſio in hoc conſiſtit, quod *unus aut plur Dæmones ex peculiari Dei permiſſu perſona aliquam ad eam extraordinario modo torque dam ordinarie circumſtent.* Ut deſcriptio ha rite penetretur, ſingula ejusdem verba co ſiderari oportet. Dixi, quod dæmon eju modi perſonas circumſtet, ac circumſede ut obſeſſionem a poſſeſſione dæmoniaca d ſtinguerem: in hac enim dæmon ipſum nergumeni corpus ſtabiliter inhabitat, a in aliqua ejusdem parte, quaſi in loco, c jus dominio potitur, ſedem ſuam figit. obſeſſione dæmoniaca autem diabolus pe ſonam, quam in obſidione tenet, ſolumm do circumſtat, inſtar belliducis munime tum, quod expugnare cupit, copiis ſuis cla den-

dentis: quodque majoris momenti eſt, in corpus illius ullam nec poteſtatem, nec dominium habet. Hoc ex eo manifeſte probatur, quod finito purgationis tempore dæmon abſque exorciſmis, aut ulla peculiari ad ejus expulſionem adhibita induſtria ipſe obſidionem ſolvat, aufugiatque: id quod certe non faceret, ſi corporis poſſeſſionem adeptus fuiſſet: prout reapſe energumenorum, quorum dominium habet, corpora nunquam derelinquit, niſi ſuperiori poteſtate compulſus. Non nego, quod dæmon pluries etiam corpora eorum, quos obſidione ſua circumſidet, ingrediatur, ut vehementes inibi tentationes excitet, & atroces dolores producat, prout poſterioribus capitibus declarabo: verum ea non ingreditur tanquam poſſeſſor & dominus: ſed duntaxat tanquam inſidiator & extraneus, qui poſtquam damnum a Deo ſibi permiſſum intulit, retrocedere debet: & tunc perſona interius nullam amplius ſentit moleſtiam; licet eam exterius adhuc experiri poſſit.

77. Dixi, quod dæmon ordinarie ſeu ſtabiliter perſonam a ſe obſeſſam circumſtet, ut eam extraordinario modo torquere poſſit, quod hoc fiat ex peculiari Dei permiſſione. Hæc omnia dixi, ut obſeſſionem dæmoniacam diſtinguerem ab illis aggreſſionibus, quibus infernales inimici no-

ſtri nos omnes adoriuntur, quamdiu in hac lachrymarum valle, aut, ut melius dicam, in hoc loco conflictus degimus. Ut ea autem, quæ his verbis innuere volui, rite apprehendantur, fundamenti loco præmitto doctrinam illam Magiſtri ſententiarum, quam Theologi dein communiter receperunt: Nemo fidelium dubitat, quin Deus ad primum hominis in hoc mundo ortum illi Angelum aſſignet, qui eum cuſtodiat, per mare hoc miſeriarum dirigat, & tandem ad æternæ beatitudinis portum perducat. Eadem jam ratione Lucifer, qui tanquam viliſſima ſimia omnia Dei opera imitari attentat, omni etiam, qui naſcitur, homini dæmonem aſſignat, qui eum per totum vitæ curſum ſuggeſtionibus ſuis infeſtet, atque ad eum in ruinam deturbandum nullum non lapidem moveat. Ex quo conſequitur, quod neminem in mundo mortalium reperire ſit, qui non a dæmone hoc, ad curandam ejus ruinam deputato identidem impetatur, & variarum tentationum armis impugnetur. Verum hæc omnia ad formandam dæmoniacam obſeſſionem, aut obſidionem, de qua nobis hic ſermo eſt, necdum ſufficiunt: nam ſicut nunquam dicitur, quod hoſtis civitatem obſideat, ſi quodam duntaxat impetu eam adoriatur, ſed præterea requiritur, ut ſtabiliter ante ejus muros perſiſtat, eamque copiis ſuis quodam temporis tractu clauſam

cin-

cinctamque teneat; ſic ille ab infernali inimico obſeſſus dici non debet, qui quadam, prout cuivis fidelium accidit, tentationis aggreſſione ab eo impetitur, ſed debet ſtabiliter, & quaſi continuo innumeris modis ab eo torqueri: unde appareat, quod ejus lateri ſemper adhæreat, & in ejus perditionem continuo vigilet.

78. Præterea tormenta, quibus continuo affligitur, extraordinaria eſſe debent; quia ſicut bellidux ad hoſtilem urbem expugnandam nihil intentatum relinquit; ita & dæmon perſonas arcta hac obſidione a ſe cinctas ordinariis, quibus omnis generis homines aggredi ſolet, tentationibus pulſaſſe non eſt contentus: ſed eas torquet, affligit, exagitat, & modis adeo inſolitis excruciat, ut ei, qui multa ac diuturna hujuſmodi conflictuum experientia deſtitutus eſt, incredibiles videantur. Cum vero adverſarius noſter abſque peculiari Dei permiſſu nihil contra nos attentare valeat, inde conſequitur, quod, cum machinæ, quas animabus tanto furore a ſe obſeſſis admovet, prorſus inſolitæ ſint, etiam Dei permiſſio circa obſidionem adeo formidabilem prorſus ſingularis eſſe debeat. Et hæc omnia paucis in prædicta deſcriptione verbis comprehendi.

79. Poſtquam igitur intelleximus, quid ob-

obſeſſio dæmoniaca ſit, & qualiter a poſſeſſione differat: Dico, quod dicta obſeſſio ſit unum ex remediis purgativis, quo Deus hominem quoad partem ſenſitivam ita perficit, ut eum ſine hoc ordinarie ad altæ contemplationis gradum non perducat. Id quod pluribus comprobatur; & primo quidem authoritate ſacræ ſcripturæ. Cum Deus ſanctum Jobum ad majorem perfectionem provehere, & arctiorem dein amicitiam cum eo ſtringere vellet, in dæmonis eum manibus reliquit, qui in ejus filios, ejus ſervos, ejus bona, & propriam ejusdem perſonam crudeliter deſæviit: *Ecce in manu tua eſt* (*cap.* 2. *v.* 6.) ſed quid hoc, ſi rite conſideretur, aliud fuit, niſi terribilis obſeſſio, vi cujus inimicus eum omni ex parte ingentium malorum turma circumſedit? Ita S. Gregorius de patientiſſimo hoc viro loquens ait: *Ecce ad feriendum invictiſſimum robur inimicus ſæviens quot tentationum jacula invenit! Ecce quot obſidionum machinamenta circumpoſuit! Ecce quot perſecutionum tela tranſmiſit!* (*in Præfat. ad moral. cap.* 4.) S. Paulus de ſe ipſo dicit: *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet.* (2. *ad Corinth. c.* 12. *v.* 7.) Nec hoc aliud fuit, quam obſeſſio dæmoniaca, vi cujus Apoſtolo nec interius, nec exterius quietum eſſe licebat: non interius, eo quod vehementibus conti-

nuo impuritatis tentationibus pulſaretur: non exterius, cum a dæmone verberibus & pugnis frequenter impeteretur. Ita Cornelius a Lapide docet, *Satanam ſæpe pugnis, & verberibus Paulum (uti & aliquando S. Antonium & alios) impetiviſſe: ita ut dolor remaneret in corpore, quaſi ſtimulus ex colaphis, & plagis a dæmone acceptis: hoc enim plane, & proprie verba ſignificant. (in Epiſt.* 2. *ad Corinth.*) Circa ſtimulos carnis autem ita dein ſcribit: *Dæmon humores commovendo, ſanguinem accendendo, ſpiritus generationi ſubſervientes excitando, & inflammando, Pauli phantaſiæ turpes imagines objiciendo, concupiſcentiam quaſi ſopitam, totque laboribus, inediis, ærumnis pene mortificatam ſuſcitabat, & ad turpes libidinis motus commovebat, & acuebat.* Ubi notandum venit, quod dæmoniaca hæc obſeſſio Paulo ideo immiſſa fuerit, ut extraordinariæ contemplationis ſpiritus in eo & conſervaretur, & augeretur: prout ipſe teſtatur inquiens: *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet.*

80. Qui vero de pertinaci hac, qua dæmones animas Deo cariſſimas cinctas tenent, obſidione pluribus convinci deſiderat, pervolvat vitam S. Antonii a S. Athanaſio ſcriptam, & videbit eum longo tem-

temporis tractu circumdatum exercitibus dæmonum, qui ad infringendam ejus fortitudinem & crudeliſſimis, & callidiſſimis artibus toti intenti erant. Perlegat vitam ſancti Hilarionis, a S. Hieronymo conſcriptam, & intra dæmonum, ad vincendam ejus conſtantiam conjuratorum, turmam frequenter illum conſpiciet. Volvat vitam S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, a diverſis authoribus exaratam, & mirabitur eam per luſtrum continuum vivere coactam in lacu leonum, ſive dæmonum, qui ferocium leonum inſtar (prout ipſa in ſublimi quadam ecſtaſi non ſine letali horrore conſpexit) eam continuo circumdabant, & omni ex parte adoriebantur, ut invictum ejus ſpiritum expugnarent. Inſpiciat vitam B. Angelæ de Fulginio, quam ipſa conſcripſit, & intelliget, quam terribilis fuerit obſidio, quam a dæmonibus ultra biennium intrepida ſuſtinuit: *in Actis S. S. per P. P. Antwerp. die* 4. *Jan. cap.* 2. *vitæ*) *Datus eſt mihi multiplex tentator, qui multiplici tentatione me affligat: affligor enim tam in corpore, quam in anima ab eisdem. Corporis enim ſunt tormenta innumera a multis dæmonibus multipliciter excitata - - - Video, quod dæmonibus multis tradita ſum, qui reviviſcere faciunt vitia, quæ horreo - - Unde intus in anima videtur mihi, quod ſim tota circumdata dæmonibus - - - Rogate, ut diabo-*

boli exeant ex iſto idolo - - - Rogo vos omnes, ut non plus tardet extrahere dæmonium ab iſto idolo. Et ne in re adeo manifeſta longior ſim, legat director vitam cujuscunque demum ſancti aut ſervi Dei, qui ad infuſæ contemplationis ſtatum pervenit, & ne unum quidem (niſi tamen Deus peculiari eum privilegio ab ordinariis, & communibus legibus exemerit) reperiet, qui atroces infernalis hujus obſeſſionis impetus non diu ſuſtinuerit.

81. Sed quid mirum, quod ſervi Dei longo tempore tentationum, & moleſtiarum a dæmonibus obſeſſoribus profectarum ſcopus ac meta fuerint, cum Chriſtus ipſe, ut eis exemplum præberet, & animos adderet, dæmoniacam hanc obſidionem ſuſtinere voluerit? Illud quod Redemtor ductus ſit in deſertum, *ut tentaretur a diabolo*, & circa idololatriam & circa gulam, ita ut etiam ſuper pinnaculum templi ſtatueretur: illud quod cruciatuum ſuorum tempore tot atrocibus carnificibus, qui omnes, ut ſacri interpretes dicunt, a dæmonibus ad ſævitiam contra eum incitati fuere, circumdatus fuerit; num aliud quam dæmoniaca quædam obſeſſio fuit? Haud dubie talis fuit, cum ipſe Redemtor proprio ore hoc dixerit: *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum* (*L.* 22. *v.* 53.) Quod in-

dem

dem eſt, ac dicere, quod hora, ſeu tempore illo tenebroſæ inferni poteſtati ſubjiciendus, & immanes ejus impetus intrepido animo exantlaturus ſit.

82, Ratio autem, ob quam Dei amicos, præcipue ſi ad eminentem contemplationis gradum aſcendere debeant, tantis & adeo obſtinatis dæmonum aggreſſionibus ſubjacere oportet, partim in vehementi inimicorum noſtrorum odio, partim in ingenti cæleſtis regis noſtri amore fundatur. Licet odium, quo dæmon in omnes nos mortales fertur, magnum ſit, invidia tamen, qua animas perfectionis ſtudio intentas perſequitur, prorſus inexplicabilis eſt. Habacuc (*cap.* 1. *v.* 16.) dicit, quod hæ animæ ſint *cibus ejus electus*, cui rabida fame inhiat. In Jobo dicitur, quod etſi ejusmodi animæ amæni, & limpidis puritatis ac innocentiæ aquis abundantes horti ſint, temerarius ille nihilominus eas omnes uno hauſtu deglutire non deſperet: *& habet fiduciam, quod influat Jordanis in os ejus* (*cap.* 40. *v.* 18.) Quapropter ſi quempiam videat, qui Deo per ſolidarum virtutum exercitationem placere ſtudeat, id ſuſtinere nequit: ſuſpicit eum qua civitatem Deo infenſiſſimo ſuo hoſti devotam, ſubditam & obedientem: non modo obſidionem molitur: ſed & cum furore eum adoritur: ſo-

ci-

ciorum etiam advocat auxilium: atque omnes ſimul mille tentationum, mille afflictionum, & mille tormentorum ictibus in illum irruunt: nec ulli, qua inimica civitas in poteſtatem redigatur, induſtriæ parcunt. Hoc ipſo in ſenſu S. Bernardus citata ſacri codicis verba declarat inquiens: *Si magnum illud Eccleſiæ corpus conſiderare libet, facile ſatis advertimus, longe acrius impugnari ſpirituales viros, quam carnales - - - Agit hoc ſane ſuperba ſemper invidioſa malitia, perfectiores quoſque vehementius pulſans; juxta illud: Eſca ejus electa. Abſorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod Jordanis influat in os ejus (in pſalm.* Qui habitat. *Serm.* 7.)

83. Deus ex altera parte ob amorem, quo electas ejusmodi animas complectitur, his orci mancipiis catenas laxat: ſinit ea peculiari permiſſione in eas magna ferocitate irruere, easque vehementium tentationum oppugnatione infeſtare, utque obſidionem adeo formidabilem compluribus etiam annis obſtinate urgeant; cum ſciat, quod inter hos conflictus, pugnas, ac tribulationes earum virtus expoliatur, ac donis excelſis digna reddatur. Et hunc ipſum finem, teſte D. Auguſtino, Deus jam ab initio reſpexit, dum Angelos creavit, quos poſtea futuros tentatores prævidit.

Non quia ipſum primitus condidit, vel initio malum condidit: ſed quia cum ſciret, eum ad hoc propria voluntate malum futurum, ut nobis noceret; creavit eum ad hoc, ut de illo bonis ipſe prodeſſet. (*Lib.* 11. *in Geneſ. ad litt. cap.* 22.)

84. Addo, quod elevationem depreſſio præcedere debeat juxta effatum Chriſti: *Qui ſe humiliaverit, exaltabitur.* (*Matth.* 23. *v.* 12.) Et juxta dictum Apoſtoli: *Qui certat in agone, non coronabitur, niſi legitime certaverit.* (2. *Timoth.* 2. *v.* 5.) Quapropter ſi anima ad contemplationem, quæ ſublimiſſimus, ad quem Deus fideles ſuos ſervos elevat, gradus eſt, aſcendere debeat, eam profunde prius deprimi neceſſe eſt ita, ut dæmonum etiam ludibrium, ac infelix crudelitatis eorum meta fieri cogatur; cumque ad gloriam familiaris, & amore pleni cum Deo in ſuis orationibus conſortii evehenda ſit, inter diuturnos, & atroces conflictus fidelitatem ac fortitudinem ſuam ſufficientibus prius argumentis probare tenetur.

85. At greſſum ulterius promoveamus: & poſtquam non modo declaravimus, quid obſeſſio dæmoniaca, prout a poſſeſſione diſtinguitur, in ſe ipſa ſit, ſed etiam oſtendimus, quantopere illa conveniat ani-

imabus, quas Deus, ut ad perfectionem, t valde frequenter etiam ad extraordina- am contemplationem perducantur, hac ra- one purgare vult; explicandæ adhuc ſu- erſunt tartareæ hujus obſidionis aggreſſi- nes, ſive quænam ſint moleſtiæ; ac affli- iones, quibus dæmones perſonas tanto ırore exagitari permiſſas infeſtare ſolent. 'rimo de moleſtiis corpori inferri ſolitis, t deinde de iis, quæ animam afficiunt, ermonem faciam: ubique autem utilia pro irectore monita ſubjungam, ut animas cru- eli adeo obſidione circumdatas non ſolum ebito modo regere, ſed & neceſſaria con- ılatione erigere ſciat.

CAPUT VIII.

Moleſtiæ, quibus ſpiritus infernales dæ- moniacæ obſidionis tempore corpus affligunt, declarantur.

6. Inter obſidiones, quas dæmones contra perſonas ſpirituales moliuntur, & illas, quibus terreni belliduces ho- ilia munimenta adoriuntur, hoc interce- it diſcrimen, quod hi unam duntaxat civi- ıtis evincendæ, & in poteſtatem redigen- æ partem bellicis ſuis machinis torquere

& pavorem incutiant. Modo ap
horridis monſtrorum infernalium
flammas ex faucibus eructantes,
ex oculis evibrantes, & fumum e
protrudentes: prout S. Antonio A
tigit, & multis aliis accidere ſolet
doque ignitum ferrum, aut alia
rum inſtrumenta manibus tenen
lem membrorum lanienam minita
do videndos ſe præbent in formi
monſtrorum terreſtrium, leonum,
pantherarum, ſerpentium, moloſſ
& quaſi ſervos Dei devoraturi
corpora irruunt: prout S. Mariæ M
de Pazzis, & inſigni pænitenti
de Cortona evenit juxta relation
S. Thereſia in libro ſuarum fur
nobis reliquit. Subinde quin oc
ſpiciantur, audiuntur inter ſe co

87. Quoad auditum, maligni ſpiritus in perſonarum, quas perfidiæ ſuæ armis expugnandas ſibi propoſuere, auribus reſonare faciunt vel ſerpentum ſibilos, vel taurorum mugitus, vel leonum rugitus, vel urſorum, luporumque ululatus: ita ut cella, in qua orant, in antrum, aut luſtrum feris ſilveſtribus repletum migraſſe videatur: & magnus Antonius omnibus vaſtarum illarum ſolitudinum belluis circumdatus ſibi viſus eſt. Alio tempore excitant acutos, inconditos clamores, horriſonos ſtrepitus, quodque pejus eſt, protrudunt etiam verba impura, & horrendas blaſphemias, ita ut piæ animæ totæ cohorreſcant: imo quandoque earum aures tanto ſtrepitu, & vocum fragore implere nituntur, ut neque Dei laudes, ſi in choro pſallant, neque verbum Dei, ſi concionibus aſſiſtant, neque amicorum ſuorum verba, ſi familiariter cum illis agant, intelligere valeant. Ita ut S. Maria Magdalena de Pazzis ſe monialibus ſubinde commendaverit, ut apud Deum pro ſeſe intercederent, eoquod timeret, ne divini officii, dum illud in choro recitabat, obligationi non ſatisfaceret.

88. Quoad linguam & palatum dæmones inſolitas moleſtias inferebant ſorori Veronicæ Moniali Capuccinæ: ſupra menſam, & in ipſos, quos manducabat, ci-

bos res turpiſſimas injiciebant, ut eam ad nauſeam provocarent, & a neceſſariæ refectionis ſumtione impedirent. Sororem Mariam Crucifixam Satellicam, Monialem S. Francisci, dæmones ab omni alio nutrimento præter merum panem, & frigidam per complures menſes prohibuerunt: & licet alias eſcas comedere conaretur, nulla tamen ratione id ei poſſibile erat: ſiquidem dæmones ejus maxillas tam fortiter conſtrinxere, ut quavis etiam adhibita violentia eas aperire non poſſet. Antiſtita propriis ſæpe manibus os ejus aperire tentaverat, verum omnes ejusdem conatus fuere inutiles: quia Deus videns, quantopere rigida hæc abſtinentia ad felicem purgationum ejus exitum conduceret, dæmoni ejusmodi violentias permiſerat (*in ejusdem vita ab hoc ipſo auctore ſcripta*) Huic ipſi religioſæ inimicus linguam frequenter ita ligaverat, ut ea nec ad Dei laudes, nec in propriæ animæ emolumentum uti poſſet: & hinc cum vocalibus, ad quas non tenebatur, precibus vacare vellet (circa præcepta enim Deus dæmonis poteſtatem reſtrinxerat) eam intra fauces quaſi ferruminari ſenſit ita, ut nulla eam ratione movere poſſet. Cum tentationum, quas horrificas experiebatur, tempore ſanctiſſimum nomen Jeſu invocare vellet, eam penitus obdureſcere ſenſit. Verum, quod ma-

gis mirandum, id ipſum eidem accidit, dum ſeſe in ſacro tribunali ad exponendas ſuas culpas accingebat: Ita ut ad ſeſe ream agendam ne verbulum quidem proferre poſſet, uſque dum Sacerdos repetitis præceptis dæmonem ab ejus lingua repuliſſet.

89. Quoad membra ſervorum Dei inexplicabiles ſunt cruciatus, quibus ea dæmones immanis hujus obſidionis tempore affligunt. Quod illos modo nervis, modo baculis aggreſſi ſint, quod necem illis ſint machinati, quod pugnis percuſſerint, quod manibus, pedibusque apprehenderint, in vitis ſanctorum frequenter legitur. Præterea violentis & impetuoſis impulſionibus per ſcalas eos quandoque præcipites agunt, prout S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis contigit, quæ per longiſſimam viginti graduum ſcalam deturbata, & quandoque per ſaxa etiam & rupes detruſa fuit. Fuit etiam, qui improviſo quodam impetu e lecto excuſſus medio cubiculo ſuper nudo pavimento concidit. Fuit, cujus per cubicula abſtracti, ac ad vicinum murum perducti caput ictibus adeo immanibus percuſſum eſt, ut parietes tympani inſtar reſonarent. Verum in his caſibus divina ejusmodi perſonarum defenſio manifeſte ſemper patet: cum neque earum capita conteran-

gationis earum exercitationem ſu
reapſe S. Maria Magdalena poſt p
a ſummo uſque ad imum longæ ſca
in pedes ſe erexit, ſolitis ſuis
obeundis idonea.

90. Aſt modica hæc adhuc ſun
rem Mariam Crucifixa
occaſione crudelis hujus obſeſſion
tis manibus humi proſtravit, &
jus ſuper rugoſo & aſpero ſolo ta
re perfricuit, ut vultus pellis
appareret; alio tempore genarum
tanta rabie alliſit, ut tumida & l
pareret, ac formam non minu
ſam, quam commiſeratione digna
ferret. Sanatis dein & vulneril
more, crudelis ille ſpiritus eunde
tum ocyus iterum renovavit. Plu
ejus arripuit, & brachia poſt ſca
lenter retorſit haud ſecus ac c

chium, modo faciem, modo totum corpus tanquam inter duo ſaxa contorqueri ſenſit, quanto cum cruciatu, nemo non imaginari ſibi poteſt. Verum cruciatus omnium maximus erat, dum manibus inviſibilibus interius viſcera ſua conſtringi & diſtendi ſenſit. Tormentum hoc equuleis, in quibus tyranni S. S. Martyrum corpora diſtendebant, tanto atrocius fuit, quanto partes interiores, quæ violentam diſtentionem illam patiebantur, doloris ſenſus capaciores, ac magis vitales ſunt. Dei famula biennio quaſi a genibus deorſum omni membrorum uſu deſtituta erat, ita ut in ſedili quodam immobilis vitam ducere cogeretur. Nec dubitari poteſt, quin malum hoc præter naturam, & a dæmonibus, qui eam crudeli illa obſeſſione oppreſſam tenebant, profectum fuerit: ſiquidem, cum inimicum præceptis cöercuit, libera ac ſoluta permanſit, in pedes ſe erexit, & incedere potuit. At quid? poſt modiciſſimum temporis intervallum ſenſit ſeſe eidem ſedi violenter imponi, ubi, haud ſecus ac antea, pedum uſu deſtituta hærebat. Tandem ad Virginem ſanctiſſimam quondam recurrens, tota ſana non modo in pedes ſe erexit, ſed etiam libere ſemper ingredi perrexit, ac ſi nil unquam mali ei ſuperveniſſet. Miſella hæc multo etiam tempore membris capta erat inter acutiſſimos dolores præcipue in pede quo-

dam, cujus os loco motum erat, & tumore prorſus inſolito turgebat: id quod evidenter etiam dæmoniacum opus erat, cum, quoties tumorem ſancta cruce ſignavit, omnis e veſtigio dolor evanuerit; licet mox iterum eadem, & forte etiam majori cum acerbitate reverſus fuerit. Nolim hic deſcribere alios dolores, alia ſupplicia, alias tribulationes, & alia non adeo inſolita incommoda, quæ ejusmodi perſonæ a diabolis obſeſſoribus perpetiuntur; cum directori ſcire ſufficiat, hujuſcemodi res durante dæmoniaca hac obſidione valde ordinarias, ac communes eſſe.

91. Conducibilius mihi videtur, ſi quidquam ſubjungam circa eas corporis moleſtias, quibus dæmones tales perſonas eum in finem affligunt, ut earum orationem, & frequentem ſanctiſſimorum myſteriorum uſum impediant. Valde frequenter contingit, ut, dum ſe ad orationem accingunt, vel panem Euchariſticum ſumturæ Eccleſiam, aut animæ negotia pertractandi cauſſa ſuos directores adire volunt, certis languoribus quoad ſpeciem letalibus opprimantur, ita ut ne pedibus quidem inſiſtere poſſint; aut ut certis animi defectionibus impetantur, quibus quaſi ſtolidæ, quin ubi ſint aut quid agendum ſit, reſciant, redduntur, aut ut acerbis capitis ali-

:umve membrorum doloribus, vel mole- pectoris anguſtiis corripiantur, ita ut mox finem vitæ inſtare opinentur. Cum n tempus piis his exercitationibus præ- ım præteriit, omnia evaneſcunt, illæque primævum ſuum ſtatum revertuntur. S. riæ Magdalenæ de Pazzis ſanctiſſimam charistiam ſumturæ dæmon ſupra com- ınionis feneſtellam apparuit, nudato gla- mortem minitatus, ſi ad ſacrum cibum ipiendum accederet: nec parum negotii ectori faceſſebat, uſque dum eam ad in- ia, & vana illa terriculamenta ſpernen- animaret. Mariæ Velæ, prout P. Mi- äel Gonzalez in ejus vita commemorat, ıbolus communionis tempore maxillas n arcte conſtrinxit, ut nulla humana vi eriri poſſent. Alteri moniali in tali ſta- conſtitutæ non modo armatum videndum ſe ebuit, ſed etiam ante feneſtellam voragi- m ignis ob oculos poſuit cum vivaciſſi- ı imaginatione, quod lapſu irreparabili ıc decidendum eſſet, ſi ad panem ange- um ſumendum procederet. Citata Maria ucifixa, dum etiam in purgativo hoc ſta- erat repoſita, appropinquante communi- is hora, omnibus membris capta, & mar- ɔreæ inſtar ſtatuæ penitus immobilis hæ- ɔat. Multæ etiam aliæ inſolitæ violen- : illi contingebant: cum enim tempus ıtutinum ſacræ communioni deſtinatum

ad-

adveniſſet, manum ſuam vi arripi, & aquæ vaſculo immergi; ore dein eadem violentia aperto, digitum madefactum faucibus immitti ſenſit, ut jejunio naturali violato ad S.Euchariſtiam ſumendam inepta redderetur. Idipſum in mica panis aut gutta olei ſæpius eidem accidit. Nec miretur lector, quod Deus dæmoni talia permittat, cum hæc omnia ordinentur ad obtinendam ab his animabus omnigenam propriæ voluntatis derelictionem, & perfectam cum Dei voluntate conformationem. Ille mille dein ſuperabundantibus modis & remunerari & ſupplere ſcit ſpiritualem fructum, qui circa ſacramentorum uſum illis ſubinde impeditus fuit.

92. Si vero malignus ſpiritus hujusmodi animarum orationem penitus impedire nequeat, conatur eas, ut deſiſtant, innumeris modis inquietare. Tunc ſtrepitus, tunc horrificæ apparitiones, tunc viſiones impuræ. De S. Hilarione narrat Hieronymus (*in ejus vita*) quod, cum orationi vacaret, dæmon eidem lupos, vulpes, & alia ſylvæ animantia repræſentarit, ut perterrefieret, ac diſtraheretur; quondam Theatrum gladiatorum cum tota conflictuum illorum ſanguinolenta pompa eidem ob oculos poſuit ita, ut unus eorum vulneribus ſaucius ad illius pedes ſe projecerit, & pro congrua ſepultura ſupplicaverit. Dictæ

ctæ Mariæ Crucifixæ diriſſimis modis inſultavit, ut eam a conſuetis orationibus diſturbaret: modo eam in ſublime elevavit, & toto ocyus pondere rurſus ſuper pavimentum cadere permiſit non ſine atroci amborum genuum læſione. Modo genuflexam ſubito retrorſum traxit, & in aera elatam feroci ictu ſupinam humi proſtravit, ubi mille præterea cruciatibus eam exagitavit. Modo caput ejus tergum verſus tanta violentia, ut quaſi ſcapulas tangeret, retortum cum impetu iterum ſuper pectus retraxit: quem crudelem ludum pluries etiam repetiit cum tam vehementi ejusdem dolore, ut caput a corpore ſeparari videretur, ut de pluribus aliis acerbiſſimis tormentis nihil dicam.

93. Ad perſonarum, barbara hac obſididione cinctarum, aggreſſiones aliud inſuper tempus dæmonibus quam opportuniſſimum eſt. Tempus hoc nocturnum eſt; tum quia ſpiritus infernales tenebrarum amici, tum quia tenebræ ad terrorem, quem perfidi ſuis aggreſſionibus incutere nituntur, augendum idoneæ ſunt. Tunc multo magis, quam unquam alias terribiles, quas ſuperius innui, technas ordiuntur, & ſpeciatim ſervorum Dei ſomnum, vel ſtrepitus circa eorum cubicula excitando, vel eorundem perſonas moleſte tractando, turba-

bare conantur. ſufficiat hic dicere, prim eremi patres, prout Caſſianus refert, n cturno tempore a dæmonibus tanta veh mentia impugnatos fuiſſe & inquietato ut omnes ſimul ſomnum capere nunqua auderent; ſed quibusdam quieſcentibus, lii vigilabant, & quaſi excubias agebant ut dæmones aggreſſores, quam primum im petus quosdam tentarent, hymnis, pſalmis & orationibus ocyus iterum repellerent *Siquidem in ipſis cœnobiis, in quibus commora bantur octo vel decem, ita eorum atrocitas graſ ſabatur, & frequentes & viſibiles ſentiebantu aggreſſus, ut non auderent omnes pariter nocti bus dormire. Sed viciſſim aliis deguſtantibus ſom num alii vigilias celebrantes pſalmis, & orati onibus ſeu lectionibus inhærebant; cumque illos ad ſoporem naturæ neceſſitas invitaret, experge factis aliis, ad eorum, qui dormituri erant, cu ſtodiam ſimiliter excubiæ trahebantur* (*Collat. 7. cap. 23.*)

94. Verum propoſiti mei jam non eſt om nes recenſere moleſtias, quibus perſonarum tanta pertinacia ac indignatio ne obſeſſarum corpora a dæmonibus affligi poſſunt, ſolentque: hoc etenim impoſſibile foret: cum infernalibus inimicis noſtris in numeræ hominibus nocendi artes inſint, prout invictus ille, & in palæſtra hac diu exercitatus athleta S. Antonius Abbas di

ce-

cere ſolitus erat. Quædam nihilominus attigiſſe juvat, ut director, ſi ex afflictis hujusmodi animabus quædam ipſi forte occurrat, nec conſternetur, nec ejusmodi caſus impoſſibiles judicet, nec omnia dementiæ, ſtultitiæ, aut debilis phantaſiæ delirio attribuat: prout non nulli inexperti ſacri judices facere conſueverunt: ſed ejusmodi res animabus, quas purgare Deus vult accidere ſciat, & pro eo, ut facta tanquam improbabilia ac inania rejiciat, potius opportuna ad afflictarum hujuſcemodi animarum profectum & erectionem remedia adinvenire ſatagat; prout nos ſequenti capite præſtabimus. Sciat tamen, non omnes prædictas tribulationes uni eidemque perſonæ ſupervenire, ſed has iſtis, illas aliis: & non nullis in majori, quibusdam in minori copia, prout ſcilicet purgationis, quam Deus illis adhibere vult, major aut minor rigor fuerit.

95. Quod ſi vero hæc mea folia unquam forte inciderent in manus perſonæ cujusdam ſpiritualis, quæ viſionum, revelationum, ſublimium ac ſapidarum orationum avida foret, optarem, ut ſerio perpenderet aſpera & dura cribra, per quæ tranſire oportet, priusquam ſublime, ad quod illa aſpirat, culmen attingatur: faciliter enim contingere poſſet, ut in tantorum, tam

di-

Monita practica pro directore
ſuperius caput.

96. MONITUM PRIMUM. Ut p
magnas a dæmonibus obſe
in corpore moleſtias ac
tus ſuſtinentes rite dirigantur, prima
cipua magna directoris attentio in e
gi debet, ut in magna erga Deum
firmæ, fortes, ac immobiles confer
hæc enim ſcutum eſt, quo omnes i
rum ictus retundendi ſunt. Veri
quod fides etiam contra ſpiritualium
dæmones obſidionis hujus tempore
menter intendunt, tentationum imp
maxime ſit neceſſaria, prout ſequen
te videbimus: interea tamen in c
his vexationibus majoris adhuc n
mihi eſſe videtur: terribiles enim v

per conjungitur. Ex altera parte nemo non ſcit, militem animo dejectum victum jamjam ac ſuperatum eſſe. Quamobrem ſi unquam alias hic vel maxime neceſſaria eſt fortis ac conſtans in Deo fiducia, quæ ſpiritum erectum, robuſtum, & ad conflictus contra totum etiam infernum ſemper promtum ſervet, nec quacunque, formidabili licet, inimicorum aggreſſione dejici patiatur. Si director hoc a diſcipulo ſuo obtinuerit, ſecurum eum volo, quod is ex quocunque conflictu victor rediturus, dæmon autem ſemper ab eo profligandus ſit: licet monitum hoc non ego ſuggeram, ſed Princeps Apoſtolorum S. Petrus id ſuppeditet, (*Ep.* 1. *cap.* 5. *v.* 8.) inquiens: *Adverſarius veſter diabolus circuit, quærens, quem devoret, cui reſiſtite fortes in fide.* En in leonino diaboli circuitu obſidionem dæmoniacam; & in fide, qua ei reſiſtendum eſt, ſcutum fiduciæ, quo omnes ejus ictus depelli oportet.

97. Si director autem ſuam hanc intentionem ſecure aſſequi velit, hoc ordine progrediatur; ante omnia ſcilicet diſcipuli ſui menti geminam hanc fidei veritatem profunde imprimat: Prima eſt, quod dæmon neutiquam tantum nobis nocere permittatur, quantum poteſt, aut quantum vult. In Apocalypſi legimus, quod Deus

vel per ſe ipſum, vel per angelos ligaverit dæmonem: *Et ligavit eum.* Per ligamentum hoc S. Thomas in ſenſu valde proprio intelligit frænum aliquod, quo Deus inimicos reſtringit, ne nobis juxta potentiæ & voluntatis ſuæ menſuram noceant. Hinc in verba illa S. Matthæi (*cap.* 12. *v.* 29.) *Niſi prius alligaverit fortem*, ita loquitur: *Niſi prius alligaverit fortem. Quæ eſt hæc alligatio? Quia poteſtas nocendi, quam habet* (dæmon) *a ſe ipſo, cohibetur a Deo.* Et reapſe ſcimus ex patientiſſimi Jobi hiſtoria, quod Deus dæmoni amplam primo licentiam impertitus ſit ſanctum virum in bonis fortunæ aggrediendi, perſonæ ipſius afflictionem autem illi inhibuerit, inquiens: *tantum in eum non extendas manum tuam.* (*c.* 1. *v.* 12.) Secundo perſonam ejus torquendi poteſtatem illi fecit, quam tamen circa vitam illius rurſus reſtrinxit, & coarctavit: *Verumtamen animam illius ſerva.* (*cap.* 2. *v.* 6.) Ita ut clare appareat, dæmonem a S. Auguſtino quam veriſſime comparatum eſſe cani catenis conſtricto, qui tantum poteſt nocere, quantum dominus eidem catenam laxat, alias autem neminem mordere poteſt, niſi ſponte accedentem. *Alligatus eſt enim:* (dæmon) *Tanquam innexus canis catenis, & neminem poteſt mordere, niſi eum, qui ſe illi mortifera ſecuritate conjunxerit.* (*ſerm.* 197. *de temp.*)

98.

98. Secunda, quam in anxii, & afflicti pænitentis corde ſtabilire oportet, veritas hæc eſt, quod Deus nunquam permittat, ut vel in corpore dirius vexemur, vel in anima vehementius tentemur, quam vires noſtræ ſuſtinere valeant. Veritatem hanc Apoſtolus nos edocuit (1. *ad Cor. cap.* 10. *v.* 13.) ſcribens: *Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari ſupra id, quod poteſtis.* Quem locum S. Auguſtinus in hæc verba illuſtrat: *Si tantum poſſet nocere diabolus, quantum vult, non aliquis juſtorum remaneret, aut aliquis fidelium eſſet in terra. Ipſe per vaſa ſua impellit quaſi parietem inclinatum; ſed tantum impellit, quantum accipit poteſtatem. Ut autem non cadat paries, dominus ſuſcipiet; quoniam qui dat poteſtatem tentatori, ipſe tentato præbet miſericordiam. Ad menſuram enim permittitur tentare diabolus.* (*in pſalm.* 61.) Unde infertur, quod ſi corporis vexationes horribiliores, & moleſtiores, ac animæ tentationes vehementiores fuerint, etiam Dei adjutorium majus futurum ſit: ſi jam adjutorium hoc, utpote ariditatis tenebris involutum, nec manifeſtum, nec ſenſibile fuerit, certe erit occultum, forte tamen, potens, ac ad omnes ferociſſimos etiam furibundi inimici impetus retundendos ſufficiens. Id quod ex eo etiam quam veriſſimum eſſe comprobatur, quod Deus in catena infernali huic moloſſo laxanda, &

in permittendis furibundis ejusdem aggreſſionibus alium non reſpiciat finem, quam ut nos probemur, purgemur, atque in virtute ac perfectione magis proficiamus, pro quo utique auxilia prorſus ſingularia requiruntur: *Noli timere* (ait ſanctus Doctor) *permiſſum aliquid facere tentatorem; habes enim miſericordiſſimum ſalvatorem. Tantum permittitur ille tentare, quantum tibi prodeſt, ut exercearis, ut proberis; ut qui te neſciebas, a te ipſo inveniaris.* (*in cit. pſalm.* 61.)

99. Si in pænitentis corde gemina hæc veritas radicata fuerit, quod ſcilicet dæmon nos nec ſine Dei permiſſu, nec ſupra vires noſtras tentare poſſit; imo quod Dux noſter, communium inimicorum victores nos videre cupiens, auxilia in conflictibus quam abundantiſſima ſuppeditet, ingens certe erga Deum fiducia, ac certa victoriæ ſecuritas in eo excitari debet, ita ut ad conflictus cum toto etiam inferno, licet dæmones omnes conjurati irruerent, ineundos animoſus reddatur. Igitur injungat ei director, ut quotieſcunque dæmones eum adoriuntur ſive per ſubitaneos ſtrepitus, ſive per horrificas viſiones, ſive per dolores, ſive per cruciatus, ſive per corporis infirmitates, ſeſe ocyus cum fiducia in Dei, ac amabiliſſimi redemtoris ſui brachia conjiciat; ut ma-

gna

gna cum firmitate, Deum ſibi auxilio futurum credat; ut ingenti cum conſtantia vires omnia ad majorem Dei gloriam ſuperandi ſibi ſubminiſtrandas ſperet. Non perterrefiat (ſaltem quoad ſuperiorem, cujus dominium habet, partem) non timeat, non contremiſcat, nec ulla ratione animo cadat; ſed cor ſancta hac fiducia in Deo dilatatum conſervet. Scio, quod dæmon & interius & exterius nullum non lapidem moturus ſit, ut hanc in eo fiduciam labefactet: cum perfido perbene notum ſit victum ſeſe eſſe, quamdiu ille in hac fidei petra firmus perſtiterit. Et hinc diſcipulum ſuum inſtruat, ut nulli unquam, quam adverſarius tempore illo ingerere ſolet, rationi, aut conceptui diffidentiæ aſſentiatur aut fidem habeat; ſed ut majori cum conſtantia exclamet: *In te Domine ſperavi, non confundar in æternum. Dominus mihi adjutor, & ego deſpiciam inimicos meos* (*Pſalm.* 117. *v.* 7.) *Tu es Domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum* (*Pſalm.* 90. *v.* 9) *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* vel *Tu venis ad me cum gladio & haſta & clypeo* (ſive cum terroribus, doloribus, & cruciatibus) *Ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum* (1. *Reg.* 17. *v.* 45.)

100. Fiducia hæc ſanctum Antonium Abbatem adeo animoſum reddidit, ut

dæmonibus ſuam etiam ignaviam exprobraret inquiens: *ſi fortes eſſetis, viritim mecum congrederemini; cum vero tot veſtrum inſimul adveniant: ſignum eſt, quod timidi, viles, ac ignavi ſitis.* Fide hac armatus ſanctus Abbas Abrahamus riſit flammas, a dæmonibus cellæ ſuæ injectas, easque intrepido pede conculcans cum ſarcaſmo dixit: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabo.* Sancta hac fide animata Mater Thereſia ſolam manu crucem tenens omnes inferni dæmones ad certamen provocavit, & quin illa ullatenus timeret, ſeſe ab illis timeri conſpexit: unde (*in vita cap.* 25.) ſcriptum reliquit: *Ego non intelligo hos timores* (*dæmon, dæmon*) *cum nos* (*Deus, Deus*) *dicere & illi tremorem incutere poſſimus.* Scio, quod ſancta Maria Magdalena de Pazzis dæmonibus, quibus ſe cinctam videbat, inſultaverit, dicens: *Nondum animadvertitis, quod tot veſtris præliis glorioſiorem me victricem reddituri ſitis?* Scio, quod quædam Dei famula, cum dæmon in ferocis, ac minacis leonis ſpecie eidem apparuiſſet, crucifixi imaginem ante oculos poſitam manu arripuerit, & animo plus quam fæmineo eum invadere properarit inquiens: *Eja veni jam! Dei famula cum ſim, te nullatenus timeo.* Ad quæ hic diſparuit, & ad illam vanis ejuſmodi terriculamentis vexandam tam cito non amplius rediit. Interea tamen his neu-

tiquam innuere intendo, quod perſonæ in dæmoniaca hac obſidione conſtitutæ dæmones laceſſere, ad pugnam provocare, aut ullo modo cum eisdem ſermocinari debeant, hoc etenim abſque peculiari inſpiratione Dei nequaquam fieri oportet. Dico ſolummodo, quod in Jeſu ſperare, & neutiquam timere: quod Deo ſe committere, & illos deſpicere debeant. Nec hoc in corporeis duntaxat apparationibus, ſed & in ſpiritualibus, de quibus poſtea agemus, moleſtiis obſervari debet: ſiquidem dæmonibus proprium eſt, viles ſeſe lepuſculos exhibere iis, qui leonum generoſitatem demonſtrant; & ferocium leonum inſtar irruere in illos, qui timidorum lepuſculorum inſtar trepidant.

101. Monitum Secundum. Præter fiduciæ divinæ ſcutum animæ terribili hac obſidione circumdatæ aliud inſuper dæmonibus, quantum vix effari poſſumus, formidabile armorum genus ad manus eſſe debet. Et hoc in omnigena ad Dei voluntatem conformatione conſiſtit. S. Thereſia de ſe ipſa commemorat, quod quondam a dæmonibus tanto furore infeſtata fuerit, ut crudelibus ictibus brachia, caput, ac totum corpus cum pavimento, & cubiculi parietibus colliſerint, quin a tam immani vexatione ulla ſe ratione defendere poſſet. Illa interea cruciatum illum per heroos con-

formationis actus Deo obtulit, parata, ſi id ei placeret, etiam uſque ad ſæculi finem in eo perdurare. Cum id autem fieret, *Videbam* (ait ſancta) *ad latus meum nigellum quemdam æthiopem, horribili valde aſpectu dentibus inſtar cujusdam deſperantis frendentem, & ringentem; quod, unde lucrum ſperabat, inde jacturam referret.* (*in vita cap.* 31.) Quamobrem Director pænitenti ſuo injungat, ut ad dæmoniacas ejusmodi vexationes præparatus vivat, ut dum corporales moleſtiæ (ſive dein exteriores ſive interiores fuerint) incipiunt, omnia Deo promto animo offerat; ut ſe ad ea etiam per totum vitæ curſum, ſi illi placet, tolleranda paratum exhibeat; ut dæmonibus audacter dicat, quod magis, quam Deus illis permiſerit, nocere nequeant; quodque, ſi Deus velit, omnes etiam acerbiſſimos cruciatus exantlare paratus ſit. Dicat iis, prout S. Antonius, dnm ſub monſtrorum formis in eum irruebant, illis dixit: *Si vobis mei poteſtatem dominus dedit, ecce promtus ſum, devorate conceſſum* (*S. Athanaſ: in vita ejusdem.*) Eodem autem tempore ſecurum eum reddat, quod tot letales ictus inimicis ſuis inflicturus, ac tot victorias in eorum ignominiam, & Domini ſui gloriam reportaturus ſit, quot plenæ conformationis actus perfecerit. Interea tamen ad ſuperbos, quibus divexatur, ſpiritus in fugam agendos ſolitorum, & a

ma.

matre Eccleſia inſtitutorum remediorum uſum eidem neutiquam interdicat: E. g. Invocationem ſanctiſſimorum nominum JEſu & Mariæ, ſignum ſanctæ crucis, reliquias Sanctorum, ceram benedictam, quæ Agnus Dei dicitur, & præprimis aquam benedictam, quam S. Thereſia qua remedium ad orcum perterrefaciendum quam efficaciſſimum experta fuit: *Sæpe probavi, & vidi,* (ait illa) *nihil eſſe, quod diabolos magis in fugam compellat ad amplius non revertendum, quam aqua luſtralis: a Cruce quidem fugiunt, ſed quamprimum redeunt. Unde efficio, magnam haud dubie aquæ luſtralis virtutem eſſe debere.* Imo ſuadeat, ut ad diſſipandos ſuos inimicos potentibus hiſce armis utatur. Si vero nihilominus pergant, aut denuo inquietare incipiant, ad Deum magna ſeſe cum fiducia erigat, eique cum plena ad ſanctam ejusdem voluntatem conformatione ſe committat, nec a geminis his ſanctis affectibus ſeſe unquam dimoveri patiatur, ac quam perſuaſiſſimum ſibi habeat, ſeſe cum ingenti ſuo merito, ac ad magnam Dei gloriam certo certius de illis omnibus triumphaturum eſſe.

102. MONITUM TERTIUM. Solerter invigilet director, ne diſcipulus ob quamcunque demum dæmonum infeſtationem ab oratione deſiſtat, aut ſacras com-

muniones, vel alia ſpiritus exercitia omittat: hoc etenim aliud non foret, quam loco cedere, & victas oppugnanti adverſario manus dare. In vitis Patrum legimus, quod quidam ſanctorum illorum eremi monachorum, cum de nocte ad Pſalmorum cantum ſurgeret, per nemus illud certum Claſſici ſonum inaudierit. Attonitus ille hærebat probe gnarus, in locum illum nec milites, nec bellum penetrare poſſe. Admiratione hac ſuſpenſo dæmonium quoddam apparuit: *deciperis* (inquiens) *ſi in ſolitario hoc loco conflictus & prœlia deeſſe credas. Sunt enimvero quam frequentiſſima: cumque vos ſolitis orationibus initium facere debeatis, ego quoque ſociis meis jamjam ſignum dedi, ut ad vos tentationibus ſuis infeſtandos concurrant. Quapropter ſi a tam atroci lucta immunis eſſe velis, vade & in lectulo tuo denuo quieſce.* En! cur dæmon animabus (præcipue ſi in purgatione verſentur) tunc temporis ſe magis quam unquam alias terribilem atque importunum exhibeat, dum orare, Sacramenta recipere, aut alios pietatis actus exercere debent. En! inquam finem, quem inimicus hujuſcemodi moleſtiis intendit, abſtrahere eas ſcilicet a talibus pietatis exercitiis, quæ quantum Deo placent, tantundem illi diſplicent. Firmus igitur Director ſtet oportet, nec unquam permittat, ut pænitens orationem, aut ullum aliud ſanctum opus intermittat, quo-

cunque

cúnque demum languore aut interna afflictione hoſtis eidem ſuperveniat: aut quocunque demum rumore vel horribili viſione animo eum dejicere tentet: licet affligatur, contremiſcat, gelido ſudore perfundatur, cohorreſcat, conſueta tamen pietatis exercitia nunquam intermittat; ſed tanquam generoſus Chriſti miles immoto pede ſtationem teneat. Secus enim, ſi cedere incipiat, inimicus nullam ei unquam amplius pacem indulgebit; continuo enim iisdem illum terroribus & moleſtiis inquietare perget, quibus propoſitum ſuum antehac fuit aſſecutus.

103. MONITUM QUARTUM. Notet director quod exorciſmi a matre Eccleſia ad energumenorum aut a diabolis poſſeſſorum liberationem inſtituti nón juvent ad penitus a dæmonibus liberandas ſpirituales illas animas, quibus Deus dæmoniacam circumſeſſionem ad virtutum exercitationem permittit. Ita docet Lopez Ezquerra (*Lucern myſt. Tr.* 6. *cap.* 6.) Id quod & cum doctrina Angelici conſentit, qui hanc in rem ita ſcribit: *Exorciſmi Eccleſiæ non valent ad reprimendum dæmones ſemper quantum ad omnes moleſtias corporales, judicio divino hoc exigente: ſemper tamen valent contra illas infeſtationes, contra quas principaliter inſtituti ſunt (in* 4. *diſt. unic. art.* 3.

ad

ad 3.) principaliter autem inſtituti ſunt liberandos poſſeſſos ſeu energumenos; moleſtiæ corporales, contra quas exorciſ non valent, haud dubie illæ ſunt, quib dæmones pias animas, moleſta hac ob dione circumſeſſas affligunt.

104. Interea tamen director id neutiqua ex eo proficiſci credat, quod ſace dotibus in obſeſſores hos dæmones poteſt deſit. Id enim nulla ratione dici poteſ cum poteſtas ſuis miniſtris a Chriſto trad ta nullis limitibus circumſcripta ſit. Leg mus in S. Matthæo: *Dedit illis poteſtate ſpirituum immundorum, ut ejicerent eos* (*ca* 10. *v.* 1.) *in S. Luca*: *Dedit illis virtute & poteſtatem ſuper omnia dæmonia.* (*cap.* *v.* 1.) & rurſus (*cap.* 10. *v.* 19.) *Ec dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes ſcorpiones: & ſuper omnem virtutem inimic* Et in S. Marco: *In nomine meo dæmonia ej cient* (*cap.* 16. *v.* 17.) Exinde igitur ho oritur, quod in perſonis piis, quas Deus ut in virtute perficiantur, in infernali ha obſidione reponit, ex neceſſariis ad perfe ctam liberationem conditionibus una ſem per deſit. Ad perſonam a dæmonibus in feſtatam omnigenis liberandam duplex con ditio neceſſario requiritur. Prima eſt, u ſacerdos in dæmoniacæ expulſionis actu fid viva operetur: altera eſt, ut liberatio a ſa

cer-

cerdote quæſita ſubjecto per dæmonem vexato expediat, conveniatque. Jam licet in noſtro caſu prima conditio adſit, altera tamen ſemper deficit; cum Deus enim moleſtas has circumſeſſiones permittit, eas juxta alibi dicta ſemper ad majorem animæ profectum & ſubinde etiam eo ordinat, ut ad ſublimiorem orationis gradum elevetur; hinc eam penitus liberari neque ad ulteriores illius progreſſus, neque ad majorem Dei gloriam conducit. Et exinde oritur, quod deficiente tanti momenti conditione exorciſmi etiam ab eo, qui omni in malignos ſpiritus authoritate pollet, ſæpius repetiti deſiderato effectu fruſtrentur.

105. Director tamen notet velim, me hactenus de perfecta afflictæ ejusmodi perſonæ liberatione ſermocinatum eſſe; hoc enim ſolummodo per exorciſmos obtineri nequit, ut a dæmonum aggreſſorum moleſtiis omnino liberæ reddantur, & ut hi ad illas iniquietandas nunquam amplius revertantur. De cætero autem ſæpe obtinetur effectus circa hoc, quod eorum audacia pauliſper refrænetur, quod hic & nunc a ſuis moleſtiis, & furibundis aggreſſionibus deſiſtere cogantur, quodque per tempus aliquod a perſonis afflictis depellantur. Quapropter Director authoritate ſua utatur ad pænitentem excruciatum ſi non omnigenis

nis liberandum, ſaltem ſublevandum. Speciatim id agendum eſt, dum videt, quod dæmon acceſſum ad Eccleſiam, ſacræ confeſſionis & communionis uſum, & ſolitæ orationis exercitia, languoribus, debilitatione capitis, doloribus aut aliis malignis artibus impedire tentet: tunc enim gravi imperio eidem præcipiatur oportet, ut plenam libertatem relinquat; injunganturque illi graviſſimæ pænæ, quoties præceptum fuerit tranſgreſſus. Eodem modo procedat, dum ſpiritus immundus contra circumſeſſum pænitentem tentationibus impuris prorſus extraordinariis nimium inſoleſcit, prout pluries contingit, & nos ſuo loco videbimus. Verbo reprimat ſuperbi ſpiritus arrogantiam non modo ſacerdotali ſua poteſtate, ſed & rerum ſacratarum ſeu ſacramentalium uſu in omnibus iis caſibus, in quibus id neceſſarium, vel opportunum judicaverit. Moneat etiam ſuum diſcipulum, ut in ſimilibus caſibus ipſe quoque iisdem ſacramentalibus, ac iisdem præceptis ſeſe adjuvet: quandoquidem dæmon cuicunque fideli, qui viva fide imperare novit, obedire cogitur.

106. MONITUM SEXTUM. Notum ſit directori, quod morbi, dolores, & incommoda corporalia, quibus perſonæ in dæmoniaca hac obſidione detentæ affliguntur, multoties non ſint mala naturalia, a cau-

ſis phyſicis orta, ſed ſint mala præternaturalia, per virtutem dæmoniacam producta: & hinc contra ejusmodi infirmitates neutiquam remedia naturalia a medicis inventa: ſed ſpiritualia a Chriſto Domino relicta, a matre Eccleſia approbata, & a nobis paulo ante declarata applicari convenit. Ratio nemini non patet; quia medicinis terrenis nulla virtus ineſſe poteſt repellendi dæmonem, dum reapſe dolores, tumores, languores, cruciatus, & alios diverſiſſimos morbos progenerat, quales perſonis ab eo exagitari permiſſis ſupervenire ſolent. Magni autem contra eum roboris ſunt preces, ſacramentalia, præcepta, Jeſu & matris ejus invocatio, res ſacræ, ſanctæ crucis illi adeo formidabile ſignum, & præprimis fiducia in Deo, & conformatio ad ejus beneplacitum, quæ ad illum armis ſpoliandum, & a temerariis ſuis attentatis abſtrahendum tantopere conducit. Ad ſimilia igitur, mala curanda his non illis uti oportet medicinis. Secus agendo levaminis afferendi loco omnia inſuper incommoda ac moleſtiæ ex medicinis in corpora humana redundare ſolitæ miſero pænitenti ſuperaddentur. Hic eum tamen excipio caſum, quo colligi poſſet, quod dæmon ægritudine quadam corpus infeciſſet, & dein ita receſſiſſet, ut ſola natura operari poſſet. Tunc medicamenta, ſi nullum inveniant obicem,

uſui

uſui eſſe poſſent. Verum caſus, meo quidem judicio, rariſſimus eſt.

107. Cum vero perſonæ a dæmonibus circumſeſſæ haud ſecus ac aliæ ſubjaceant malis etiam naturalibus non a dæmonio ſed a fragili natura oriundis, quibus medicamenta per artem inventa applicari oportet; circa modum diſcernendi morbos naturales a malis præternaturalibus, quibus ſimiles medicinæ non conveniunt, ingens difficultas oritur. Si hujuſcemodi dubium occurrat, Directori author ſum, ut ipſe inconſulto medico, ſi poſſit, judicet, decidatque: eoquod medici harum purgationum, ac extraordinariarum, per quas Deus animas probas ducere ſolet, viarum inexperti omnia ordinarie naturæ attribuant, omniaque arte ſua curari poſſe opinentur; unde magnopere hallucinari & corporeæ miſeri pænitentis ſaluti ingens detrimentum inferre poſſunt. Quapropter ſi videat, quod diſcipulus anguſtiis pectoris, palpitationibus cordis, mentis ſtupore, aut aliis, modo in hac, modo in illa corporis parte doloribus ſive quacunque alia infirmitate eo tempore impetatur, quo orandum, ſanctiſſima Sacramenta recipienda, aut alia pia opera peragenda forent, quodque elapſo hoc tempore ad naturalem ſuum ſtatum revertatur; mala hæc dæmoniaca eſſe abſque hæſita-

tio-

tione judicet; ſiquidem ſancta hujuſcemodi opera ad infirmitates adeo inſolitas procreandas cauſſæ nequaquam convenientes ſunt. Si videat, quod adhibitis ad refrænandam dæmonis audaciam, & frangendas nocendi vires præceptis aut aliis ſpiritualibus remediis dolores, cruciatus, anguſtiæ, ac quævis alia corporis tribulatio ceſſet; perſuaſum duntaxat ſibi habeat (etſi eadem rurſus dein redeant) quod naturalia non ſint; ſiquidem poteſtatis ſacerdotalis imperia, & res ſacræ (de prodigiis enim, quorum dono Directorem non inſtructum eſſe pono, hic præſcindo) ejusmodi curationes in momento temporis neutiquam producere poſſunt; id quod eo verius erit, ſi hujuſcemodi frequenter contingant. Quamobrem Directorem ſpiritualem hic medicum agere, atque ea applicare remedia oportebit, quæ mater Eccleſia ad dæmonem unicam hujuſcemodi infirmitatum cauſſam coercendum & depellendum præſcribit. Quodſi vero Director prædicta indicia neutiquam inveniat, nec de dictorum malorum qualitate judicium moraliter certum ferre poſſit, ad conſilium medicorum corporalium recurrere, eorumque opinionem ſequi oportebit ita tamen, ut iis de ejusmodi infirmi ſtatu generalis & confuſa quædam notitia tribuatur; ex qua ad rectum de tali infirmitate ferendum judicium lumen haurire poſſint.

CAPUT X.

Pertractantur extraordinariæ moleſtiæ ſpirituales, quibus animæ in prædicta circumſeſſione detentæ a dæmonibus aggreſſoribus affliguntur.

108. **S**i magnæ ſunt moleſtiæ, quibus corpora perſonarum ſpiritualium, pertinaci per Dei permiſſionem a dæmonibus obſidione conſtrictarum, affliguntur, longe majores ſunt tribulationes, quibus earum animæ excruciantur; in harum enim ruinam omnes dæmonum machinæ primario ordinantur. Aliunde notum eſt, in hac noſtra vita fidelium neminem a communis inimici tentationibus penitus immunem eſſe. Interea tentationes eorum, quos peculiari furore oppugnandos ſibi propoſuit, extra omnem ordinem vagantur, & eo uſque increſcunt, ut horrorem quandoque incutiant. Sic Deus animas ſibi dilectas purgat, ſic eas perficit, ſic ad conſcendendam divinæ contemplationis altitudinem aptas eas reddit. Cum vero omnes extraordinarias, quibus animæ hæ circumſeſſæ impeti ſolent, tentationes recenſere non minus arduum, quam tædioſum foret; hinc non nullis, iisque ſpeciatim, quæ frequentius accidere ſolent, breviter enarratis contentus

era:

ro: quantum ſufficere judicavero, ut Director
ectam harum, de quibus ſermocinamur,
urgationum ideam formare ſibi poſſit: ubi
amen notandum, quod tentationes mox re-
enſendæ non omnes omnibus permittan-
ur; ſed hæ iſtis, illæ aliis: prout Deus ſci-
icet ad purgationis & elevationis finem
pportunius judicaverit.

109. Diabolo manifeſtum eſt, quod a conſe-
cutione virtutum theologicarum
n gradu heroico præcipue pendeat adeptio
erfectionis, & ipſius etiam contemplationis,
tpote quæ harum virtutum actibus efforma-
ur: unde & fortiſſimas tentationum ſuarum
machinas contra has admovet. Contra fidem
feroces animæ impetus intentat, & men-
ti ejus perſuaſiones quam vivaciſſimas in-
ſtillat, contra veritates fidei catholicæ; con-
tra exiſtentiam Dei, contra myſterium ſan-
ctiſſimæ Trinitatis, contra puritatem Mariæ
Virginis, contra immortalitatem animæ, &
contra vitam æternam: ubi eam ingenti ſi-
mul violentia inſtigat, ut in præſens genio
ſuo, & voluptati indulgeat ex impio prin-
cipio, quod poſt mortem nec pæna nec
præmium ſuperſit. Speciatim machinatur
evertere fidem erga ſanctiſſima Sacramenta
præcipue ſacroſanctam Euchariſtiam, utpote
contra quam non modo falſas & ſacrilegas
cogitationes, ſed poſitivum etiam contem-

tum ingerit, ut omni in eam fide & affe-ctione exſpolietur, ac ab ea abſtrahatur. Mariæ Crucifixæ, cujus purgatio, quantum unquam dici poteſt, atrox & crudelis fuit, dæmon ſub ſpecie angeli apparens perfidiſſimas, quæ a ſectariis promulgatæ ſunt, hæreſes ſuggeſſit, nec non etiam rationes ac fundamenta, quibus illi ſuis erroribus coram populo fidem conciliare ſolebant, addita interiori inſtigatione, ut illis adhæreſceret. Tum omnia Decalogi præcepta ſingillatim eidem ob oculos poſuit, & apparentibus, ſubtiliſſimis tamen rationibus conatus eſt monſtrare, quam injuſta, imprudentia, ac barbara illa ſint. Quæ omnia tanta cum vivacitate illi repræſentavit, ut, cum directori rationem redderet, is attonitus hæſerit; ſiquidem videbat, quod dæmoniaca illa ſenſa clariori modo explicare haud potuiſſet, ſi ſceleſtiſſimorum etiam hæreticorum ſcholas frequentaſſet; licet de ejusmodi rebus alias neque legiſſet, neque loqui audiviſſet.

110. Quandoque dæmon etiam e præſenti, in quo perſona afflicta verſatur, ſtatu principia hæretica inſtillandi anſam arripit: cumque eam aridam, ſiccam, & in corpore æque ac anima anguſtiis plenam videt, ingerit ejus menti, quod Deus crudelis ſit & injuſtus, eoquod animas ad fidele ejusdem ſervitium totis viribus connitentes

tentes, tanta aſperitate tractet; quod ſit iniquus, dum conſolationum dulcedine eas inescat, ut ferociter dein in eas debacchari poſſit. In ejusmodi tamen caſibus perſonam cautam eſſe oportet, ne unquam cum inimico ſermones miſceat, & multo magis, ne ex quodam errores refutandi, & ſeſe de veritate perſuaſam conſervandi Zelo argumenta illi opponat; tum quia dæmon, mente acutiſſimus, falſis eam rationibus decipere poteſt, tum quia ipſam utpote talium tentationum tempore denſis involutam tenebris turpiter confundi quam proniſſimum eſt. Quapropter aliud pro tempore non agendum, quam ut dæmonio tergum, mentem autem, & cor ad Deum vertat, & ejus auxilium ſine intermiſſione imploret; nec non generalibus fidei actibus profiteatur, ſeſe credere velle ea omnia, quæ mater Eccleſia tanquam a Deo revelata docet; uti & vitæ ac ſanguinis profuſionem in hujuſmodi veritatum conteſtationem offerat, atque ingentem etiam, quam pro tempore patitur, tribulationem eidem offerat, identidem repetendo: *Credo Domine, adjuva incredulitatem meam.*

III. Nec minus efferati ſunt impetus, quibus dæmones virtutem ſpei aggrediuntur, ut eam ex eorum, quos tentationibus ſuis expugnare conjurarunt, anima-

bus exterminent. Non erit reperire perſonam, in dæmoniaca hac obſidione detentam, quæ non frequentes diffidentiæ ſtimulos ſentiat, & cui non diræ quandoque deſperationes ſuperveniant: quandoquidem inimicus ei ob oculos ponit non modo peccata præterita, ſed & imperfectiones præſentes; idque non ſerena illa luce, quæ a Deo infunditur, & animam placida humilitate, ac dulci ſpe replere ſolet, ſed maligna quadam ipſi ſola propria luce, quæ omnia ferro & igne depopulanda proponit, quæque cælum clauſum, inferni os apertum, Deum averſum, & omnia peſſundata repræſentat. Ariditatibus & tribulationibus, quas tolerat, pariter in rem ſuam utitur, ut illi perſuadeat, quod Deus eam jam dereliquerit, quod tergum jam verterit: utque vehementius eam urgeat, quam vivaciſſime eidem perſuadet, quod omnibus tentationibus conſenſerit, quod ſit cumulata letalibus peccatis, quod dæmonum, quorum inſultationes horribiles nimium quantum experitur, manibus a Deo jam ſit tradita. Exinde in ſenſu interiori tantam agitationem, anguſtiam, & furorem excitat, ut in exteriores ſubinde deſperationis actus prorumpere cogatur.

112. Beata Angela de Fulginio in vitæ ſuæ hiſtoria de ſe narrat, quod deſperatione hac violenter adacta, purgatio-

tionum ſuarum tempore tanta ferocitate ſe percuſſerit, ut tota livida, contuſa ac tumida apparuerit. En ipſa ejusdem verba: *tam intenſus, horribilisque in me dolor irruit, ut carnes quaſi dentibus dilaniem, in tantas agor furias, ut extra me rapi me videam, & lachrymarum imbrem præ deſperatione profundam. Alias amentis inſtar non niſi imprudenter me percutere potui, atque aliquoties propter ingentia verbera & percuſſiones tota intumui præſertim in corpore.* (*in vita cap.* 2.) In vita S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis legimus, quod quondam, cum in lacu leonum eſſet, internis furiis correpta choro exceſſerit, celeri curſu triclinium petierit, ibique ad vitam ſibi auferendam cultrum arripuerit. Alio tempore a ſuperiore ſua ligari in cella petiit, eoquod pertimeſceret, ne violento deſperationum ſuarum impetu præventa ſeſe in præceps daret. De aliis perſonis ſcio, quod in tali ſtatu conſtitutæ, ut ſe neci traderent, cultros gutturi appoſuerint, ad os putei aut in loci præcipitis faſtigium cucurrerint.

113. Nolim tamen credat Director, quod hujuſcemodi perſonæ in ſimilibus exceſſibus graviter peccent; cum, ut Lopez Ezquera (*Luc. myſt. Tract.* 6. *cap.* 3.) bene notat, talia attentata aut violenta aut ſine deliberatione ſint poſita; eoquod ratio vehementi paſſionis impetu præveniatur. Id

quod ex eo arguitur, quod feroces, quibus ſe vel occidere, vel alio gravi malo afficere machinabantur, actus nunquam compleant, ſed in ipſo executionis actu quaſi e profundo ſomno evigilent, ad ſe ipſas redeant, a malo incepto deſiſtant, de furibundis ſuis exceſſibus doleant, ac ſcrupulis angantur. Manifeſtum hoc enim indicium eſt, quod antea plena ſaltem cognitione ad id, quod faciebant, non adverterint; cum ad primam reflexæ cogitationis lucem ocyus ſe refrænent. Hanc ego ut unam ex periculoſiſſimis, quas anima in infernali hac obſidione ſuſtinet, tentationibus ſuſpicio; cum omnem deſperandi aut diffidendi ſaltem rationem adeſſe illi clarum videatur tum ex ſuggeſtione dæmonis quam vivaciſſima, tum ex derelictione, quam ipſa experitur; quibus ſi vehementes, quibus interius a dæmóne urgetur, impulſus ſupperaddantur, miſella neſcio quid violentiæ pati incipit. Interea tamen per recurſum ad Deum, qui eam in talibus anguſtiis neutiquam derelinquere poteſt, ſeſe debet adjuvare, & per actus ſpei, non quidem ſenſibiles (hos enim pro tempore illo nequaquam poterit elicere) ſed ſiccos & inſenſibiles debet Deo dicere, quod in ipſo velit ſperare, magnam autem diffidentiæ injuriam immenſæ ejus bonitati irrogare nolit: debet ſæpius repetere verba illa Jobi: *Etiamſi occideris me, in te ſpe-*

rabo. Imo etiamſi reprobaveris me, in te ſperabo: etſi ſe interea affectu his ſuis dictis prorſus oppoſito occupatam ſentiat, nullam prorſus illius rationem habeat: quia Deus actum illum liberum reſpicit, & valde acceptum habet, licet animæ nullius valoris eſſe videatur.

114. Omnium autem terribiliſſimi ſunt impetus, quibus inimicus in animabus hac ratione circumſeſſis virtutem Caritatis adoritur; cum animæ enim virtute hac magis perficiantur, quam quibuscunque aliis: ideo inimicus etiam contra hanc ferociſſimum tentationum ſuarum arietem dirigit. Non nullis animabus immittit ſpiritum blaſphemiæ, quo ad verba impia contra Deum & ſanctos evomenda excitari ſe ſentiunt. Alias per hoc exagitat, quod ſimilia verba illarum auribus inſonet: prout S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis contigit; hujus enim aures, dum divinum officium recitabat, horrendarum blaſphemiarum multitudine replevit, quas auditus organo tanta vivacitate impreſſit, ut proprii oris verba non intelligeret: unde illa timuit, ne divinarum laudum loco contumelioſa in Deum verba pronuntiaret. Apud alias in cauſa eſt, ut ejusmodi etiam ore pronuntient, ut accidit P. Joanni de Caſtillo ſocietatis Jeſu, de quo Pater Nierembergius (*in viris*

Illuſtr. Soc. Tom. 1. *Pag.* 774.) commemorat, quod dæmones obſeſſores linguam ejus ad blaſphemias in Deum & ſanctiſſimam ejus matrem effundendas commoverint. Mariæ Crucifixæ compluries idem contigit. Interea tamen non ſine fundamento ſuſpicari licet, quod dictæ perſonæ tales blaſphemias ſua lingua non pronuntiaverint, ſed quod dæmon vel vivam, quaſi has dicerent, apprehenſionem in iis excitarit, vel auribus inſonare fecerit, licet ab ipſis non dicerentur.

115. Non nullis animabus dæmon Deum qua inimicum implacabilem pingit ob oculos, ac vehementem mox in earum cordibus indignationem, & ingens in eum odium ſuccendit cum tam intenſa cordis afflictione, ut illi nulla æquiparari poſſit. In aliis animabus excitat ſpiritum murmurationis contra Deum, quaſi in torquendis, & affligendis animabus inſatiabilis foret. Sic Jobus occaſione atrociſſimæ ſuæ purgationis acerbiſſimis tentationis hujus aculeis fuit percuſſus, prout ipſe in hæc verba exprimit; *Clamo ad te, & non exaudis me; ſto, & non reſpicis me: mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ adverſaris mihi.* Ubi tamen neutiquam credas velim, quod homo patientiſſimus impiis murmurationibus aſſenſum præbuerit. Sed verbis

bis his innuere duntaxat voluit ſenſa perverſa, quæ dæmon in parte inferiori produxit, licet ipſe ab omni conſenſu quam alieniſſimus fuerit. Multas præterea alias animas reperire eſt, quarum mentes dæmon phantaſmatis impuris, aut cogitationibus deſpectus erga ſacras imagines implet: ita ut ne oculos quidem ad eas intuendas elevare audeant, pertimeſcentes, ne ad quemvis obtutum turpiſſimæ ſuggeſtionis ictu percutiantur: prout S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis accidit, quæ eas tamen magis quam prius venerari neutiquam intermiſit: licet temerarius obſeſſor eo uſque proceſſerit, ut ad illas ſacrilega quadam inſultatione inhonorandas per manifeſtam violentiam fuerit adacta. Sic ſupracitatum Patrem de Caſtillo, ut dictus P. Nierembergius refert, ſæpius adegit, ut Mariæ Virginis imaginem adureret, dum manum, qua illam tenebat; arripuit, & lucernæ lumini violenter admovit. Sic Maria Crucifixa violento modo, quin reſiſtere valeret, conſtringi ſe ſenſit ad hoc, ut modo nummum benedictum, modo pium libellum cum actu contemtus in terram projiceret; dumque coram auguſtiſſimo Sacramento orabat, ſeſe viribus inſuperabilibus retrorſum verti, & tergum ſuum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ obverti ſenſit; & eo ipſo, quo id contigit, actu ingentem in corde erga Deum rabiem, & blaſphemi-

arum

arum, quas nullo ſuo conatu prohibere po-terat, in lingua profluentiam excitari ſen-ſit. Tentationes hæ exagitatas miſeras has animas adeo excruciant, ut per acutos potius acinaces & novaculas tranſire, quam res a-deo impias in ſe ipſis experiri eligerent. Ve-rum ex hac ipſa ſua moleſtia ejuſmodi ſug-geſtiones minus evadunt periculoſæ: cum anima eas enim tanto cum horrore excipiat, ab omni utique conſenſu quam remotiſſima eſt. Quapropter tales perſonæ magnis timoribus angoribus, agitationibus aut turbationibus ne-quaquam repleri debent: nam ſi inordinatis his affectionibus locum darent; dæmon, qui eas turbatas, afflictasque videre gaudet, ad eas hujuſcemodi impietatibus perſequendas ſæpius rediret. Sufficit actum contrarium cum pace elicere, & ejuſmodi res, etſi quoad ſpe-ciem horrendas, deſpicere; dum ſic enim nullam quaſi inimici rationem habent, con-fuſus hic, victusque abibit. Præprimis au-tem ea ipſa, quæ perſentiunt, ſupplicia Deo offerant, coram eo ex animo ſe demittant, in iis ipſis adeo abominandis tentationibus ad Dei, qui eas in ipſarum bonum permittit, voluntatem ſe conforment, & ſecuri ſint, quod Deo ingens ſui ipſarum ſacrificium ſint oblaturæ, quodque coram divino ejus con-ſpectu eo magis piæ, ac religioſæ ſint ap-parituræ, quo ſibi ipſis magis impiæ ac ſce-leratæ videbuntur.

116.

116. Quæ de virtutibus theologicis dixi, de moralibus pariter virtutibus intelligenda veniunt: in dæmoniaca enim hac obſidione diabolus, ut virtutem omnem exterminet, has æque ac illas vehementium tentationum armis invadit, facitque inaudita furoris ſui experimenta. Hinc in ejuſmodi perſonis obſervatur, quod paſſiones quandoque inſolito quodam modo omne quaſi jugum modo contra hanc modo contra illam virtutem excuſſiſſe videantur. Nunc ira, impatientia, & indignatione adeo exagitantur, ut cum domeſticis agere quaſi non audeant ex timore, ne in actum aut verbum caritati contrarium prorumpant, prout S. Thereſia de ſe teſtatur. Nunc turpi vitio gulæ eas impetit, quatenus ingentem ciborum cupidinem in iis excitat ita, ut inter exquiſitas continuo dapes verſari ſibi videantur: & quandoque etiam, ut earum temperantiam majori adhuc periculo exponat, cibum aliquem porrigit, ac oculis ſpectandum proponit, prout Jeſu Chriſto in deſerto contigit, ubi dæmon, ut eum ad ſanctum jejunium interrumpendum induceret, lapides præſentavit inquiens: *Dic, ut lapides ſti panes fiant* (*Matth.* 4. *v.* 3) Et prout S. Hilarioni, cum fame vehementius torqueretur, ſæpius accidit, uti & S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, cui per cellam promtuariam tranſeunti licet alias rite obſerata ciborum

117. Subjungam ſolummodo, quod
Crucifixæ accidit: huic dæm
pore moleſtæ hujus obſeſſionis id
ſuggerebat, quod, cum ad ſanctitat
ardenter aſpiraret, eam ad ingen
culmen eſſet elevaturus, quod ei E
raptus, & alios ſublimes favores e
pertiturus, propter quos per totu
dum celeberrima futura eſſet. Et 1
orationibus modo eam per modum
ſenſuum uſu privavit, modo ſub ſpe
Chriſti apparens eam ſuam filiam, ſua
ſam, ſuam dilectam, & animam o
quæ in orbe eſſent, ſibi fideliſſima
pellavit, cumque ſuos illi cruciatus
ac ſancta ſua opera ob oculos pon
gentem ſimul in ejus animo ſuperl
morem excitavit. Alio tempore in h
verba fuit allocutus: *Si patientiam*
non habuiſti, ego in cauſa fui, qui tib

gens ſancta & eſſet, & appareret. Et certum eſt, quod ſi per ſuperbiam victa malignis his artibus, ac malitioſis his ſuggeſtionibus vel pauliſper adhæſiſſet, in ruinam prorſus ac perditionem præceps abitura fuiſſet. Verum illa ingenti cum fortitudine & contemtu omnia rejecit, ac tandem per Dei benevolentiſſime aſſiſtentis gratiam a ſuis inimicis victoriam reportavit. Et ne longior ſim, paucis concludo, quod ea, quæ de his vitiis dicta ſunt, de omnibus etiam aliis dici poſſint, cum non detur virtus, quæ in dæmoniaca obſeſſione majori vel minori vehementia non impugnetur: id quod tamen de eodem ſubjecto non intelligas velim. Et ſane commiſeratione dignum eſt, videre quandoque multæ probitatis religioſas feroces pati impetus rumpendi clauſuram, deſerendi cœnobium, vanitatibus, pompis & voluptatibus, illicitis etiam ſe tradendi: quæ omnia ex vehementi dæmonum inſtigatione contingunt.

118. Interea tamen neutiquam intermittendum duxi atrociſſimum quoddam ſupplicium, quod animæ in hoc purgationis ſenſuum ſtatu collocatæ experiuntur, quodque in vivaciſſima apprehenſione conſiſtit, vi cujus ſe prædictis tentationibus conſenſiſſe, gratia Dei excidiſſe & noxarum lethalium mari immerſas eſſe opinantur. Hinc

acu-

acutiſſimi in earum cordibus remorſus, cruciatus, & furores enaſcuntur; ſi timidæ enim hæ animæ ſe non peccare ſcirent, in dæmoniacis, quas ſuſtinere coguntur, impugnationibus, multum profecto levaminis ſentirent: verum pati, & ſua opinione ſine fructu pati, imo cum perſuaſione Deum graviter offendendi pati, hoc ipſis cruciatus ſane intolerabilis videtur. Moleſtiſſimæ hujus perſuaſionis cauſſa non modo dæmon, ſed & ipſe Deus, & multoties ambo ſimul eſſe poſſunt. Dæmon in cauſſa eſt: quia afflictarum harum animarum mentem denſis tenebris obfuſcans facit, ut repugnantiam, quam peſſimis ejus ſuggeſtionibus opponunt, diſcernere nequeant. Deus ad hanc perſuaſionem poteſt concurrere, dum his animabus omne lumen, & omnem circa ſuas repugnantias reflexam cogitationem auferens facit, ut, etſi reſiſtant, ſe tamen non peccare neutiquam cognoſcant; & ſic in ingentes profecto anguſtias conjiciantur. Dæmon ex perverſo animas in deſperationem deturbandi propoſito ita agit: Deus id autem ex ſancto eas in purgationum clibano & nitidius & citius expoliendi fine operatur. Ad Directorem autem pertinet, eas conſolari, & omni, quo fieri poteſt, modo ſecuras reddere, ut paulo poſt videbimus.

119. Similis huic eſt alia quædam tribulatio,

tio, quam Sanctus Joannes a Cruce *Spiritum vertiginis* compellat, & (*in Noct. obſc. Lib.* 1. *cap.* 14.) unum ex graviſſimis ſtimulis & horroribus hujus noctis eſſe dicit. Spiritus hic conſiſtit in intricatiſſimo ſcrupulorum turbine, vi cujus humanum judicium penitus confunditur: unde continua cum inquietudine in qualibet actione, perplexitates, dubia, & anguſtias invenit, quin ullibi firmum pedem figere, & vel proprio vel alieno judicio inniti poſſit. Contra ingentem hanc tribulationem aliud non datur remedium, quam ſibi vim facere, & alieno ductui ſe ſubmittere.

CAPUT XI.

Monita practica pro directore præcipue circa tentationes impuras.

120. MONITUM PRIMUM. Contra has debet Director inculcare Diſcipulo ſuo oppugnato, ut ſeſe obarmet orationibus, precibus, & continuo ad Deum ac ſanctiſſimam ejus matrem recurſu præcipue eo ipſo tempore, quo inimicos in ſe irruere ſentit, nec unquam deſiſtat, uſque dum ſe victorem videat. Contra has, ne inter conflictus adeo immanes animo cadat,

animari eum etiam oportet ad magnam in Deum fiduciam ita, ut conſtans ſemper perſeveret in veritate illa fidei, quod Deus tentationes viribus noſtris ſuperiores nobis nunquam permittat: unde & per ejus gratiam totum etiam infernum vincere valemus, etſi in damna noſtra totus conjuraſſet. Contra has Sacerdotali quoque authoritate uti, ac præceptis, aliisque a S. Eccleſia approbatis remediis dæmonum audaciam comprimere oportet, præcipue ſi tentationibus impuris nimium inſoleſcant; & ipſi etiam pœnitenti eſt injungendum, ut ad omnes in fugam agendos eadem ipſe quoque adhibeat. Peculiaris tamen circa ſpirituales has tentationes Directoris attentio eo dirigi debet, ut diſcipulus ad generoſam repugnantiam continuo vigil & alacer conſervetur. Contra mala corporea, quæ in cruciatibus conſiſtunt, ea ſolummodo tolerare ſufficit: contra ſceleſtas tentationes autem, ne quis a ſuis inimicis in exitium trahatur, præterea etiam reſiſtere neceſſe eſt. Quamobrem invigilet director, ut anima a dæmonibus exagitata ad ſui defenſionem ſemper promta perſiſtat: & ſicut generoſus miles, ab hoſtibus ſeſe circumdatum conſpiciens ſemper armatis manibus ad conflictum paratus eſt: ſic illa a dæmonibus ad ſui expugnationem tentando intentis ſeſe cinctum videns, ad omnem ſuggeſtio-

nis ictum per actus contrarios retundendum continuo ſtet in vigiliis. Et licet dæmoniaca obſeſſio integris, imo pluribus etiam, ut contingere ſolet, annis perduret, inimico nunquam cedat, nec pugnando laſſetur unquam: ſed quo pertinaciorem ille ſeſe in oppugnando oſtendit, eo illa ſeſe in repugnando conſtantiorem, ac generoſiorem exhibeat. Ut inter diuturnos hos conflictus eo magis animetur, dicat eidem, quod quævis tentationis rejectio ſit præclara, quam a diabolo reportat, victoria, quod ſit nova, qua tempora ipſius in cælis ſplendeſcent, corona, quod ſit novum, quo coram Domini ſui oculis acceptior rurſus redditur, meritum: ponat illi ob oculos non modo ingentem, quam in Deum confert, gloriam: ſed & magnum, quod in ipſam redundat lucrum; ſiquidem per aſperos hos conflictus ad virtutum perfectionem pervenitur: *Nam virtus in infirmitate perficitur* (2. *ad Corinth. cap.* 12. 9.) Si pænitens reſpondeat, quod vellet, & conetur etiam reſiſtere, ſed tentationibus præventus non poſſit; hoc ejus idioma intelligat oportet; non enim aliud ſignificat, quam quod ipſius repugnantia inter tentationum furioſe irruentium ſtrepitus ſenſibilis non ſit. Quapropter eidem inſinuet, quod per voluntatem ſemper poſſit reſiſtere; & hinc per hanc firmus perſiſtat, non cedat, nec victas ma-

nus det; ſed ad Deum confugiat, ac ſeſe ab ejusmodi rebus abhorrere coram eo proteſtetur: & ſecurum eum ſimul reddat, quod, licet tentationem magis perſentiat quam ſuam repugnantiam, nullum tamen prorſus malum in hoc lateat, cum Deus hanc magni faciat, illam autem nullatenus curet.

121. Monitum Secundum. Nulli induſtriæ parcat director, ut anima ex horrendis, quibus ſe exagitatam videt, tentationibus, & ex denſis, quibus ſe immerſam invenit, ariditatis tenebris ingentem ſuam miſeriam cognoſcendi anſam arripiat, ut ſe profunde demittat, ut vilem de ſe ipſa ideam, imo poſitivum ſui ipſius deſpectum concipiat; cum in hoc ipſo repoſitus ſit finis, quem Deus reſpicit, dum eidem rigidiſſimas has purgationes permittit: omnem ſcilicet ſui exiſtimationem vult penitus exinanire, ut eam dein ad cæleſtia dona elevare poſſit. Opportune hic mihi occurrit commentatio, quam S. Thomas in cap. 14. Matthæi inſtituit: legimus ibi, Apoſtolos in medio mari vehementi tempeſtate fuiſſe jactatos, non ſine manifeſto & navis & vitæ jacturam faciendi periculo. Tempus erat nocturnum, cælum obnubilatum, aer tenebricoſus, mare turbulentum; nec in tam denſa caligine quidquam vide-

poterat, niſi quod fugaci ſubinde fulgu-
turbati maris aſpectus detegeretur. Et
apſe per incertum fulguris cujusdam lu-
ien Apoſtoli Redemtorem ſuper mare am-
ulantem conſpexerunt. Ad quam viſionem
Petrus elata voce exclamavit: *Domine, ſi
es, jube me ad te venire ſuper aquas:* Cui
alvator, ut ſecurus ac ſine timore veniret,
ſpondit. Tum Petrus ex navi in mare
roſiliens, non jam natando, ſed ſuper a-
uas, tempeſtate licet turbatas, pedibus
icedendo ad Redemtorem perrexit. Dum
e improviſo vehemens turbinis impetus in-
ırgit, Petrus ventorum ſibilis & undarum
emitu perterrefactus in mari mergi incipit,
on ſine magno ſubmerſionis periculo:
a ut ſeſe jam quaſi perditum videns cla-
are cæperit: *Domine ſalvum me fac.* S.
homas factum hoc perpendens quærit,
ır Chriſtus, cum Petro, ut ad ſe ſuper a-
uas veniret, primo præcepiſſet, poſtea per-
iſerit, ut timeret, & cum ſuffocationis
riculo mergeretur: & dicit, hoc ideo fa-
um eſſe, ut Petrus ſuam debilitatem, fra-
litatem, ac quid ex ſe ipſo poſſet, agno-
eret. *Quod permiſerit mergi Petrum, hoc
cit, ut experiretur, quid poſſet de ſe: unde
od ivit ſupra mare, hoc fuit virtute Chri-
; quod autem cæpit mergi, hoc fuit infirmi-
tis Petri (in Matth. c.* 14.) Id quod etiam
Pauli exemplo confirmat, utpote cui Deus

 hor-

horrendas impuritatis tentationes permiſit, ut inter ſublimium revelationum abundantiam cum animi ſubmiſſione degeret: *Ne multitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ.* Et hoc ipſum in his, de quibus in præſenti ſermocinamur, ſenſus purgationibus contingit. Miſeræ animæ in tenebris & in obſcura ariditatum nocte inter horribilium omni ex parte irruentium tentationum tempeſtates verſantur: & quandoque aquam, ut ita loquar, jamjam in os influere conſpiciunt, cum proximo in letalium noxarum mari pereundi periculo. Sed quem in finem Deus eas in tenebris adeo denſis, & inter adeo gravia quovis momento pereundi pericula relinquit? Certe non in alium, quam ut ſuam debilitatem manibus palpent, fragilitatem ſuam propriis quaſi oculis videant, & per propriam experientiam convincantur, ſeſe ex ſe ipſis prorſus nihil boni operari poſſe; imo ut evidenter quaſi cognoſcant ingens malum, quod perpetrarent, ſi Deus vel paulisper recederet: unde in nihili, & miſeriarum ſuarum abyſſum demerguntur, ibique exinanitæ perſeverant. Id docet S. Thereſia, de anima in harum purgationum ſtatu repoſita loquens. *Miſeriam ſuam clare intelligit, & quam ipſi parum e nobis poſſimus, ſi Dominus manum ſuam ſubtraxerit. Ad hoc porro intelligendum nulla penitus ſibi jam opus*

eſſe conſideratione putatur, quod per experientiam, qua id ipſum experta eſt, cum ſe penitus ineptam, & ad omnia inhabilem viderit, jam cognoſcat, quam nihil ipſi ſimus, & poſſimus. Nam tametſi in ſtatu gratiæ eſſe non deſinat (cum quamdiu hæc tempeſtas durat, Deum neque de facto offendat, nec ob ullam hujus mundi rem vellet offendere) hæc tamen ita latet abſcondita, ut ne vel minimum ſpecimen aut argumentum, e quo Deum amare, vel aliquando amaſſe ſe colligat, in ſe ipſa deprehendere videatur. (caſt. inter. Manſ. 6. cap. 1.) Quapropter ſi anima procellas has cito tranſire, malaciam velociter redire, & ſerenum conſolationum ſuarum diem celeriter illuceſcere cupiat, ſeſe deprimere, & exinanire feſtinet. Director etiam curet, ut cum hac animi demiſſione illam, de qua capite nono locutus ſum, ad Dei voluntatem conformationem conjungat, ut ſeſe illius diſpoſitionibus, licet aſperæ videantur, ſubjiciat, ut ſeſe ad illius permiſſiones, quanquam eas ſibi moleſtas experiatur, accommodet, & ut totam ſeſe ejus manibus committat: ſiquidem hic alter finis eſt, ob quem Deus eam in tenebricoſa hac nocte inter tantarum dæmonis tentationum turbines relinquit. Si jam Deus ſuos fines cito adimpletos videbit, cito eam etiam in alio ſtatu collocabit.

122. Interea tribulatæ animæ neutiquam prohibitum eſt, liberationem ab ejusmodi tentationibus ſubmiſſa cum indifferentia deſiderare, & a Deo efflagitare, præcipue ſi circa materiam impuritatis & quidem cum vehementia verſentur: cum tales tentationes enim fragili naturæ noſtræ valde conformes ſint, placet Deo, ſi anima ab iis liberari cupiat, & petat etiam, ut in alias ſibi moleſtiores, minus tamen periculoſas tribulationes permutentur. Notandum tamen, quod ſi Deus eam exaudire nolit, etiam circa hoc ſanctæ ejus voluntati ſubjecta, ac conformata permanere debeat.

123. Monitum Tertium. Sciat Director, nequaquam faciliter credendum eſſe, quod animæ inter dæmoniacas has, inhoneſtas licet, tentationes graviter peccent; multo autem adhuc magis cavendum eſſe, ne, ſeſe ejusmodi lapſus de illis credere, ulla ratione eisdem patefaciat. Taliter enim agere aliud non foret, quam eas impellere ad deſperationem, ad quam aliunde jam a dæmone vehementer incitantur. Sciendum enim, in hoc purgationum ſtatu vix reperire eſſe animam terribilibus tentationibus exagitatam, cui Diabolus perſuadere non conetur, quod noxis letalibus plena, & extra ſtatum gratiæ a Deo longe

remota ſit; & quam veterator maligna
: arte non in deſperationis cujusdam a-
ſum præcipitem agere, aut ſaltem ani-
dejectam, ac in magna quadam diffi-
ıtia conſternatam conſervare contendat.
igitur contingat, ut afflicta anima in
sdem opinionis magiſtrum incidat, qua-
r miſera ſeſe erectam conſervare pote-
!

;. Quapropter Director communem hanc
inter Theologos doctrinam teneat:
anima quædam Deum vere timeat, a
cato ſuper omne malum abhorreat, id-
: magna cum ſedulitate fugiat (quales
jue ſunt animæ, de quibus in præſens
nocinamur) interea tamen timeat, ſu-
etur, ac dubitet, utrum tentationi cui-
ı conſenſerit, tunc cenſendum eſt, quod
ſenſus vel prorſus abfuerit, vel talis ſal-
ı non adfuerit, qui ad peccatum letale
:igiſſet. Rei hujus ratio in ipſa ejus-
ı ſuſpicione, timore, ac dubio eſt repo-
: quia ad gravem culpam conſtituendam,
cipue in magnæ probitatis hominibus,
ıiritur conſenſus plene liber; ſive plena
ı attentione ac apertis oculis præſtitus.
jam hac ratione conſentit, non timet,
ſuſpicatur, non dubitat de conſenſu;
certo illum ſcit: ſpeciatim videtur in-
itatum, quod in hujus generis perſo-

 nis

nis talis conſenſus ſine magna, & ſenſibi li voluntatis permutatione contingere no poſſit. Addo, quod, licet animæ, in ha infernali obſidione repoſitæ, vehementes quibus impetuntur, tentationes vivaciter per ſentiant, eas tamen cum horrore perſenti ant; affliguntur in illis, & quandoque quam cunque aliam moleſtam crucem potius, quan ejusmodi impetus ſuſtinere eligerent. Jan quæro, unde oriatur hæc repugnantia, & hæc afflictio; Ex parte inferiori? certe ne quaquam; hæc enim vel cum delectati one eos recipit, vel ſi delectabiles non ſint ſibi ſaltem conformes experitur. Igitur hor ror hic & abominatio a voluntate profici ſcitur. Si voluntas autem abhorreat, qu ratione conſentit, pleno præſertim ac deli berato conſenſu? Videat itaque director nul lam adeſſe rationem hujuscemodi anima peccati letalis arguendi. Imo ſi contrari quæ hactenus indicavi, ſigna in iis depre hendat, omnem vanum timorem ab earum mente ac corde debet effugare: dum con ſenſiſſe ſibi videntur, & nimium propterea affliguntur: ſiquidem hoc vel a dæmoni oritur, qui, ut in conſternationem quam dam deturbentur, earum phantaſiam turbat vel e propria earum phantaſia naſcitur, ut pote quæ tantas inter tenebras ſenſum me rito dignum a culpabili conſenſu diſcernere nequit.

125. Aliam inſuper rationem ſubjungo, & eſt, quod Deus tentationes adeo vehementes, & adeo inſolitas neutiquam in ruinam ſed in animarum coronam permittat: unde ſimile vero haud videtur, quod graves illis lapſus permittere debeat. Id quod tamen non dico, ut director nimium iis fidat, quaſi peccati incapaces forent. Imo perſuaſum ſibi habere debet, quod, quamdiu purgationes durant, in magno labendi periculo verſentur, & hinc etiam peculiari vigilantia, ac ope indigeant. Dicta hæc eo ſolummodo collineant, ut director juſtum de earum conſcientiis judicium formare ſibi valeat, eaſque graviter culpabiles nunquam exiſtimet, quotieſcunque reſiſtere, & datam Deo fidem ſervare conantur. Si de noxis venialibus autem ſermo ſit, dico, quod, niſi anima excellenti virtute, & ſingulari ſanctitate polleat, non raro eventurum ſit, ut inter tam atroces conflictus in leves culpas incidat: cum ad has quævis negligentia, & quivis etiam non plenus conſenſus ſufficiat. Convenit itaque, ut director in pænitentiæ Sacramento generalem ſaltem omnium ejuſmodi defectuum accuſationem exigat. Verum etiamſi ſecurus etiam eſſe poſſet, quod nullius prorſus peccati ſe ream egerit, multum tamen expediret, omnium cum hoſte conflictuum rationem exigere, ut hac detectione ſaltem ejus vires infringantur, & audacia refrænetur.

126. **Monitum Quartum.** Caveat director, ne cum ejuſmodi animabu rigide agat, & multo magis, ne ullum horroris ſignum edat, dum proprias tentatio nes, quantumcunque etiam impias, ſordidas, ac ſceleratas detegunt: ſed oſtenda eis hujuſmodi res ſibi nullatenus novas videri, ſed a ſe jam exſpectatas fuiſſe utpote animabus, quas Deus purgare vult contingere ſolitas. Sic animos illis addet ut omnem, quibus inimicus eas circumvenire tentat, fraudes candide detegant, aperiantque. Si reprehendendæ ſint, id cum caritate, & manſuetudine fieri oportet; nimium enim periculoſum & ſane imprudens eſt adeo afflicto novam afflictionem addere. Reprehendendi occaſiones autem ſequentes erunt; ſi inimici fallaciis aſſentir incipiant, & monitæ non ſe emendent, ſ notabilem in illo a ſe repellendo negligentiam admittant: ſi in ſoliditate & ſubſtantia virtutis tepeſcere incipiant: E. g. ſi levamen, quod a Deo obtinere neqeunt, ı creaturis quærant: ſi aliquantum nimium corpori indulgere incipiant: ſi erga amicos & domeſticos moleſtiæ, & inquietæ fiant: ſi nimia cum ſolicitudine perditam conſolationem recuperare ſtudeant: ſeque ideo nimiis pænitentiæ operibus, iisque motu proprio aſſumtis defatigent; ſi mille Directorum ſententias exquirant, & nullius demum

con-

conſilia exequantur, & multo magis ſi proprii directoris ordinationibus ſe parum obedientes exhibeant &c. In his & ſimilibus caſibus eas efficaciter equidem, non minus tamen ſimul etiam ſuaviter & manſuete reprehendi oportet. Sicut & director propter ejusmodi defectus neque animo cadere, neque inquietari, ſed potius curare debet, ut pænitentiam agant, animo demittantur, omnem ſuam fiduciam in Deo reponant, & corde ſincero eidem ſervire pergant. Si pœnitens autem cum ſoliditate virtutis in ſua purgatione progrediatur, pro viribus conetur, in omnibus tribulationibus & internis tentationibus ſolatium eidem ingerere idque modis vel maxime affabilibus, & quam ſuaviſſimis, quas ſua illi caritas ſuggeſſerit, rationibus. Ab ipſo æterno Patre ſumat exemplum; is enim, cum unigenitum ſuum in horto Gethſemani omni ſolatio deſtitutum videret, eidem angelum conſolatorem cælitus ſubmiſit: & prius jam talem miſit non modo ad Tobiam, ut inter ingentes ſuas tribulationes erigeretur, ſed & ad Eliam, ut contra impiæ Jezabelis infeſtationes animaretur. Igitur ipſe quoque afflictis his animabus angelum ſe conſolatorem exhibeat.

127. Monitum Quintum. Notet Director, quod, dum afflictas has ani-

nimas erigere conatur, quantumcunque fieri poteſt, abſtinere debeat à duobus ſolatii incitamentis, quæ ipſis nocere poſſent. Primum eſſet, ſi ad minuendas earum anguſtias purgationum & afflictionum terminus qua jam propinquus proponeretur: hoc enim fieri neutiquam oportet (ſi ſolum caſum excipias, quo nullus alius eas quietandi modus ſuppeteret) idque duplici ex capite: primo quia nemo, certo ſaltem, ſcire poteſt, quanto tempore eas formidabilis hujus obſeſſionis impugnationibus expoſitas tenere velit: unde ſpebus his eas demulcere nequaquam proficuum videtur; ſi anima enim poſtea ſe deluſam videat; in majores adhuc anguſtias redigi poſſet. Secundo quia harum animarum perfectio (prout S. Thereſia, Taulerus (*inſtit. cap.* 11.) & alii docent) magna ex parte in eo conſiſtit, quod toto, quo Deus vult tempore conſtantes in cruce perſiſtant, paratæ inibi etiam mori, prout earum Redemtor ibi mortuus eſt: nec ullatenus incumbit directori, debilibus, & imperfectis hujuscemodi ſpebus hanc illarum perfectionem minuere, & ingens adeo meritum illis auferre.

128. Alterum, quod ad conſolandas, & corroborandas afflictas has animas proponi non oportet, ſunt contemplationes, deliciæ, viſiones, Ecſtaſes & ſimilia

lia, quæ in præſentium conflictuum præmium futuro tempore iisdem probabiliter concedentur. Idque rurſus duplici ex cauſa: prima eſt: licet paſſivas ſenſus purgationes ſupernaturalium favorum copia, & contemplationis donum ſubſequi ſoleat; id tamen non ſemper contingit, cum illa ſaltem gratiarum abundantia, quam perſona ſe recepturam crediderat. Scio de anima quadam, quod poſt rigidam purgationem in afflictione aliqua vixerit, eoquod ingentes, qui ei promiſſi fuerant, favores experta in ſe non fuerit. Licet imperfectum hunc ſenſum, poſtquam de eo admonita fuit, ocyus dein depoſuerit, & plena in quiete perſtiterit, etiam circa hoc ad divinam voluntatem conformata. Altera cauſſa eſt, quod anima pati tolerare & pugnare non debeat impulſu ſpei hujuſmodi conſolationum, & favorum ſpiritualium. Hic agendi modus propriæ utilitatis nimium cupidus, parum perfectus, ac valde periculoſus eſt. Sed debet tolerare pure propter Deum, ut ſanctiſſimam ejus voluntatem adimpleat, eique placeat absque ullius in præſenti vita retributionis ſpe: hoc eſt cum perfectione operari: hoc eſt per purgationis ſuæ clibanum cum ſoliditate virtutis tranſire.

129. Prætermiſſis itaque his parum perfectis conſolandi rationibus, Dire-

ctor ſolidioribus ex fundamentis purgantes has animas corroborare conetur. Ponat illis ob oculos quantopere Deo placeant, ſi ejus amore patiantur, confligantque: quia reapſe magis illi placet dies unica inter has ariditates, cruciatus, & pugnas fideliter, & patienter tranſacta, quam ſi anno integro amoris dulcedinum, & ſpiritus diliciarum mari innatarent: quia veræ & ſolidæ virtutes, ejus oculis adeo acceptæ magis in his quam in illis exercentur. Repræſentet eis ingens præmium, quod in beata patria illis præparatur; quandoquidem, ſi dæmoniacam hanc obſidionem generoſe ſuſtineant, coronas, & palmas in cælis faſciatim ſibi accumulant. Hæc ſunt ſenſa, quibus juxta B. Henricum Suſonem (*Dial. amor. cap.* 22.) divina ſapientia animam ſub ejusmodi crucibus gementem & afflictam conſolatur: Ecce in hæc verba eam loquentem inducit: *Certum eſt, quod, ſi omni conſolatione, & ſpirituali dulcedine abundares, ac præ roris cæleſtis copia amore & devotione liquefieres, nequaquam tantum merereris, quantum in mentis ariditate, & hac, cui te affixam teneo, cruce toleranda. Imo in intimis, & penetrantibus his ſuppliciis ego non ſolum ex animo te amo, ſed & obſtricta ac ineffabilis præmii debitrix maneo.* Et paulo poſt ſubjungit: *Mundus afflictiones fugit, & afflictos deſpicit; ego autem illos benedico, & corono. Hi*

ſunt

ſunt mei cariſſimi, amabiliſſimi, divinitati meæ ſimillimi, & præ omnibus conformes. Sæpius illis etiam in memoriam revocet, quod per has tolerantias ac conflictus pro præteritæ vitæ peccatis ſatisfaciant, & maculas animæ per ea contractas abſtergant; quod in virtute expoliantur, & ſenſim ſine ſenſu perfectæ reddantur: prout B. Angela de Fulginio de ſe ipſa fatetur (*in vita ejusdem transl. a P. Hieron. a Capug. Domin. cap.* 2.) Hæc enim poſtquam immanes ſuas purgationes enarravit, in hæc verba concludit; *Verum eſt: quod poſtea cognoverim, imo tentationibus his totam in aliam mutatam, & a maledicta illa humilitate, ac perverſa ſuperbia eſſe liberatam; experta ſum, inquam, quod anima mea multum fuerit repurgata, & purgata etiam remanſerit; ſiquidem conſecuta ſum veram humilitatem, ſine qua nemo unus ſalvari poteſt; & quanto hæc major eſt, tanto magis anima perficitur, & expurgatur --- Et ſic quanto magis anima quoad partem ſenſitivam fuerit afflicta, humiliata, & excruciata, tanto magis etiam erit repurgata.*

130. MONITUM SEXTUM. Tandem monitum velim directorem, quod animæ hæ a Diabolo circumſeſſæ ordinarie tententur diffidentiis, imo deſpectu & odio erga conſcientiæ arbitros, & quod pejus, quandoque contra hos ſuſpiciones, ac di-

 ſtor-

ſtortiſſimæ ſpecies illarum mentem pervagentur, quas inimicus eum in finem ſuggerit, ut hæ ab illis alienentur, aut ſaltem fiducia vel candore in ſeſe detegendis priventur ita, ut ab hoſte dein pro arbitratu decipi poſſint. Quapropter ſi hanc ſuam tentationem aperiant, oſtendat, ſeſe propterea nullatenus offendi, ſed potius demonſtret, hanc earum ſinceritatem ſibi ſummopere placere, ut ad omnes conſcientiæ ſuæ ſinus aperiendos eo majorem illis animum addat. Cum vero timidas reperire ſit animas, quæ verecundia devictæ hanc tentationum in proprium directorem tendentium ſpeciem manifeſtare non audent, eò quod per has injuriam illi fieri, & moleſtiam creari opinentur; hinc is ſagaciter hac in re procedat oportet: ſique videat, quod diſcipulus ad conferenda ſecum animæ negotia rarius accedat, quod cum timore loquatur, nec omnia edicat, ſuſpicetur, eum tentatione diffidentiæ laborare, & ineptas forte contra ſe cogitationes nutrire; quapropter eum comiter hac de re interroget: curetque, ut ſe detegat; ſi tentationem hanc enim non vincat, in gravi verſatur periculo; vix enim periculoſius quid animæ ſupervenire poteſt, quam cum ſtygio hoſte debere confligere ſine patre ſpirituali, qui in atroci pugna patrini inſtar continuo ad latus ſit, protegatque.

CAPUT XII.

Exponitur tertium remedium, quo Deus purgationem ſenſus perficit, quodque in tribulationibus conſiſtit, quas Deus per naturales ſive liberas ſive neceſſarias cauſſas immittit.

131. Sufficienter jam declaravimus primum purgationis remedium, quod Deus ipſe per ingentes animæ immiſſas ariditates applicat. Explanavimus etiam alterum, quod per dæmones impendit, dum terribilem tentationum, & cruciatuum obſidionem permittit. Supereſt itaque adhuc tertium, conſiſtens in ingentibus tribulationibus & adverſitatibus, quæ vel a cauſſis liberis, quales homines ſunt, oriuntur, vel a cauſſis neceſſariis proficiſcuntur, quales ſunt omnes res terrenæ libertate deſtitutæ, ac ſola nos tribulandi, ac affligendi capacitate præditæ.

132. Ad materiæ hujus intelligentiam duo magni momenti notanda præmitto. Primum eſt, quod, licet tribulationes mox declarandæ quandoque a dæmonibus excitentur, aut magna ſaltem ex parte his adſcribi debeant, cum tamen ordinarie a cauſſis naturalibus proficiſcantur, his nihil-

ominus abſolute ſine ulla limitatione attribuantur. Alterum eſt, quod ipſæ hæ tribulationes a Deo in præteritorum peccatorum vindictam immitti poſſint: & hinc ut ad paſſivas, quas pertractamus, ſenſus purgationes pertineant, oportet, ut per peculiarem providentiam a Deo ad ſubjectum perficiendum & impertiantur, & dirigantur: idque multo magis, ſi ad cæleſtis contemplationis receptionem diſponere debeant.

133. Itaque Deus, ut ſuorum, quos cæleſtibus poſtea donis locupletare cupit, ſervorum ſenſitivam partem repurget, corporeis ſæpè infirmitatibus utitur. Ita Deus S. Jobum repurgavit, dum eum à capite ad calcem fædo ulcere replevit, ita ut ſaniem teſtaceo fragmento abſtergere cogeretur: *Qui teſta ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio.* Ita S. Lidwinam repurgavit doloribus & vulneribus eam cumulans, ita ut carnes in vivo corpore computreſcerent. Ita S. Claram repurgavit, moleſtis eam continuo infirmitatibus opprimens. Ita Thereſiam repurgavit, cui (prout ipſa refert) per plures annos ne unam quidem diem doloribus immunem conceſſit. Ita S. Catharinam Senenſem, S. Roſam Liminam, & omnes quaſi ſanctos contemplativos repurgavit, qui in proximorum obſequium deſtinati non fuere: ſiquidem Deus

in

in tali caſu hæc corporis mala aliis non minus moleſtis tribulationibus compenſare ſolet.

134. Ad purgationum harum complementum etiam membri aut ſenſus cujusdam amiſſio pertinet: prout Tobiæ contigit; qui lumine oculorum orbatus fuit: unde & multa cum afflictione dicere coactus fuit: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video!* (*cap.* 5. *v.* 12.) Et licet ejus cæcitas a ſtercore hirundinis caſu pupillis ejus illapso originem traxerit, dubitari tamen nullatenus poteſt, quin id ordinatum ſit per peculiarem providentiam Dei, qui cæcitate illa eundem purgare cupiebat; cum angelus proprio ore eidem dixerit: *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te.* Eum ipſum in finem venerabili matri Annæ a S. Auguſtino Diſcipulæ S. Thereſiæ, loquelæ uſus a Deo fuit ſublatus, quæ, prout P. Philippus a Sanctiſſima Trinitate (*Theol. myſt. P.* 1. *Tr.* 3. *art.* 5. *cap.* 2.) commemorat, loqui poterat, dum ad confeſſarii pedes culpas ſuas accuſare debebat, aut dum ab eodem confeſſario ſermocinari juſſa fuit: extra hos caſus autem continuo tacere cogebatur: id quod manifeſto indicio eſt, coactum hujusmodi ſilentium per ſingularem diſpoſitionem eidem a Deo fuiſſe immiſſum,

ut ſenſus hujus privatione ſcilicet ad ſublimem perfectionem proveheretur. Haud abſimilis eſt eventus, qui a P. Daniele Bartolo (*in vita S. Ignat. L.* 5. *Mirac.* 7.) de nobili quadam matrona refertur, quam Deus ſenſu auditus privavit; & ne ullum ſupereſſet dubium, quin gravis adeo tribulatio ad purgandum ejusdem ſpiritum ordinaretur, per interceſſionem Patriarchæ S. Ignatii ſenſus hic eidem reſtitutus fuit ita tamen, ut non niſi conciones, orationes, & alia ſancta ac ſalutaria verba poſſet audire: ad quemvis alium indifferentem, aut vanum ſermonem autem continuo ſurda permaneret. Circa membrorum amiſſionem ſolummodo Venerabilem Franciſcam Serronenſem *del ſerrone* (*in vita*) cujus ſpiritum S. Phillippus Nerius approbaverat, commemorabo: hanc Deus manuum, pedumque uſu penitus privavit, ita ut animantis quadrupedis inſtar ſemper reptando progredi cogeretur. Licet Deus, corpus humi proſternens, ſpiritum illius ad valde ſublimem orationis, & ſanctitatis gradum evexerit. Quandoque Dominus Deus etiam corporalem quamdam deformitatem in vultu præcipue immittit, ut anima a mundo, cui ſe non amplius acceptam videt & vanitatibus ejus omnigenis avellatur. Hoc fæminis ſolet ſuccedere, utpote quibus comte, & ſpecioſe comparendi cupido magnopere dominatur:

&

& ego ipſe in plures incidi, quæ per viam hanc ad perfectionis & extraordinariæ contemplationis ſtatum a Deo ſunt pertractæ.

135. Ad ſenſus purgationes pariter ſpectat inopinata proximorum & cariſſimorum conſanguineorum amiſſio, & jactura bonorum per infortunia, amiſſionem fidei, ac injuſtas oppreſſiones ita, ut ad extremas quis miſerias redigatur. Ita Deus ingentium dolorum vi hominem ab omni creato ſeparat, ut ſibi ſoli eum uniat. E mille, quæ hanc in rem adducere poſſem exempla, duo duntaxat ſeligo, utpote magis memorabilia: unum ſit S. Jobi (*cap.* 1.) utpote cui omnia & filii & filiæ, & domus & armenta, & poſſeſſiones & ſervi uno quaſi impetu ablata ſunt ita, ut extremam ſuam calamitatem pauper & nudus ſedens in ſterquilinio deplorare cogeretur. Hac ratione tanto evaſit perfectior, quanto ab omni terreſtri bono magis fuit exſpoliatus. Alterum ſit S. Euſtachii (*Brev. rom. in ejus Lect.*) qui mœſtiſſimam conjugis ac liberorum amiſſionem, ac luctuoſiſſimam facultatum omnium jacturam ſuſtinere, ac ad ligones & aratra vilis bubulci inſtar tractanda ſe demittere debuit. Sic Deus eum dolorum, ac afflictionum ictibus ex idololatra, qualis prius fuerat, in præclari nominis Sanctum permutavit.

136. Verum conſuetiſſimum, quo Deus in his ſenſus purgationibus uti ſolet, remedium ſunt inſectationes hominum; cum reperire vix ſit animam contemplativam, quæ doloroſum hoc ſpinetum vel magis, vel minus non tranſierit: & ratio, ſi à vero non aberrem, in eo ſita eſt, quod, ſicut omnes noſtræ exiſtimationis, & proprii honoris æmulatores ſumus, ita & omnes indigeamus violenter ab his abſtrahi per murmurationes, calumnias, impoſturas, deſpicientias, ludibria & contumelioſas obtrectationes, ut uniri poſſimus cum illo, qui amore noſtri ipſe ſe hominum opprobium fecit. Sancta Thereſia ſermonem faciens de purgationibus eorum, qui ad unionem cum Deo elevandi ſunt, exordium ducit a murmurationibus, dum (*caſt. inter. Manſ.* 6. *cap.* 1.) ait oriri *Obloquia ſic dicentium: quam ſe ſanctam facit? quam extrema agit! quid non tentat, ut mundum decipiat, & alios, qui ſine iſtis cæremoniis & nugis meliores ipſa Chriſtiani ſunt, improbos videri faciat! cæterum non eſt melius, quam bene ſecundum ſtatum ſuum vivere, conari. Hinc quos ipſa ſinceros ut amicos habebat, illam deſerunt, ac ſe ſubducunt; atque hi ſunt, qui præ cæteris illam vellicant, ac ſugillant.* Quandoque Deus permittit, ut tales, ac graviores etiam detractiones per totam civitatem ſpargantur, ut innocens Dei ſervus etiam publice diffametur, ac tandem

dem totius populi fabula fiat: prout pluribus perſonis in purgationis annis contingere videmus. Per hæc adminicula diſponit Deus infinita cum ſapientia, ut tales mundo, a quo ſe ludibrio habitos conſpiciunt; tergum penitus vertant; nec ullam amplius curam gerant proprii honoris, quem abſque ulla ratione tantopere conculcatum vident.

137. In non nullis ne hic quidem ſiſtit purgatio: ſed permittuntur eis calumniæ manifeſtæ, infamiæ ingentes, & inſectationes horrendæ. Verum hic obſervandum venit, quod primum dictæ tribulationes ut plurimum iis Dei ſervis immittantur, quos Dominus ad converſandum cum proximis in ſalutem animarum deſtinavit. Hi ordinarie dæmoniaca, ſuperioribus capitibus deſcripta, obſidione non multum torqueri ſolent; eoquod inſectationes dæmonum illis per inſectationes hominum compenſentur. Et reapſe obſervo in admirabili vita Beati Henrici Suſonis, quem Deus ad converſionem populorum per prædicationem evangelicam deſtinavit, nullam quaſi mentionem fieri de moleſtiis, ac tentationibus dæmonum, multa vero compluribus in locis dici de ingentibus, quas ab hominum inſectationibus ſuſtinuit, tribulationibus; invenimus enim eum ibi accuſatum modo ut adulterum, & fornicarium infamem, modo

ut furem ſacrilegum, & rerum ſacrarum uſurpatorem, modo ut ſimulatorem prodigia fingentem, modo ut boni publici inſidiatorem, & nationibus integris horrendas ſtrages machinantem; imo & legimus ibi civitates contra ipſum tumultuantes, & populos integros in ejus necem conjuratos. Id ipſum dico de meo Patriarcha S. Ignatio, utpote cui multo plura ab hominibus quam a dæmonibus exantlanda fuerunt: nam prout ejus vita pluribus in locis commemorat, coram tribunalibus fuit falſis impoſturis accuſatus, ut hæreticus in jus vocatus, ad ignominoſos ferulæ ictus condemnatus, ad mortem fuſtibus mulctatus, a ſicariis nudo ferro invaſus, ab impiis irriſus, & ludibrio habitus. Idem de S. Joanne Franciſco Regis Miſſionario apoſtolico dici poſſet, utpote qui, vita ejus multis in locis teſte, ſæpius ferro evaginato impetitus, frequenter colaphis cæſus, multoties fuſtibus exceptus ac verberatus, & compluries a magnæ etiam probitatis perſonis injuriis, & inſectationibus laceſſitus fuit. Omnium præclariſſimum, & quam maximæ authoritatis exemplum autem gentium Apoſtolus in ſe ipſo nobis exhibet, dum refert, quoties ab hominibus lapidibus impetitus, quoties flagris & virgis cæſus ſit, & dum colaphos, & non minus acerbas linguarum venenatarum maledictiones ac blaſphemias enarrat;

Co-

Colaphis cædimur - - - maledicimur & benedicimus, blaſphemamur & obſecramus - - - imo ſubjungit: *tanquam purgamenta hujus mundi facti ſumus.* (1. *ad Cor. cap.* 4.)

138. Adeo verum eſt, quod viri Apoſtolici acerbiſſimarum ſemper infeſtationum meta fuerint. Hæc omnia Deus ſum̃a cum providentia diſponit. Nam ſi hujuscemodi perſonæ a dæmone vel acerbiſſimis corporis doloribus, vel magnis mentis obfuſcationibus & animi turbationibus, quales ex dæmoniacis ſuggeſtionibus oriri ſolent, continuo exagitarentur, certe per prædicationem evangelicam, ſanctiſſimorum myſteriorum adminiſtrationem, & alios ingentes ſacro ſuo miniſterio proprios labores ad converſionem animarum neutiquam incumbere poſſent. Quapropter Deus ſapienter ordinat, ut in ſolitudine agentes, ac ſoli proprio profectui intenti vehementius a dæmonibus excrucientur; cum hominibus autem converſantes, & curandæ eorum ſaluti invigilantes magis ab hominibus exerceantur: ut hac ratione omnes purgationem ſuam compleant, & ſi Deus iis quemdam contemplationis gradum præparavit, eundem per convenientia ſuis officiis adminicula conſequantur.

139. Deinde omnium maxima, qua Deus ani-

animas purgat, inſectatio illa eſt, quæ vel a domeſticis, vel a Dei ſervis proficiſcitur. Inſectationes domeſticorum vivaciter perſentiuntur duplici ex cauſa: primo, quia fragili noſtræ naturæ nimium arduum accidit, eos noſtri inſectatores videre & experiri, qui nos defendere & amare tenerentur: ſecundo quia hos nobis ſemper præſentes habemus, unde & crucem continuo nos opprimentem conſtituunt. Ita Deus S. Jobum purgavit, utpote cui uxor commiſerationis loco ſuas miſerias ac infortunia amaris objurgationibus exprobravit inquiens: *Benedic Deo, & morere* (*cap.* 3.) Ita Deus purgavit S. Tobiam, dum permiſit, ut omnes conſanguinei & amici loco commiſerationis cæcitatis cauſa erga illum exhibendæ, propterea illi inſultarent, irriderentque. *Nam ſicut Beato Job inſultabant reges, ita iſti parentes & cognati ejus irridebant vitam ejus* (*Tob.* 2. *v.* 15.) Hac purgationum ſpecie in nova lege valde expolitæ fuerunt virtutes S. Catharinæ Senenſis: hæc enim, ut in vita ejusdem legimus, & a patre & a matre non modo deſpecta & verberata, ſed & in culinam detruſa, ibique famulam agere coacta fuit pro eo, ut filiæfamilias honoribus & commodis frueretur. His purgationibus etiam S. Roſa Limana fuit ad perfectionem perducta: ſiquidem hujus virtuti propria mater continuis exprobrationum, ver-

erum ac injuriarum moleſtiis diuturnum ellum movit.

40. Ratio autem, ob quam proborum contradictiones adeo moleſtæ accidunt, nemini non ad oculum patet: quicunque enim mundo bellum infert, perſuaſum ſibi jam habet, ingentes ſibi ab eo inimicitias imminere: imo has jam exſpectat, & corde invicto ad has ſe præparat: a ſervis Dei autem, utpote in ſervitio altiſſimi ædere ſecum junctis, has nequaquam exſpectat: unde horum oppoſitiones eo magis affligunt, quo minus exſpectatæ ſuperveniunt, & quo minus rationales eſſe videntur. Præterea horum contrarietates piis animabus ſemper ſolent injicere ſcrupulos, anxietates, ac timores, num earum agendi ratio recta ſit; quæ omnia vehementer affligunt. S. Thereſia de S. Petro de Alcantara loquens, in rem noſtram ita ſcripſit: *Magnopere autem is mihi compatiebatur, dicebatque id, quod paſſa eram, de maximis, qui in terra haberi poſſunt, laboribus, & afflictionibus eſſe, contradictionem ſcilicet bonorum* (*in vita cap.* 30.) Si contradictiones autem a Directoribus, ſacris arbitris, aut ſuperioribus proveniant, quaſi intolerabiles redduntur; tantæ ſunt anguſtiæ, in quibus anima ſancta reponitur; dum eos ipſos ſibi contrarios experitur, quos Dei loco ſuſpicit,

ſuſtollere: nam bonorum virorun
improbæ, & imbecilli mulierculæ,
ticuloſæ, ut ego ſum, equidem
mone digna videtur, inter omnes
ones, & moleſtias, quas in vita n
ximas, hanc ſane reputo graviſſin
cap. 28.) Et in aliis etiam l
hujuſcemodi oppoſitionibus a
agit, nunquam non cum vehe
ſione loquitur.

141. Hic valde utilem conſid
ſtituas velim, quam
myſticus Henricus Harpius de
purgationibus tractans inſtituit;
eo verſatur, quod Deus (ut ab
dilectis his, quibuscum in ſubl
platione familiariter agere cupit
perfectam purgationem obtinea

ſcribit præfatus author) *priusquam Deus impræparatam relinqueret animam, quam tam ſublimiter elegit, ſibique tam ſingulari cordis amore ſegregavit, citius centum millia hominum ex hujus animæ occaſione damnum aliquod incurrere permitteret: imo etiam potius mille ſanctis hominibus occluderet interim oculos, ut vel ignoranter vas illud electionis gravibus judiciis ſuis præpararent.* (*Lib. 2. Theol. myſt. cap.* 11.) poſtea dicit, quod finita hujuſmodi animarum purgatione Deus ſanctis, qui falſo eas inculiarunt; ac afflixerunt, hominibus quaſi velum ab oculis removeat; unde judicia ſua nulli ſolido fundamento innixa, & contradictiones ſuas injuſtas fuiſſe perſpicere incipiunt: licet cæteroquin Deus hos illorum defectus, utpote per peculiarem providentiam in aliorum bonum permiſſos minori cum rigore corripiat. Hinc lector deducat velim, quod ad majorem Dei gloriam nil conducibilius, nec Deo quidquam acceptius præſtare poſſit, quam toto Zelo, & omni ſolicitudine invigilare regimini purgantium hujuſmodi animarum, quas Deus ex multis millibus ſibi elegit, & per remedia extraordinaria perficere dignatur. Et ſi liber hic meus unquam forte incidat in manus perſonæ cujusdam, quæ vanis deſideriis ad infuſam contemplationem anhelaret, hanc deprecor, ut, prout alibi jam dixi, conſiderare velit durum, quem tranſire

opor-

oportet, clibanum, ac torcular, ſub quo, priusquam illuc pertingatur, gemendum eſt: ſiquidem ſic forte omnis vana cupido ex ejus corde evaneſcet: quia, ſicut S. Thereſia de hoc purgationum genere loquens ait, *ſi id ante quis intelligeret, difficillime ſe humana noſtra infirmitas ad id patiendum, & tolerandum diſponeret, quæcunque ei demum bona repræſententur.*

CAPUT XIII.

Monita practica pro directore circa expoſita ſuperiori capite purgationis remedia.

142. MONITUM PRIMUM. Hic director in memoriam revocet priorum capitum monita: quandoquidem præſentibus materiis illa quoque pro diverſitate circumſtantiarum applicari oportet. Interea tamen maxime proprium, & ſingulare quaſi purgativorum paulo ante expoſitorum malorum remedium eſt balſamum ſanctæ patientiæ: hoc enim ea non modo mitigat, & lenit, ſed præmio etiam digna & Deo accepta reddit; hoc itaque afflicti, exagitati, & injuriis onuſti pænitentis animam inungi oportet, quotieſcunque ad directorem recurrit.

rit. Ut ſacra hæc unctio autem ſpiritum ejus rite penetret & magnæ perfectionis effectus inibi producat, per Jeſum Chriſtum patientem applicari eam oportet, ita ut hic ſub variis diſcipuli neceſſitati congruentibus formis ob oculos ponatur. Si pænitens doloribus, vulneribus, aut aliis infirmitatibus affligatur, jubeat eum frequenter contemplari Redemtorem vulneribus coopertum, & in cruce exſpirantem. Si a domeſticis exagitetur, jubeat illum conſiderare traditum, negatum & derelictum a cariſſimis ſuis diſcipulis. Si murmurationibus & calumniis impetatur, ſi injurioſa & inurbana verba audire cogatur, repræſentet illum opprobriis ſaturatum, ad necem quæſitum, & vilis plebeculæ ludibrium factum. Ad leniendam hujuſmodi malorum aſperitatem, & ad hanc purgationum ſpeciem cum perfectione terminandam meliorem ſane medicinam reperire non eſt. Et ratio manifeſta eſt: ſicut enim adeo inertis animi miles non datur, qui, dum ducem ſuum lanceis & enſibus intrepidum occurrere videt, non magnum etiam animum concipiat, & propriam quoque vitam periculo exponat; ſic nec Chriſtianus erit, qui Redemtorem eos ipſos, quos ille exantlat, cruciatus ingenti cum affectu tolerantem videat, quin animo erigatur ad hos reciproco cum amore fortiter ſuſtinendos.

143. Abimelechus, cum poſt captam civitatem Sichem munitionem ejus alia ratione in poteſtatem redigere non poſſet, igne eam expugnare decrevit: cumque eum in finem opus eſſet, ut ad illius muros ingentes lignorum, truncorum, & ramorum ſtrues accumularentur, in ingentem ſylvam montis Selmon exercitum ſuum eduxit: ubi tacente lingua operibus locutus, arrepta ſecuri ingentem ramum præcidit, humerisque impoſuit, verſus turrim Sichemiticam dein in viam ſe dans, ac identidem repetens: *quod me videtis facere, cito facite.* Ad tam illuſtre exemplum vidiſſes ocyus non gregarios modo milites, ſed & centuriones, ac duces quosvis clariſſimos apprehendere ferrum, & amputatis craſſis truncis ſcapulas onerare, ita ut, quo quis eſſet onuſtior, eo glorioſior ſibi incedere videretur: *Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes, ſequebantur ducem* (*Judic.* 9. *v.* 49.) Et hac ratione ſylva montis Selmon in brevi ad muros munimenti Sichem tranſlata fuit. Eadem prorſus ratione jam Chriſtus nobiſcum egit. Præceſſit nos exemplo, ita ut aſſignari nequeat ulla tribulatio, quæ vel honorem, vel corpus, vel bona noſtra impetat, lædatve, & ab ipſo prius pro nobis exantlata non fuerit. Et hinc tribulationum tempore debemus eum iisdem nobiſcum malis oppreſſum ob oculos habere, &

præ-

præfigurare nobis dicentem: *Quod me videtis facere, cito facite.* Suſtinete bono animo pro me, quod ego tanto cum amore pro vobis pertuli. Hoc eſt remedium efficaciſſimum, quod a ſpirituali medico huic malorum generi identidem applicari convenit.

144. MONITUM SECUNDUM. Notet director, quod perſona ſive a domeſticis, ſive ab extraneis, ſive malignis hominibus, ſive ab ipſis conſcientiæ arbitris inſectationibus exagitata (licet id per falſas etiam impoſturas contingat) nequaquam faciliter ſe excuſare, & multo minus de ejuſmodi offenſionibus coram aliis conqueri debeat: ſed debet potius, ut primum dixi, Jeſu Chriſti exemplum ſibi repræſentare, omnia illi offerre, omnem ſuam ſpem in eo collocare, & ſui defenſionem ipſi committere, viva fide inquiens: *Pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me* (*Jobi cap.* 17. *v.* 3.) aut: *Si conſiſtant adverſum me caſtra, non timebit cor meum. Si exſurgat adverſum me prælium, in hoc ego ſperabo.* (*pſalm.* 26. *v.* 3.) Per hoc tamen neutiquam dixero, quod cum humilitate & modeſtia non poſſit, & non debeat etiam ſeſe excuſare, dum gloria Dei id exigit: dico duntaxat, quod extra hos caſus tolerare & tacere oporteat, ſi ſuam purgationem

gumentum ſumant, eamque m
litatis, modicæ conformationis
patientiæ arguant, ac majori
eam inſectandi licentiam ſibi a
cat itaque *in bono malum.* Vi
verſarios in humilitate, refrœne
tientiam, claudatque illorum o
li, & pio ſilentio, vel ſuavibus
libus verbis: ac certus ſit, qu
ne agens ex ſuis obtrectationib
ſecuturus ſit præmium, quod
res ex inſectationibus tyranno
runt, prout S. Joannes Chryſo
agitationibus, quas Jobus a ſu
pertulit, ſermocinans docet:
magna Martyrum gloria: Sed
minor gloria fuit ſancto Job.
dicebatur: Thus pone; idolis ſac
alienis; nega Chriſtum. Diceb
blaſphemaveris ...

ferunt, in ipſum quoque Directorem eſſe redundaturam; nam ſi ſpiritus earum ab aliis non modo non approbetur, ſed rejiciatur etiam, ipſarum etiam ductor vituperabitur, ac traducetur qua indiſcretus, parum doctus, nimium credulus, incautus, imprudens: & ſi perſona afflicta fæminei ſexus ſit, forte etiam caſtitatis ejus honor vapulabit. S. Thereſia de ſuo confeſſario, ſocietatis Jeſu Religioſo, in hæc verba ſcribit: *Triennio, & amplius - - - ſatis moleſtiarum mei cauſa & per me paſſus eſt - - - adeo ut vererer, ne tandem invenire non poſſem aliquem, qui mihi confitenti aures dare vellet, ſed omnes a me velut profana fugerent: itaque in lachrimas tota reſolvebar. Sed Dei providentia ita eum permovit, ut me patienter ferre, & aures confitenti dare voluerit: erat quippe tam Zeloſus Dei ſervus, ut ejus cauſa nihil non tentaſſet.* (*in vita cap.* 28.) Interea Director in talibus rerum adjunctis hoc ordine progrediatur, ſi ſacrum ſuum miniſterium, aut doctrinam ſuam vituperari videat, reſpondeat duntaxat, defendatque ſuam cauſam, debita tamen utique ſemper cum modeſtia: nam in ejuſmodi caſibus juxta S. Hieronymum diſſimulare non convenit: *Non eſt patientia beata* (verba ſunt ſancti Doctoris) *contra doctrinam aut fidem Catholicam ſuſtinere calumniam, neque Chriſti Diſcipuli diſſimulare.* (*in Ep. ad Ruf.*) Si maledicæ ejuſmodi linguæ

autem ſolam ipſius perſonam arrodant, generoſe omnia Deo offerat, cauſam ſuam ei ommittat, in eoque confidat, qui proprio ore edixit: *Mihi vindicta; ego retribuam* (*ad Rom. cap.* 12. *v.* 19.) Det ſuo Diſcipulo præclarum exemplum circa modum, quem ipſe in iisdem tribulationibus tenere debet. Ante omnia autem caveat, ne, ut ab hujuſcemodi contradictionibus ſe eximat, in animum inducat, talem perſonam, ſuæ à Deo curæ commiſſam deſerere: id enim nimium vituperabilis tam erga hunc, quam erga illam infidelitas foret. Ob oculos ergo ſibi ponat ingentem gloriam, quam a Deo ſperare poteſt: ſi talium ei adeo dilectarum animarum regimini invigilet: frequenter animo revolvat magnum præmium, quod Deus fidelibus ſuis amicis repromiſit, ſi ob ſanctas ac juſtas cauſas inſectationes exantlaverint: *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis, cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos mentientes, propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* (*Matth.* 5. *v.* 11.) Et mente ſanctis his cogitationibus imbuta omnes murmurationes & vana hominum verba obliviſcens deſpiciat, ac ductum ſancte inceptum fortitudine pectore ſacerdotali digna intrepidus proſequatur.

46. MONITUM QUARTUM. Caveat Director, ne in dirigendis ejusmodi animabus laſſetur, eoquod earum purgationes non minus longævæ, quam moleſtæ eſſe oleant. Purgatio Beatæ Angelæ de Fulinio non ultra biennium, & illa B. Maiæ Magdalenæ de Pazzis non ultra quinuennium perduravit: aliarum vero ſanctaum perſonarum purgationes longe diuturiori tempore continuatas fuiſſe ſcimus. P. Michael Godinez (*Lib.* 3. *cap.* 11.) refert, uræ ſuæ commiſſas vixiſſe animas, quaum purgationes ultra 14. 15. imo & 20 nnorum ſpatium protendebantur. Ipſe novi perſonas, quarum aliquæ duodecim, aæ autem novemdecim annis continuis in urgativo hoc ſtatu afflictæ fuerunt. Nec oſtrum eſt in tantæ, & diuturnitatis, & dierſitatis rationem indigare: Deus eam ſcit. Nobis ſufficit ſcire, quod ipſe omnia diſpoat ad majorem perfectionem, & exaltaonem animarum, quas ejusmodi remediis more non minus quam moleſtia plenis exolere dignatur. Quamobrem Director mana obarmetur conſtantia oportet, ne huſcemodi curæ vel diuturnitate, vel moleia tædium ſibi creari patiatur. Hac raione non modo unacum Diſcipulo ad gloiæ ambobus in beata patria jam præpaatæ conſecutionem pertinget, ſed in hac tiamnum vita ſolatio perfundetur, dum

eum ad magnam perfectionem; imo etiam quemdam ſublimis contemplationis gradum elevatum conſpiciet.

147. MONITUM QUINTUM. Ultimo & moneo, & deprecor Directorem, ut hujusmodi animarum curam aſſumens, lumen a Deo frequenter efflagitet, ne halucinetur. Verum eſt, quod regulæ hactenus traditæ ad bonum regimen multum conferant, interea tamen nequaquam ſemper ſufficient: cum in hoc purgationum ſtatu tot & tam inſoliti caſus interveniant, ut, niſi Deus ſua luce peculiariter aſſiſtat, cum aliorum detrimento hallucinari pronum ſit. Addo, multas dari animas, quæ inter tot tentationum & tribulationum tempeſtates ſi non æternæ ſalutis, perfectionis ſaltem naufragium patiuntur. Et licet id ex earum debilitate proveniat, ſubinde tamen etiam (prout myſtici Doctores rite obſervant) id ex Directorum imperitia oritur, qui inexpertorum navarchorum inſtar pro eo, ut eas ad perfectionis portum perducerent, vel retrogredi illas faciunt, vel inter teporis cujusdam ſyrtes hærere patiuntur, aut abſtrahere neſciunt a peccatorum ſcopulis, ad quos miſere impingunt. Quapropter director, poſtquam nulli ad ſeſe ſtudio excolendum induſtriæ pepercerit, frequenter ad Deum recurrat, ac lucem ab eo efflagitet: nam haud dubie a Domino

ex-

exaudietur, cum preces hæ juſtæ ſint, utpote verſantes circa rem miniſterio ſuo non modo valde convenientem, ſed & magnopere neceſſariam.

CAPUT XIV.

Fructus ex hactenus declaratis ſenſus purgationibus reſultantes exponuntur.

148. Dum capite quinto ſalutares, quos purgativæ ariditates in anima progignunt, fructus pertractavi, dixi, quod tales fructus, licet ex declaratis ibidem ſiccitatibus præcipue oriantur, tamen etiam enaſcantur ex omnibus aliis poſtea exponendis purgationis remediis puta ex obſidione dæmoniaca, ac tribulationibus a quacunque demum alia cauſa oriundis. Quandoquidem animæ non modo per ariditates, ſed & per pertinacem, ac atrocem hanc circumſeſſionem, ac alias ingentes tribulationes profunda & genuina humilitas, ac omnigena ab omni ſive cæleſti ſive terreſtri conſolatione avulſio inſtillatur. Poſteriora æque ac priora adminicula Deus adhibet ad excollendas & in anima radicandas virtutes theologicas fidem, ſpem, & caritatem, atque ad perficiendas omnes vir-

tutes morales, ſingillatim patientiam, utpote quæ tot inter oppoſitiones, conflictus ac cruciatus in gradu heroo exercetur. Verbo omnia tria, ſuperioribus capitibus declarata, purgationis remedia tendunt ad deprimendas rebelles affectiones, ad edomandum arrogantem appetitum, ad ſenſum ſpiritui ſubjiciendum, atque ad producendam in anima ſerenam illam pacem, quæ ad divinæ contemplationis conſecutionem tantopere requiritur. Et ipſos hos ſalutares fructus vel in majori vel in minori quantitate reportabunt illi, qui hujuſcemodi purgationes cum conſtantia, & virtute ſuſtinuerint.

149. Præter hos adeo ſalutares, ac pretioſos fructus autem S. Joannes a Cruce (*Noct. obſc. Lib.* 2. *cap.* 1.) alios inſuper valde delectabiles commemorat, quibus Deus fideles ſuos ſervos tum ob exantlatos cruciatus remuneratur, tum ad majores ſecundæ purgationis afflictiones diſponit. Nam ſuperatis ſenſus purgationibus, ut idem ſanctus ait, anima (inſtar illius, qui ex anguſto, & tenebricoſo carcere liber egreditur) in magna ſeſe libertate, ſpiritus ſuavitate conſtitutam & ampliatam invenit: non amplius alligatur imaginationibus & ratiocinationibus: nec ſubjacet expertæ prius potentiarum defatigationi; ſed fruitur ordinarie

narie valde ſerena ac ſuavi contemplatione. Ipſe ſenſus tantæ crucis pondere diu oppreſſus reſpirat, & perſentit non modo amænam pacem, ſed & puriorem ac majorem ſuavitatem, quam ante purgationis ſuæ ingreſſum expertus fuerat; tum quia ejus delectatio tunc jam non oritur ex luce quadam inferiori, ſed ex puræ contemplationis lumine; tum quia magna jam ex parte purgatus ad impreſſiones ſpiritus magis ſe accommodat. Hic anima perſentire incipit ſitim illam proficientibus propriam, de qua Tractatu ſecundo capite XIII. ſermonem feci: ſiquidem in ejus corde certæ erga Deum anxietates, quæ unde naſcantur, ipſa ignorat, inſurgunt, non ſine vehementi amore infuſo; & quo magis hoc amoris incendium increſcit, eo ferventiores etiam amoris anxietates excitantur, quibus tanta quandoque vivacitate compenetratur, ut ſe totam conſumi, & in dulci languore viribus deficere animadvertat. In hoc ſtatu non nullis viſiones tam intellectuales, quam imaginariæ, locutiones valde ſuaves, & revelationes valde amabiles impertiuntur. Aliis etiam Ecſtaſes ac raptus cum elevatione corporis, & perditione uſus ſenſuum conceduntur. Paucis videtur anima a rigida ſiccitatis & cruciatuum hyeme ad floridum ac amænum cæleſtium conſolationum ver tranſire. Licet ejusmodi perſonæ ab omni

pror-

prorſus ariditate immunes haud ſint: cum identidem impetantur denſis tenebris, & certis anguſtiis, quaſi prænunciis alterius tenebroſæ, quæ ipſas jamjam exſpectat, purgationis. Verum eſt, quod hæ cito tranſeant, & illæ ocyus iterum ad dulcem ſuam ſerenitatem redeant. Hæc omnia tamen tantum procedunt, ſi ponas, purgationes ſenſus, de quibus diximus, & purgationes ſpiritus; quas pertractaturi ſumus, diverſis temporibus ſeparatim ita fieri, ut inter eas quoddam pacis intervallum intercedat. Id quod tamen in omnibus accidere non opinor, ut poſtea videbimus.

150. Hic notes, quod in hoc conſolationum ſtatu favores majores non ſine læſione corporis recipiantur. Videmus enim, quod, dum anima in hoc ſtatu fortes communicationes ſupernaturales accipit, corpus quandoque contremiſcat, cor vehementer palpitet, & pectus debilitetur, ac langueat. Imo ex ipſis raptibus, qui in hoc ſtatu contingunt, remanet corpus viribus fractum, debilitatum, & quaſi contuſum. Ut rei hujus ratio intelligatur, cum S. Joanne a cruce (*in Noct. obſc. Lib.* 2. *cap.* 3.) poni oportet, quod in purgatione ſenſus pars ſenſitiva nunquam perfecte repurgetur, nec omnes ejus imperfectiones radicitus evellantur. Hoc ut obtineatur, ſuper-

rvenire etiam neceſſe eſt purgationem
ritus, vi cujus una æque ac altera ho-
nis pars perfecte expolitur. Ratio hujus
ıra eſt: cum enim ſenſus & ſpiritus ejus-
m ſubjecti partes ſint, imperfectiones &
bilitates unius etiam in altero radicatæ
erent: & hinc unus perfecte repurgari
quit, quin alter quoque purgatus ſit. Un-
facile intelliges, cur corpus moleſtos ex-
riatur effectus, dum anima poſt primam
ırgationem favores valde extraordinarios
cipit: cum enim necdum rite purgatum
:, nondum acquiſivit fortem & robuſtam
lam temperaturam, quæ ad vehementes
rtis divini ſpiritus impreſſiones recipiendas
eceſſaria eſt; & hinc mille modis debili-
ıtum, laſſatum, & oppreſſum ſuccumbit.
oſt ſecundam purgationem autem hoc non
ntingit: cum perſona ibi omnem raptum,
omnem alium ſublimem favorem abſque
mni corporis detrimento, imo cum ma-
no ejus corroboramento recipiat, eoquod,
epoſita omni ſua debilitate, ſufficientem
ım fortitudinem conſecuta ſit ad recipien-
am quamcunque fortiſſimam etiam com-
ıunicationem ſpiritus, prout alibi jam in-
icavi.

51. Ut director autem prædictas doctri-
nas rite & intelligat & diſcernat,
uamdam illis limitationem ſubjungi neceſ-

ſe eſt. Dixi cum S. Joanne a Cruce, quod anima, exantlatis cum virtute ſenſus purgationibus, contemplationis valde delectabilis poſſeſſionem adipiſcatur. Verum hoc nequaquam in ſtricto ac rigido ſenſu ita intelligendum, ut contrarium nunquam contingat: poteſt enim Deus (prout ſubinde etiam reapſe accidit) purgationem eo dirigere, ut perſona reddatur perfecta, non autem etiam contemplativa; hinc dictum hoc in ſenſu morali ſumi oportet, prout ſcilicet ut plurimum contingit. Quapropter ut director detegat, num purgatio ſenſus in perfectam contemplationem deſinere debeat, recurrat ad tria illa ſigna, quæ capite IV. indicavi, & ſpeciatim obſervet, num obſcura ariditatum, tentationum, & tribulationum nocte evaneſcente, & luce quadam (prout in afflictæ animæ ſolamen ſuccedere amat) ſuboriente perſona ad imaginationes, ratiocinationes ac meditationem revertatur: aut ſeſe potius placido, amabili, ac ſuavi obtutu in Deo defixam inveniat. Si jam primum eveniat, ſignum eſt, quod purgatio cum lumine fidei & meditationis progrediatur: ſi alterum autem detegatur, indicium eſt, quod purgatio per lumen contemplationis perficiatur. In primo caſu purgatio deſinet in perfectam meditationem: in altero vero ſupernaturali & infuſa contemplatione terminabitur. Attendatur etiam,

num

m purgantia, quæ Deus ad expolien-
m animam adhibet, remedia ordinaria
communia, aut valde extraordinaria ſint:
uidem ex hoc faciliter argui poteſt, qua-
n hujuſcemodi purgatio ſortitura ſit ex-
ım: cum divina manus contemplativos
pote ſingulari munditie indigentes magno-
re premere ſoleat.

2. Dixi, quod anima poſt purgationem
ſenſus viſiones, locutiones, reve-
:iones, imo & ecſtaſes ac raptus recipiat,
que longo tempore valde ordinaria ac
avi contemplatione perfruatur. Verum
ıc ipſum non omnibus eodem modo con-
ıgit. Novi perſonam, quæ atrociſſimam,
ıæ dici poſſit, purgationem exantlavit,
rurſus aliam, quæ multo mitiorem ſu-
nuit: & ambæ inter hujuſmodi probati-
ıum pericula multa cum virtute perſti-
runt. Interea tamen poſterior hæc multo
uribus, quam prior illa, favoribus fuit
ımulata. Nec hoc quemquam mirum ha-
:at: cum ſint gratiæ gratis datæ, quæ
ıb nullum cadunt meritum, & imperti-
ıtur a Deo, cui vult, & quando vult
npertiri, juxta fines ſuæ providentiæ ſibi
li notos. Ex quibus infero, quod, licet
ırgatio in contemplationem extraordina-
am deſitura ſit, nemo tamen præſagire
oſſit, ad qualem contemplationis gradum
ivina bonitas animam elevatura ſit. 153.

153. Ultimo notet director, quod ſalut
res hactenus enumeratos fruct
illæ duntaxat animæ hauriant, quæ ſpin
ſas ejusmodi vias cum fidelitate peragrant. S
anima enim negligenter progrederetur, ſi dæ
moniacis tentationibus lente reſiſteret, &
ariditates, ac tribulationes valde imperfect
exantlaret, non modo nequaquam ad con
templationis conſecutionem, ſed ne ad i
lum quidem perfectionis gradum pervenire
quem Deus per hujuſcemodi remedia ip
præparaverat, ſed potius per totum vitæ
ſuæ tempus in ſtatu imperfecto, ac depreſ
ſo orationis gradu miſera perſeveraret. E
hæc dicta ſufficiant, ut director de ſcabro
ſis his, per quas Deus animas ſibi dilectiſ
ſimas ducere ſolet, viis rectas ſibi ideas for
met, & ne pænitentibus ſuis unquam ma
le fundatos incutiat timores, quod nullum
proſperum exitum ſortiri poſſint.

CAPUT XV.

Purgationes ſpiritus pertractari incipiunt. Oſtenditur earum neceſſitas ad conſcendendos ſublimiſſimos contemplationis gradus, ſpeciatim unionis, & transformationis animæ in Deum. Dicitur, quam moleſtæ ſint, & quo tempore ſuperveniant.

154. Sicut pannus a maculis ſuis eo magis repurgatur, & eo candidior redditur, quo lixivium eidem lavando adhibitum acrius, & ſæpius repetitum fuerit; ſic anima eo magis repurgatur, & eo nitidior redditur, quo purgationes eidem mundandæ applicatæ rigidiores, ac frequentiores fuerint. Purgatio ſenſus, de qua diximus, nequaquam plena, & perfecta partis ſenſitivæ purgatio dici poteſt; *ſed potius*, ſi ipſis S. Joannis a Cruce (*Noct. obſc. Lib.* 2. *cap.* 3.) verbis uti velimus, *certa quædam appetitus reformatio, ac refrænatio, quam purgatio poteſt, & debet dici.* Dicti hujus rationem ex eo reddit, quod purgatione hac equidem obtineatur, ut defectus, in quos perſona incidere conſueverat, tollantur; nequaquam autem etiam, ut omnes pravi habitus, & defectuum origines radicitus exſtirpentur: obtinetur refrænatio appetitus, ut is ad ſpiritum ſe ac-

commodet, nec hunc in tranquillis ſuis contemplationibus impediat, nequaquam autem, ut ejus rebelliones quaſi penitus deprimantur, ejusque ſuperbia quaſi omnigenis edometur, ita ut ad genium ſuum non amplius redeat: appoſui particulam limitantem *quaſi*: quia paſſiones ita, ut nullatenus amplius perſentiantur, extinguere in hac vita non eſt poſſibile. Hoc igitur, ut obtineatur, purgatio ſpiritus eſt neceſſaria, vi cujus non modo ſpiritus mundus ac purus efficitur, ſed & ſenſus rebellis purgatio completur. Quapropter ſi Deus terminata purgatione ſenſus animam ad ſublimiores infuſæ contemplationis gradus elevare non velit, relinquit eam in illo ſtatu, cum tantam purgationem conſecuta jam ſit, quanta ad inferioris ordinis contemplationem, & ad non adeo intimam, nec adeo ſtrictam cum Deo familiaritatem ſufficit. Si vero ad unionem myſticam aſcendere, & in Deum, præcipue perfecta, ſtabili, & quaſi inſolubili illa, quam Tractatu quarto declaravimus, unione transformari debeat, transire eam oportet per acerbiſſimum purgationis ſpiritus clibanum, in quo tam quoad ſenſitivam, quam quoad rationalem partem ita expolitur, ut (quantum miſera ejus conditio patitur) ſimilis reddatur Deo illi, quocum adeo ſublimiter unienda eſt.

155. Verum cum nihilominus non nemini mirum videri poſſet, quod anima poſt exantlatas tot tribulationes, & tot cruciatus, quales ſuperioribus capitibus deſcripſimus, majori tamen adhucdum purgatione indigeat, præjudicia hic explicari neceſſe eſt, quæ ejusmodi animabus adhuc inhærent, & prædictæ perfectæ amoris unioni impedimento ſunt. Primo remanent in eis habitus imperfecti, inclinationes inordinatæ, & veteris hominis maculæ non ſatis eradicatæ: remanent in eis etiam paſſiones per primam, ut paulo ante dixi, purgationem non ſufficienter edomitæ: nec convenit, ut anima cum his diſſimilitudinibus Deo adeo appropinquet, ut una eademque cum illo res efficiatur. Secundo inſunt ejusmodi perſonis multi adhuc defectus ſpiritui proprii tam naturales quam morales, qui per primam purgationem necdum fuere ſublati: ex parte intellectus E. g. datur certa mentis evagatio, vi cujus faciliter a Deo abſtrahitur, & in creaturis diſſipatur: datur in eo etiam innata quædam cæcitas, vi cujus in viſionibus, locutionibus, & prophetiis incaute ſe decipi patitur, ac prona eſt ad verum pro falſo, falſum pro vero ſuſpiciendum, ac judicandum. Ex parte voluntatis ſupereſt multus adhuc amor proprius, & nimia adhæſio ad gratias ac guſtationes Dei: & quod pejus, ſupereſt quædam complacen-

tia, quædam ſui ipſius exiſtimatio, & aliqualis præſumtio, dum ſeſe a cæleſtibus perſonis favoribus & blandimentis demulceri videt. Nec modicæ hæ ſuperbiæ, utpote ſenſis humilitatis, quibus divini favores ſemper ſociati advenire ſolent, veſtitæ, a perſonis ſpiritualibus ullatenus cognoſcuntur, aut apprehenduntur: unde & quo occultiores, eo magis noxiæ eſſe ſolent. Quis jam non videt, quod animam fronte hujusmodi maculis contaminata non oporteat divinorum ſponſalium thalamum ſubire, ut per amorem tota uniatur, ac in Deum transformetur? Tertio inſunt iis naturales quædam imbecillitates, quæ per purgationes ſenſus, utpote ad tantam munditiem introducendam non ſufficientes, nec ſublatæ ſunt, nec tolli potuerunt. Hæ conſiſtunt in certo quodam pruritu potentiarum ad agendum, & in certo earum modo hos, modo illos actus producendi, hosque hoc vel illo naturali inclinationi conſentaneo modo producendi inſtinctu. Et hoc quoque animam exſpoliari neceſſe eſt, ut paſſive in Dei manibus perſiſtere, ab eoque ad actus unionis, naturalem ejus capacitatem tantopere ſuperantes absque ulla repugnantia permoveri poſſit. Ut anima igitur omnibus his, poſt primas purgationes reſiduis præjudiciis exuatur, ſubire eam oportet alteram, ſpiritus ſcilicet purgationem, abſque omni comparatione

ne rigidiorem, moleſtiorem & vix non dixiſſem crudeliorem: ſic enim ad perfectam transformationis, & eam præſertim, quæ *matrimonialis* dicitur, unionem apta reddetur.

156. Et hic novam in mente pii lectoris admirationem exorituram prævideo, dum audit, quod rigidiores adhuc, quam ſupra deſcripſimus, purgationes dentur: ſiquidem tantorum, & adeo gravium ſuppliciorum cumulum conſpiciens ſibi forte præfiguraverit, in præſenti vita nihil moleſtius, & nihil magis excrucians dari poſſe. Et tamen certus eſſe debet, trium ſupra relatorum purgationis remediorum cruciatus cum atrocibus, quæ in purgatione ſpiritus exantlantur, afflictionibus in comparationem venire non mereantur. Hic ea duntaxat referam, quæ maximæ authoritatis myſtici hac de re ſcriptis mandarunt. Primus ſit S. Joannes a Cruce, qui non ex aliorum relatione, ſed ex propria experientia loquitur. (*Noct. obſc. Lib.* 2. *c.* 5.) De purgatione hac ſermonem faciens modo ait: *Hac autem pœna animæ ob ipſius impuritatem eſt profecto ingens, quando nimirum ſerio eſt ab iſta luce divina transverberata, & irradiata.* Modo eam morte crudeliorem eſſe aſſerit. (*Eodem Lib. c.* 6.) *taliter enim comminuit, conſumitque - - - ut anima ſe conſumi, liquefierique crudeli morte ſpiritus, a facie,*

intuituque ſuarum miſeriarum ſentiat, ac ſi ab aliqua immani bellua abſorpta in ejus ſe tenebroſo ſtomacho digeri ſentiret. Modo dicit, quod in comparatione horum cruciatuum mors animæ non levi ſolamini foret. (*Eodem L. cap.* 5.) *ſenſus enim & ſpiritus acſi immenſo aliqua, obſcuroque onere premerentur, affliguntur, adeoque agonizant, ut mortem pro refigerio libenter eligerent.* Modo inquit, quod miſera anima præ doloris ſui acerbitate in profundos gemitus, & horribiles rugitus prorumpat: *Hinc in ſpiritum quidem dolor, gemitusque adeo profundus promanat, qui vehementes in ea rugitus, ululatusque ſpirituales producit, quos etiam aliquando verbis exprimit, in lachrymasque tota, ſi vires ſuppetant, ut hoc præſtare poſſit, reſolvitur, quamvis rarius levamine hujuſmodi recreetur.* In quam rem etiam illa verba pſalmiſtæ allegat. *Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei (pſalm* 37.) *in eodem Lib. cap.* 9. Modo comparat eam cum pænis purgatorii, modo cum tormentis inferni, illa verba Davidis adducens: *Circumdederunt me gemitus mortis: dolores inferni circumdederunt me; in tribulatione mea clamavi. (pſalm.* 17.) Perluſtret lector ſecundam Noctis obſcuræ partem, eamque dictis extremas, quas anima in hac purgatione patitur, afflictiones exprimentibus refertam inveniet. P. Philippus a ſanctiſſima Trinitate Doctor

my-

miſtycus multa exiſtimatione dignus de purgatione hac ita ſcribit: *Vix ſermone poteſt etiam ab expertis exprimi, quantæ ſint hujus noctis anguſtiæ, quantus horror, & quam intima ſpiritus afflicti tribulatio: hæc poſſunt utcunque declarari propoſitis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis, & ſimilitudinibus.* (*Theol. myſt. P.* 1. *Tract.* 3. *Diſc.* 3. *art.* 1.) Et affert multa pſalmorum loca, in quibus propheta regius ad acerbos purgationis hujus dolores alludere videtur. Cardinalis Bona (*de diſcr. ſpir. cap.* 13.) conſentit cum S. Joanne a Cruce, de hac purgatione inquiens: *Hæc mentis obtenebratio, & voluntatis ægritudo eſt adeo terribiliter excrucians animam, ut pœnis inferni ſimilis eſſe videatur.* Et paulo poſt idem rurſus confirmat ſcribens: *Hoc horribile tormentum pœnis inferni aſſimilant, qui experti ſunt.* Et ne juſto longior ſim, dico, quod omnes quaſi Doctores, qui ingentes purgationum ſpiritus afflictiones pertractant, ſimilibus verborum formulis, ac expreſſionibus utantur.

157. In præſens interea in animo mihi non eſt in adeo atrocium ſuppliciorum cauſſam, & originem indagare; cum hæc ſequentium capitum materia eſſe debeat. Hic ſolummodo Directori lumen quoddam accendere cupio circa tempus, quo tales purgationes contingunt, ne hallucinetur in

hac ſummi momenti circumſtantia, ex qua in ipſam regiminis animæ ſubſtantiam error redundare poſſet. S. Joannes a Cruce dicit, quod Deus animam, quam ad contemplationem elevare cupit, in nocte ſenſus reponat (hoc nomine *Noctis* autem appellat purgationes, de quibus hic ſermocinamur) terminata jam fuſca aut ſubnigra hac nocte dicit, quod ſerenus ſuavis contemplationis dies illuceſcat, in quo anima commemoratis ſuperiori capite ſpiritus deliciis perfruitur: ſed poſtea, dum vel minime opinatur, aſſerit eam abſorberi alia longe & multo obſcuriori & moleſtiori nocte, quæ purgatio ſpiritus dicitur. Docet, quod Deus hoc ſolaminis, & pacis intervallum animæ ideo concedat, ut debilis ſenſus ſufficientes vires nanciſcatur ad tremendas ſecundæ purgationis afflictiones una cum ſpiritu exantlandas. Hæc omnia vera ſunt, quia non modo ipſe hoc ordine fuit purgatus, ſed & aliæ electæ animæ ita repurgari aſſolent.

158. Verum ſanctus hic Doctor nequaquam dicit, quod Deus ad ſervandum hunc ordinem ſeſe obſtrinxerit, & in purgatione animarum nunquam alia ratione progrediatur. Imo ipſe affirmat, quod difficile ſit vel duas etiam animas reperire, quæ in ſuo ductu ex dimidia duntaxat parte conveniunt, ſignificaturus, tot eſſe vias, quot ſunt

ani-

animæ, quas Deus ad contemplationem perducit. Et reapſe ſcimus, quod Beata Angela de Fulginio ambabus & ſenſus ſcilicet & ſpiritus purgationibus ſimul a Deo repurgata fuerit. Legatur ejus vita, & rem ita contigiſſe manifeſte apparebit. Nam capite ſecundo ſuæ vitæ (*in Actis S.S. per P.P. Antverp. ad diem* 4. *Januar.*) ipſa commemorat purgationes, quas continuo, & absque ulla ſupernaturalium conſolationum interruptione per biennium & ultra ſuſtinuit. Ibi indiſtinctim tam purgationes ſpiritus quam purgationes ſenſus dicto temporis ſpatio ab ipſa tolleratæ manifeſte expreſſæ conſpiciuntur. Siquidem prima dicti capitis parte recenſet mala, quæ in corpore ſuſtinuit, inquiens: *Datus eſt mihi multiplex tentator, qui multiplici tentatione, & afflictione me affligat: affligor enim tam in corpore quam in anima ab iisdem. Corporis enim ſunt tormenta innumera a multis dæmonibus multipliciter excitata. Vix enim credo, quod ſcribi poſſunt paſſiones & infirmitates mei corporis: nam non remanet in me aliquod membrorum, quin horribiliter patiatur: nunquam enim ſum ſine dolore, ſine languore, continue ſum debilis, & fragilis, plena dolore, ſic quod continue oportet me jacere; non eſt in me membrum, quod non ſit percuſſum, tortum, & pœnatum a dæmonibus, & ſemper ſum infirma, ſemper tumefacta, & plena doloribus in omnibus membris meis; ſic quod cum magna*

pœna poſſum me movere, & ſum fatigata jacere nec etiam comedere ad ſufficientiam poſſum. Tum pergit deſcribere efferatas, quibus invaſa erat, paſſiones iracundiæ, & horrendas tentationes, quibus in omni criminum genere, & præprimis in turpi inhoneſtatis vitio a dæmonibus circumſeſſa fuerat. Hæc omnia (ut lector ex ſupra dictis, facile arguere poterit) terminos purgationis ſenſuum necdum egrediuntur.

159. In ſecunda autem dicti capitis parte evidenter deſcribit purgationem ſpiritus, quam eodem ſimul tempore cum extrema ſua afflictione pertulit. Quandoquidem toto capitis hujus reſiduo intenta eſt exprimendis effectibus profundiſſimæ cujuſdam cognitionis, qua frequenter ſua peccata, imperfectiones & miſerias adeo ob oculos habuit, ut Deus non modo abſconditus ſed & averſus, & ipſa ejus gratia excidiſſe videretur; idque cum afflictione adeo intima, & tam ingenti ſui ipſius deſpectu, ut optaret ſibi tellurem dehiſcere, nuda cum carne & piſce ex collo (prout ipſa loquitur, ad ſeſe peccatricem evulgandam & mille opprobriis onerandam in publica compita procedere: prout reipſa ad ſuos familiares, ſexcentis modis ſe infamans, hujusmodi de ſe improperia elocuta fuit: imo cupiebat ab aliis fune ad collum alligato per plateas trahi,

, & ignominiis cumulari. Tandem poſt
ırimas horrendarum ſuarum afflictionum
preſſiones in hæc verba concludit: *Unde*
) commutatione prædictorum tormentorum, &
tationum, & ut Deus auferret a me prædi-
, ego libenter eligerem, & vellem omnia ma-
, infirmitates omnes, & omnes dolores, qui
ıt in omnibus corporibus hominum, ſuſtinere;
crederem, quod minora, & leviora mala mi-
eſſent, quam prædicta tormenta. Unde plu-
s dixi, quod pro commutatione prædictorum
mentorum ego eligerem omne genus martyrii
tinere. Quis jam non videt, quod ad ex-
:andos in anima hujus generis cruciatus
ınia ſuperius declarata purgationis ſenſuum
media omni prorſus proportione careant:
quod lux quædam affligens requiratur,
æ quo ſublimior eo magis intima eſt ita,
animam miſeriarum ſuarum viſu viva-
ſime compenetret, & in extremas angu-
as redigat: qualis ſane lux purgativa ſpi-
us eſt, prout Director ex paulo poſt di-
ndis manifeſtius intelliget? Unde omni
m certitudine infero, quod Beata hæc
ıbabus & ſenſus nempe & ſpiritus pur-
tionibus eodem ſimul tempore a Deo re-
rgata fuerit, quin inter unam & alteram
terruptio, ac cæleſtium communicationum
focillatio intercesſerit.

o. Idem, licet non tanta cum ſecuritate,
ſed

ſed ex conjecturis ſolummodo, de S. Maria Magdalena de Pazzis dici poteſt. Scimus enim ſanctam hanc modo valde extraordinario infuſæ contemplationis dono a Deo fuiſſe cumulatam: unde & veroſimile videtur, eam ad ſublimiſſimos divinæ unionis gradus perveniſſe. Ex altera autem parte in vitæ ejus hiſtoria non niſi unam purgationem reperimus, illam ſcilicet, vi cujus in lacu leonum fuit repoſita, ut earum immanitatis meta eſſet, prout alibi commoravi. Unde probabile videtur, quod tunc temporis utriusque purgationis cruciatus ſuſtinuerit; licet hiſtoricus id non exprimat. Quando autem hujuſcemodi purgationes vel diviſim, & diverſis temporibus, vel junctim & eodem tempore perficiantur, Director deſumere poterit tum ex notitiis, quas ſuperius de purgationibus ſenſus ſuppeditavimus, tum ex tractatione, quam de purgationibus ſpiritus mox ſubjungemus.

161. Puncti hujus declarationi aliquantiſper immorari ideo conveniens mihi viſum eſt, quia, ſi director circa tempus, quo hujusmodi purgationes accidere poſſunt, non aptam ſibi ideam formaret, facile contingere poſſet, ut in dignoſcendo animæ cujusdam ſtatu & per conſequens etiam in applicando juſto & opportuno regimine hallucinaretur. Interea Director ſibi

no-

et, quod S. Joannes a cruce dicit, ſci-
:t complures reperiri animas, quæ pur-
ionem ſenſus egrediuntur, pauciſſimas
:em, qnæ purgationem ſpiritus ſubeunt.
tio, ut puto, ea ipſa eſt, quam Mater
ereſia allegat, licet noſtro huic propoſi-
eam non applicet. Hæc dicit, quod multi
orationem quietis perveniant, pauciſſi-
autem ulterius aſcendant, & ad ora-
nem unionis perveniant (*in vita cap.* 15.)
*multæ enim ſunt animæ, quæ ad hunc ſta-
i* (orationem quietis nempe) *perve-
nt; paucæ vero, quæ ulterius aſcendunt. Et
cio, quis hic in culpa ſit.* Et poſt inter-
llum ſubjungit: *Miſeret me ſane, quod, ſi-
dixi, multas animas noſcam, quæ quidem
: pertingunt; at earum; quæ hinc ita, ut
dem deberent, ulterius aſcendant, & tranſe-
:, numerus ita exiguus eſt, ut me dicere pu-
it.* Jam ſicut purgationes ſenſus ad infe-
ores contemplationis gradus, qualis infuſa
ies eſt, diriguntur: purgationes ſpiritus
tem (rout S. Joannes a cruce per to-
n ſecundam partem obſcuræ Noctis ſæ-
ıs repetit) ad ſublimiſſimos, qualis unio
yſtica præcipue perfecta eſt, contempla-
ınis gradus ordinantur, hinc mirum non
:, quod, cum tam pauci ad hanc ſub-
nitatem elevandi ſint, pauciſſimi pariter
ıt, quos Deus per moleſtiſſimam ſecnndæ
ıjus purgationis viam perducit. Nihilo-
mi-

minus cum una unica anima, quæ ſuperatis ſpinoſiſſimis his viis ad unionem transformationis in Deum eluctatur, plus Deo gloriæ tribuat, quam mille & mille aliæ animæ ſpirituales, debiles tamen & imperfectæ: hinc multum intereſt, ut non modo Director, ſi in quamdam forte incideret, omnibus ad bonum ejus regimen neceſſariis luminibus imbutus ſit, ſed & ego lumina hæc illi affundam pro virium mearum tenuitate, & juxta doctrinam maximæ authoritatis Myſticorum, præcipue S. Joannis a Cruce, & S. Thereſiæ, utpote qui primi forte paſſivas has purgationes fuſiori ſtylo pertractarunt, & copioſiori lumine colluſtrarunt.

CAPUT XVI.

Remedia purgativa ſpiritus terminis generalibus proponuntur.

162. Dico, quod primum purgationis ſpiritus remedium ſit ſpiritualis ariditas, quæ in privatione omnis puro ſpiritui propriæ conſolationis conſiſtit. Jam circa finem capitis III cum Doctore Angelico dixi, quod devotio quoad ſubſtantiam in promta ſeſe Deo & rebus ejus ſer-

vitium, & honorem attinentibus dedi-
ndi voluntate conſiſtat. Dixi, quod prom-
hæc voluntas in appetitu ſenſitivo dulcem,
ſuavem producere poſſit affectum, qui
votio ſenſibilis accidentalis compellatur:
in privatione hujus devotionis conſiſtit
iditas ſenſitiva purgationibus ſenſus pro-
ia. Dixi etiam, quod promta hæc vo-
ntas, in qua tota devotionis ſubſtantia re-
ſita eſt, licet in ſenſum nullatenus re-
ındet, in ſpiritu tamen producere poſſit
rtam refocillationem, ac recreationem,
ıæ devotio ſpiritualis accidentalis dicitur.
: in privatione ultimæ hujus devotionis con-
ſtit ariditas ſpiritualis purgationi ſpiritus
opria. Quandoquidem anima in hoc ſta-
conſiſtens promta eſt ad omnia ea, quæ
ei ſervitium, & obſequium concernunt,
c ab omni ejus placito exequendo ulla-
nus ſe retardari patitur. Verum hoc ip-
m absque omni ſenſu, absque vel minimo
n ſenſitivæ ſolummodo, ſed ſpiritualis e-
ım partis illicio, imo multas inter tene-
as, difficultates ac repugnantias contin-
t. His adde reflexi luminis privationem,
cujus anima, etſi operetur bonum, &
ficium ſuum adimpleat, id nullatenus ad-
ertit, & etſi Deo fideliter ſerviat, hoc non
gnoſcit: quanta cum afflictione, nemo non
naginari ſibi poteſt. In rei hujus confir-
ationem dicit S. Joannes a Cruce, quod
ani-

animæ, inter purgationes ſpiritus conſtitutæ vel maximum amorem Dei appretiativum foveant, vi cujus mille pro eo vitas profundere, & atrociſſima quævis tormenta potius ſubire, quam eum vel in re minima offendere paratæ eſſent. En amorem Dei & devotionem ſubſtantialem in illis neutiquam deficientem! Interea tamen Deum neque in ſpiritu, neque in ſenſu ullatenus deguſtant; imo in ſpiritu, æque ac ſenſu tædia, anguſtias, & ingentes afflictiones perſentiunt. Et en ex utraque parte non ſenſitivam modo, ſed & ſpiritualem ariditatem! *Anima*, dicit Sanctus (*Noct. obſc. Lib. 2. cap. 7.*) *in purgatione iſta, licet videatur amare Deum, milleque vitas ejus cauſa oblatura (ſicuti etiam revera eſt; in tribulationibus ſiquidem iſtis hujusmodi animæ verius fortiusque multo diligunt Deum) nihilominus nullam illi res hæc affert conſolationem.* Alibi, dicit, quod, ſi tales animæ per ingentes, quos ſuſtinent, cruciatus Deo ſe ſervire cognoſcerent, denuo totidem ſubire paratæ eſſent. Et en reflexi luminis privationem, quæ cruciatibus earum pondus addit.

163. Ut in tanti momenti materia autem debita cum intelligentia progrediamur, conſiderare oportet, quod, ſi purgatio ſpiritus ad inferiorem quemdam (qua-

lis

lis infuſæ quietis oratio foret) contemplationis gradum ordinetur, ſufficere poſſit ſpiritualis hæc ariditas, & hic luminis reflexi defectus, maxime ſi hæc ſupplicia ſpiritus cum ſupra declaratis purgationibus ſenſus conjungantur: cum ad minorem cum Deo communicationem nitidiſſima adeo purgatio non requiratur. Si vero anima ad myſticam ac perfectam amoris unionem elevanda ſit, hæc omnia necdum ſufficiunt: ſed debent alia inſuper, de quibus in præſenti ſermocinaturus ſum, purgationis remedia applicari: niſi tamen Deus animam ordinariis providentiæ ſuæ legibus eximere velit. Ratio eſt manifeſta: ut anima enim per amoris transformationem una cum Deo res efficiatur, auferri neceſſe eſt omnes defectus, omnes ad ſupernaturalia æque ac naturalia inclinationes, idque non quoad actus duntaxat, ſed &, quantum in præſenti vita fieri poteſt, quoad ipſas radices; oportet etiam potentias exſpoliare omni ſua inclinatione, ac naturali agendi modo, ut elevari poſſint ad alium, divinum potius, quam humanum operandi modum: nec hæc potentiarum decorticatio, ut ita loquar, obtineri poteſt ſine acerbiſſimis animi cruciatibus, qui tormentis in altera vita exantlandis juxta jam dicta merito æquiparantur. Si jam purgationes ſpiritus non niſi ad purgativas ariditates, luminis reflexi pri-

vationem, ac ſimilia ſe extendant, ſane, ut nemo non videt, effectus adeo ingentes gignere nequeunt. Alia affligens interior cauſa præterea eſt neceſſaria, qua tota compenetretur, intime transfigatur, ac tota renovetur.

164. Dico itaque ſecundo, quod, ſi purgatio ſpiritus ad myſticam ac perfectam amoris unionem ordinetur, alterum dictæ purgationis remedium conſiſtat in ſublimiſſima quadam luce, quæ animam pænali, ac terrifico modo ita invadit, ut eam in extremis afflictionibus, ac interioribus mortis ſuppliciis reponat. Paucis his verbis tota eorum, quæ proximis capitibus dicenda veniunt, ſubſtantia continetur: quapropter lento gradu, & pedetentim ingregiendum, ut omnia diſtincte intelligantur. In præſens hæc omnia terminis generalibus declarabimus: ſequentibus capitibus autem ea minutatim ac deſcendendo ad ſingularia diſcutiemus. S. Joannes a Cruce dicit, quod, cum Deus animam, ut ad myſticam transformationis unionem elevetur, in purgatione ſpiritus reponit, illam ipſam altam ac ſublimem huic contemplationis lucem infundat, vi cujus tandem perfecta amoris unione ſecum conjungi debebit. (*Noct. obſc. L. 2. cap.* 10.) *Et inprimis* (ait ſanctus) *intelligere poſſumus, qua ratione eadem lux, ſapientiaque amoroſa, quæ animæ uniri de-*

debet, illamque in ſe transformare, eſt illa, quæ eam a principio purgat & diſponit. Et id ipſum per totam ſecundam obſcuræ Noctis partem variis modis repetit. Cum lux hæc autem animam ſub initium ad unionem adeo ſublimem neutiquam diſpoſitam reperiat, modo purgativo eam invadit, ac pro eo, ut illuminet, illam obſcurat; pro eo ut conſoletur, affligit, quatenus ſenſitivum appetitum gravibus ſuppliciis, & potentias ſpirituales letalibus anguſtiis, & horrendis cruciatibus implet. Poſtquam autem dicta lux hac ratione animam expurgavit, modo illuminante eam invadit, & ad viſionem, ac perfectam cum Deo unionem exaltat.

165. De his omnibus S. Thereſia in omnibus ſuis operibus pauca commemorat: bene vero fuſe ibi declaratam legimus aliam quam efficaciſſimam ſpiritus purgationem in puriſſima quadam contemplationis luce conſiſtentem, quæ Deum illi e longinquo monſtrabat, quin ullam hujus poſſeſſionem concederet; unde doloribus adeo acutis transfixa fuit, ut ad extrema deduceretur. Et ipſa hæc lux, poſtquam trajectionibus adeo acutis perpurgavit, eam tandem perfecto amore cum Deo univit. Hæ ſunt duæ illæ ſpiritus purgationes, quas ut diſponentes ad perfectam, ſpiritualis etiam matrimonii, unionem in myſticis Do-

ctoribus reperire potui: una æque, ac altera, ut nemo non videt, perficitur per puriſſimum contemplationis lumen, quod diu quidem excruciat, at tandem gaudium affert. De duabus his purgationibus per Tractatus hujus reſiduum ſermocinabimur, effectus earum non minus, quam proprietates declaraturi. Primo pertractabimus purgationem, qua ſpiritus S. Joannis a Cruce fuit expolitus, & dein alteram, quæ ſpiritum S. Thereſiæ perpurgavit: primæ tamen diutius immorabimur: ſiquidem intellectis qualitatibus unius, alterius quoque qualitates jam quaſi declaratæ ſunt.

166. Verum ut in iis, quæ dicenda ſunt, cum omni rigore ſcholaſtico progrediamur, præmittam primo documentum quoddam Angelici (2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 4.) in quo utraque dicta purgatio fundatur: & quod omnium ſubſequentium doctrinarum baſis quaſi, ac fundamentum erit. Sanctus hic docet, quod devotio ex ſe ipſa ac præcipue lætitiam ac gaudium in ſpiritu producat, per accidens tamen triſtitiam ac dolorem gignere poſſit: *Devotio per ſe quidem, & principaliter ſpiritualem mentis lætitiam cauſat; ex conſequenti autem & per accidens cauſat triſtitiam.* Quandoquidem lux devotionis ex duplici capite oriri poteſt: primo ex propoſita, & animæ applicata Dei bonitate

tate ita, ut voluntas per hoc, quod in ea ſibi certo modo complaceat, quamdam ejusdem poſſeſſionem occupet; & tunc gaudium mox reſultat ac lætitia, utpote affectus ex boni præſentis poſſeſſione ſemper oriundi. En ipſa S. Doctoris verba: *Dictum eſt enim, quod devotio ex duplici conſideratione procedit. Principaliter quidem ex conſideratione divinæ bonitatis, quia iſta conſideratio pertinet quaſi ad terminum motus voluntatis. Et ex iſta conſideratione per ſe quidem ſequitur delectatio, ſecundum illud Pſalmi* 76. *Memor fui Dei, & delectatus ſum.* Lumen devotionis autem Dei bonitatem etiam ita repræſentare poteſt, ut anima per poſſeſſionem amoris de ea gaudere non poſſit; ſed e longinquo duntaxat ad ejus poſſeſſionem moleſtis deſideriis ſuſpirare debeat. *Sed per accidens hæc conſideratio triſtitiam quamdam cauſat in his, qui nondum plene Deo fruuntur, ſecundum illud pſalmi* 41. *Sitivit anima ad Deum fortem vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: ubi eſt Deus tuus?* Secundo poteſt devotionis lumen dolorem, triſtitiam, & cruciatum progignere, dum animæ ſua peccata & defectus, quibus a Deo alienata fuit, ideo ob oculos ponit, ut per pænitentiam denuo ad illum revertatur. *Secundario vero cauſatur devotio, ut dictum eſt, ex*

conſideratione propriorum defectuum. *Nam ha* *conſideratio pertinet ad terminum, a quo ho* *mo per motum voluntatis recedit, ut ſcilic* *non in ſe ſiſtat, ſed Deo ſe ſubdat. Ha* *autem conſideratio e converſo ſe habet ad pri* *mam: nam per ſe quidem nata eſt triſtitia* *cauſare, recogitando proprios defectus; per ac* *cidens autem lætitiam, ſcilicet propter ſpem di* *vinæ ſubventionis.* Tandem ſanctus Doctor prout incæperat, in hæc verba concludit *Et ſic patet, quod ad devotionem primo & per ſe ſequitur delectatio; ſecundario autem & per accidens triſtitia.*

167. Et ut totam pretioſam hanc doctri nam paucis comprehendamus docet Angelicus, quod devotio, ſi ſuo lu mine Dei amabilitatem animæ adeo pro pinquam repræſentet, ut hæc illam per a moris complacentiam poſſidere incipiat, i anima gaudium, & delectationem producat ſi vero devotionis lumine Dei amabilitas a deo remota & e longinquo proponatur, u voluntas ſuis affectibus ad ejus poſſeſſionem ſe extendere nequeat, tunc ardentium de ſideriorum ſupplicia producit: ſi dicta lu demum animæ non niſi ſua peccata & im perfectiones, quibus a Deo ſejungitur, ob o culos ponat, triſtitiam, dolorem, & affli ctiones progignit. Et en radices, ex qui bus utraque prædicta acerbiſſima ſpiritus

pur-

purgatio ſuam originem trahit, jam explanatas! S. Joannes a Cruce dicit, quod ipſa illa lux, quæ animam cum Deo unire debet, purgationis tenebras atque afflictiones affundat: & bene dicit: convenit enim, ut lux illa, quæ animam ſub purgationis finem, Deo vicinam reddere debet (quando nempe ad capiendam per delectabilis, & gaudio pleni amoris unionem ejus poſſeſſionem jam rite eſt præparata) ab initio, dum eam adeo male diſpoſitam reperit, illam in culparum, defectuum, ac miſeriarum ſuarum obtutu profunde defigat, & per conſequens in tenebrarum, & acerbiſſimarum anguſtiarum abyſſo demergat. Nec in hoc, attenta Angelici doctrina, ulla datur repugnantia; cum eadem devotionis lux pro objectorum diverſitate amorem & dolorem, gaudium & triſtitiam producere poſſit. S. Thereſia dicit, ſeſe ante matrimonium ſpirituale ſæpe defixam fuiſſe in contemplatione cruciatibus plena, vi cujus Deus per mirabilem notitiam e longinquo ſe oſtendens, adeo acutos in ſpiritu dolores excitavit, ut in letales anguſtias redigeretur: & hæc quoque bene dicit: quia ipſa illa lux, quæ Deum e longinquo commonſtrans ab ejus poſſeſſione prohibuit, illam dein, poſtquam per ipſos hos cruciatus repurgata fuit, ad Deum adduxit, eique ſuavi ſpiritualis matrimonii vinculo conjunxit. Et nec huic,

ſtante prædicta doctrina, ulla difficultas ſubeſſe poteſt: cum eadem devotionis lux modo per appropinquationem animæ ad ſummum bonum amorem unientem, & gaudio plenum, modo per viſionem ejus. abſentiæ deſiderii dolorem parere poſſit.

168. Ex his omnibus deduces, animas in duplici hac purgationum ſpecie repoſitas (dummodo cum virtute progrediantur, & Deo ſeſe fideles exhibeant) ſecuras eſſe, quod ad unionem amoris perventuræ ſint. Ratio mihi evidens eſt: Nam in prædicta ſublimi contemplationis luce ſecum jam habent principium hujusmodi unionem producens, quod tum removendo contraria, tum debitas diſpoſitiones introducendo in iis nunquam operari ceſſat. Ita ut neutiquam probabile, imo ne vero ſimile quidem videatur, quod Deus puriſſimum hoc lumen, poſtquam illud eum in finem infudit, ut per illud ad amoris unionem, ac perfectam transformationem diſponerentur, deinde illis auferre velit, dum rite diſpoſitas, ac præparatas videt: idque eo magis, quod quidam dictæ lucis effectus ad ſanctæ hujus unionis introductionem ex natura ſua ordinentur: E. g. quod potentiæ ligentur, ac ſuis actibus exſpolientur, & ſimilia. Eſt equidem talis unio donum gratis datum, quod nemo mortalium mereri poteſt:

teſt: ſi tamen ponas (prout in caſu noſtro contingere videtur) quod Deus animæ cuidam illius veluti arrham præbeat, credendum ſane non eſt, quod ſine poſitiva hujus culpa negare dein velit. Verum greſſum ulterius promoveamus; & poſtquam, in quo purgationes ſpiritus conſiſtant, terminis generalibus declaravimus, ad acerbos earum effectus ſingillatim enucleandos progrediamur, a purgationibus S. Joannis a Cruce initium ducturi.

CAPUT XVII.

Explicatur, qua ratione lux purgativa ſpiritus denſas tenebras in intellectu, afflictiones & anguſtias in aliis ſpiritualibus potentiis & cruciatus ingentes in ſenſitivo appetitu producat, ac tandem qualiter dicta lux omnes potentias circa actuum ſuorum exercitationem liget.

169. Mirum videtur, quod purgativa hæc contemplationis lux, quæ non niſi purum divinæ ſapientiæ lumen eſt, & animam tandem ſtricto amoris vinculo cum Deo conjungere debet, ſub initium intellectui tenebras offundat denſiores ac magis palpabiles, quam quibus

Ægyptii in prodigioſa illa nocte circumdati fuere. Et tamen, ſi S. Joanni a Cruce, & aliis tenebroſas has vias egreſſis animabus fidem habere velimus, in nullum id dubium revocari poteſt. Rei ratio a duobus extremis contrariis derivari debet, a puritate & excellentia lucis, quæ animam invadit, ſcilicet, & ab impuritate animæ, quæ pura hac luce invaditur. Lux, quam Deus ſpiritualis purgationis tempore animæ infundit, pura, ſublimis, ac clara eſt: anima eam recipiens autem debilis adhuc & imperfecta: & hinc lumen adeo ſublime in ſubjectum proportione tantopere deſtitutum incidens pro eo, ut illuſtret, illud obſcurat. Ad rectam hujus intelligentiam a luce materiali paritatem aſſumamus, & conſideremus, quod ſi hæc ſua copia, & ſplendorum ſuorum vivacitate potentiam viſus ſuperet, pro eo, ut illuminet, hanc obfuſcet; imo ſi dicta potentia non modo tantæ lucis neutiquam capax, ſed infirmitatis cujusdam cauſa ad eam recipiendam etiam inepta foret, non ſolum obfuſcaretur, ſed denſis etiam tenebris obrueretur. Sic experientia nos docet, quod dum obtutum noſtrum in ſolis facie defigimus, oculi noſtri ita perſtringantur, ut nullum dein aliud objectum intueri valeamus, eoquod pupillæ noſtræ ad tantos ſplendores proportione careant. Si quis autem oculos

los malignis humoribus vitiatos ad contemplandum luminoſum illum planetam intendere vellet, non modo perſtrictis oculis, ſed profunda obſcuritate excæcatus abiret. Et hoc ipſum in caſu noſtro contingit. Deſcendit lux quædam cæleſtis in animam impuram, quæ ad ejus receptionem non tantum nullam proportionem habet, ſed ob multas, quibus involuta jacet, imperfectiones, ac debilitates penitus inepta eſt: quid igitur mirum, quod hanc pro eo, ut illuminet, in tenebrarum abyſſum demergat? Huic adde objecta animæ per lucem hanc manifeſtata; quæ (ut mox dicam) non niſi peccata, ac miſeriæ ſunt; objecta ex natura ſua obſcuriſſima, quæ ad condenſandas in ejus intellectu tam obſcuras tenebras multum conducunt. Verbo purgativa hæc lux jure radius tenebrarum dici poteſt, prout Myſticorum Princeps S. Dionyſius Areopagita eam appellat. Dicitur radius, quia in ſe clariſſima eſt: dicitur autem radius tenebrarum, quia mentibus non diſpoſitis, quæ eam recipiunt, ingentes obſcuritates inducit.

170. A tenebris intellectus ad afflictiones voluntatis progrediamur. Dicta lux animam non modo ad divinarum perfectionum viſionem (prout ſub purgationis finem continget) non elevat, ſed earum

con-

contemplationem etiam impedit, dum mentem affigit, imo profunde immergit culparum, & miſeriarum cognitioni, ita ut ſolaminis loco atrocibus afflictionibus excruciet. Quandoquidem anima omnia peccata ſua præterita, omnes imperfectiones præſentes, illas etiam, quas nunquam agnovit, non modo profunda cum penetratione perſpicit, ſed ingenti etiam vivacitare apprehendit; videt ſummam ſuam paupertatem, vi cujus omnis boni impotens redditur; videt extremam ſuam miſeriam, vi cujus omnis ingentis etiam mali capax efficitur; ſentit in ſe adeo profundum omnis boni vacuum; ut in tantorum ſuorum malorum conſpectu conſumi, & exanimari cogatur.

171. Hic fuit infelix ſtatus Jeremiæ prophetæ, dum in hac purgatione repoſitus, ſummam ſuam paupertatem inter luminoſas tenebras a Deo ſibi ob oculos poſitam deploravit, inquiens: *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus. Me minavit, & adduxit in tenebras, & non in lucem. Tantum in me vertit, & convertit manum ſuam tota die.* (*Thren. cap.* 3. *v.* 1.) Hic eſt miſer ſtatus B. Angelæ de Fulginio, dum per lucem hanc demerſa fuit in profundiſſima humilitate, quæ illi tantas in ſe ipſa malitias, & tantas iniquitates detexit, ut

eas nullatenus, quacunque etiam adhi-
a exaggeratione, declarare valeret: pro-
ipſa his verbis proteſtatur: *Unde humi-*
ite frequenter ſum abyſſata, & facit me vi-
e peccata mea, & ſuperabundantiam mali-
rum mearum, & iniquitatum, ita quod non
eo, me poſſe manifeſtare, nec diſcooperire per
quod medium (*In vita loco ſupra cit.*) Hinc
tus eſt ingens ille ſui ipſius deſpectus,
cujus optabat ſeſe ut peccatricem totius
ndi maximam mille modis evulgare, ab
nibus derideri, ludibrio haberi, & pedi-
s calcari, ut ſupra jam dixi. Et tandem
lictiones enumerando in hæc verba con-
dit: *Caput meum dividitur, corpus deficit,*
li mei caligaverunt præ multitudine lachry-
rum, & omnia membra mea disjunguntur,
a non poſſum manifeſtare malitias meas, &
dacia animæ meæ.

2. Primaria autem adeo inſolitarum af-
flictionum cauſa in eo verſatur,
od anima credat, Deum ſibi factum con-
rium, ſeque ab eo repulſam ac rejectam
e: quodque timeat, ſeſe in ejus ſinum
nquam amplius fore recipiendam; impoſ-
ile illi enim videtur, quod ſummum bo-
m amare poſſit rem adeo vilem, & adeo
lam, qualem, dum purgativa illa luce
luſtratur, ſe ipſam eſſe cognoſcit. Cum jam
imæ amore appretiativo, ut ſcholaſtici
lo-

loquuntur, Deum vehementer adament, neceſſario conſequitur, internas, quas ex tam profundis, & tam acerbis perſuaſionibus perſentiunt, afflictiones inexplicabiles eſſe debere. Sufficiat dicere, quod S. Joannes a Cruce ſupplicium hoc immenſum dicat: *Hæc animæ pœna ob ipſius impuritatem eſt immenſa, quando nimirum ſerio eſt ab iſta luce divina transverberata & irradiata. Quando enim lux hæc pura ferit animam, ad impuritatem ab ea profligandam, adeo ſe anima impuram, miſerabilemque ſentit, ut Deum ſibi eſſe contrarium, ſeque viciſſim Deo arbitretur. Quæ res tantum illi doloris, & afflictionis infert, ut hic illi videatur, ſe a Deo prorſus abjectam & repudiatam - - - Et quod amplius illam torquet, eſt, quia nunquam ſe eo dignam futuram, jamque ſe bonorum ſuorum jacturam feciſſe formidat. Quod ex profunda mentis in propria cognitione, propriorumque malorum ac miſeriarum ſenſu demerſione naſcitur.* (*Noct. obſc. Lib.* 2. *cap.* 5.)

173. Si jam hujuſcemodi animæ intime ſibi perſuaſum habeant, Deum ſibi eſſe contrarium, ſe autem ob ſuas miſerias illo indignas, atque ab eo rejectas exiſtiment: & ſi inſuper vehemens apprehenſio ac timor accedat, quod id ſemper futurum ſit, acerbiſſimus ſane inde dolor naſcitur quem P. Philippus merito per ter-

mi-

ιinum deſperationis exprimit (*Theol. Myſt.* *tr.* 3. *diſc.* 3. *art.* 2.) prout eum etiam ſuerius citata Beata appellat, imo talis eam eſſe videtur, ſi ejus objectum conſieremus; reapſe tamen talis non eſt: cum nimæ hæ enim inter medias ſuas teneras Deum fortiter ament, tota earum paſo ſurſum eſt converſa, & in Deo, quem ſe offenſum vident, occupata, quin prorium ſuum damnum, etſi ſempiternum foet, ullatenus curent: & hinc ad poſitivæ eſperationis actus nunquam deſcendunt: no quod deſperatio videtur, ordinarie in lis heroicus afflicti amoris actus eſt. Et evera B. Angela, poſtquam deſcripſit, quod damnatam viderit, mox ſubjungit: *Videndo me damnatam, non curo de damnatione mea, uia plus curo, & doleo, quod offendi creatorem eum, quem nollem offendiſſe pro omnibus bois, & malis, quæ poſſint nominari.* Hinc rguat lector, quanta cum ratione Auctoes myſtici afflictiones has pœnis inferni aſſiilent, prout David eas comparavit, dum er purgationem hanc ſeſe torrente iniquiatum abſorptum vidit: *Circumdederunt me olores mortis: torrentes iniquitatis conturbaveunt me. Dolores inferni circumdederunt me; præccupaverunt me laquei mortis.* (*pſalm.* 17. *v.* 5. 6.)

74. Memoria quoque immanis hujus purgationis tempore inter ſummas

ver-

verſatur anguſtias: quia lux purgativa hanc etiam potentiam fortiter pervadens, tollit ſive abſcondit ſpecies omnium eorum, quæ ſolamini eſſe poſſent, & moleſtorum, quibus angi poteſt, objectorum ſpecies duntaxat excitatas, & vivaces relinquit. Hinc ſequitur affligens recordatio malorum præſentium, & memoria favorum cæleſtium præteritorum, ſive ingentium communicationum, quibus ante ſpiritualis hujus purgationis ingreſſum a Deo cumulata fuit. Hæc bonorum præteritorum memoria, conjuncta cum forti perſuaſione, quod finita jam nec unquam amplius reditura ſint, animam in acerbiſſimas conjicit anguſtias. Et inter ipſas triſtes has anguſtias verſabatur Jobus, dum gemens dixit: *Ego ille quondam opulentus, repente contritus ſum, tenuit cervicem meam, confregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignum, circumdedit me lanceis ſuis, convulneravit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terra viſcera mea. Concidit me vulnere ſuper vulnus, irruit in me quaſi gigas. Saccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam, facies mea intumuit a fletu, & palpebræ meæ caligaverunt.* (*Job. cap.* 16. *v.* 13. & *ſeq.*) Excruciantes hæ memoriæ, prout S. Joannes a Cruce ait, animæ doloris rugitus extorquent. (*Noct. obſc. Lib.* 2. *cap.* 9.) *Ob apprehenſionem, ſenſumque miſeriarum, in quibus ſe verſari*

ari conſpicit, ſe jam periiſſe, ſuaque bona in empiternum finita ſuſpicatur. Hinc in ſpiri-um quidam dolor, gemituſque adeo profundus romanat, qui vehementes in ea rugitus, ulu-atuſque ſpirituales producit - - - Qui rugi-us res ſummi certe doloris eſt: aliquando enim b repentinam, acutiſſimamque miſeriarum iſta-um, in quibus ſe conſpicit anima, memoriam, antum dolorem, afflictionemque percipit, ut non ideam modum, quo explicari poſſit, niſi forte er ſimilitudinem, quam S. Job, dum in eadem ribulatione verſaretur, adducit hiſce verbis: tan-uam inundantes aquæ ſic rugitus meus. (Job. 3. . 24.) Nec B. Angela ab anxiis his memo-iis exemta fuit: ſiquidem bonorum a Deo eceptorum recordatio animam ejus ſumma maritudine replevit; hoc tamen cum di-crimine, quod lux purgativa in peccato-um & miſeriarum abyſſum demergens illi ua impoſſibile propoſuerit, quod Deus cre-turæ adeo miſerabili tanta bona contule-it. Hinc in ejus animo mille vehementiſ-imæ affectiones ſunt excitatæ, quas cum ex-rimere neſciret, iram, ſuperbiam, triſtitiam, maritudinem, dolorem & cruciatum vocat: icet ego tales nominatim fuiſſe non credam, ed exiſtimem, quod, ſicut aliis contingere olet, non niſi inexplicabiles anguſtiæ, ac lolores fuerint. En ipſa ejuſdem verba. A-iam amaritudinem maximam recipio de bonis, uæ fecit mihi Deus: quia non recordor eorum

ad remedium, ſed ad injuriam, & admirationem doloroſam; videlicet quomodo in me unquam potuerit eſſe aliqua virtus; & dubito, quod nunquam fuerit in me verax; & etiam non video aliquam rationem, quare Deus hoc permiſerit. Et tunc in iſta tentatione omne bonum eſt mihi clauſum, & abſconditum, quia efficior in tantum tota ira, tota ſuperbia, tota triſtitia, tota amariſſima, & inflata, & pœnata, & doloroſa, plus quam poſſim dicere. (cap. ſupra cit.)

175. De ſenſitivo appetitu dicam ſolummodo, quod omnium, quibus ſuperior hominis pars torquetur, cruciatuum receptaculum ſit. Tenebræ intellectus continuo eum opprimunt; afflictiones voluntatis eum transfigunt, angores memoriæ in acerbiſſimas eum anguſtias redigunt. Verum eſt, quod ſupplicia hæc primarium & fortiſſimum ſuum conatum in ſpirituales, quæ pænali illa luce proxime compenetrantur, potentias exerant: interea tamen omnia tandem in partem ſenſitivam exonerantur: cum hæc inferius ſit cubiculum, in quo totus ſuperioris animæ cubilis ſtrepitus reſonat. Unde cum ex una parte omni divino non minus, quam humano ſolatio ſit deſtituta, & ex altera tot cruciatuum pondere oppreſſa, miſerum, ad quem redactam ſe ſentit, ſtatum nemo non manifeſte perſpicit.

176. Jam declarandum ſupereſt, qua ratione per lucem ac contemplationem hanc purgativam omnes tam rationales, quam ſenſitivæ hominis potentiæ actibus ſibi connatis exſpolientur: in hoc ipſo enim ultimum horum cruciatuum complementum conſiſtit. S. Joannes a Cruce dicit, quod anima, dum obſcura hæc contemplationis lux tota eam fortitudine invadit, tantam patiatur violentiam, ut miſella quaſi contuſa ſub illa ingemiſcat. (*Noct. obſc. Lib.* 2. *cap.* 5.) *Senſus enim & ſpiritus, acſi immenſo aliquo obſcuroque onere premerentur, affliguntur, adeoque agonizant, ut mortem pro refrigerio libenter eligerent.* Hinc oritur, quod intellectus lucis hujus vehementia in malorum & miſeriarum ſuarum obtutu violente defixus, neque ſe ad rerum cæleſtium conſiderationem elevare, neque ad terrenorum cognitionem divertere poſſit. Voluntas per obſcuram illam contemplationem moleſtiſſimis, quos ſupra deſcripſimus, affectibus profunde pariter immerſa, ſeſe nec ad ullos alios cæleſtes affectus elevare, nec in aliis terrenis affectionibus occupare poteſt: unde omnibus exſpoliata in extrema paupertate hæret. Et hinc ſupracitatus ſanctus ait: *cum obſcura hæc nox tantopere ipſius potentias, affectionesque impediat & reprimat, non poteſt* (ejusmodi anima) *ſicuti antea affectum ſeu mentem ad Deum elevare, neque ab eo aliquid*

precibus flagitare, exiſtimando illud ſibi eveniſſe, quod Jeremias ait: oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio (*Thren.* 3. *v.* 44.) - - - *Quodſi aliquando poſtulat; fit hoc cum ariditate tanta, & absque devotionis ſenſu, ut videatur illi, ſe a Deo non audiri, precesque ſuas negligi.* B. Angela idem dicit: *Et video defectus in anima & corpore, & eſt mihi clauſus Deus, & abſconditus in omni parte, & gratia, ita quod nullo modo poſſim recordari Dei, nec ipſius habere memoriam: quia nec ipſe permittit.* (*cit. cap.*) S. Joannes a Cruce ſubjungit, hujuſcemodi perſonas etiam ad negotia temporalia pertractanda parum aptas eſſe, eoquod attentio ad proprias operationes in iis deficiat.

177. Notet tamen Director, hæc omnia in juſto ac ſano ſenſu intelligenda eſſe. Sancti hi contemplativi nunquam volunt innuere, quod anima in hac purgatione poſita ſimpliciter talem ſeu phyſicam (ut philoſophi loquuntur) orandi, & ſanctos aut indifferentes actus per intellectum & voluntatem eliciendi impotentiam habeat: cum libertatem ſuam in hoc ſtatu utique reapſe non perdiderit. Volunt duntaxat ſignificare impotentiam quamdam moralem, vel potius difficultatem valde notabilem, quam hæ duæ potentiæ in exercendis ſuis actibus experiuntur: eoquod intellectus in

nalorum conſideratione, & voluntas in afſlictione vehementer defigatur, & demergatur. Et hinc ſi perſona ſibi vim inferat, poteſt & cogitationes & affectus in Deum rigere orando, poſtulando, ſperando, ac ſeſe d Dei voluntatem conformando; & licet ujuſcemodi actus frigidi, inſipidi, & pro empore violenti videantur, magni tamen aloris ſunt, nec ſub quocunque prætextu nquam intermittendi. Eodem ſenſu ſumena ſunt verba B. Angelæ; nam dum dicit, uod Deus ſe abſconderit, quod nullam ilus memoriam habuerit, id de facili, ſenbili ac ſuavi, qua prius frui ſolita fuerat, lei præſentia, ac recordatione intelligenum venit: nequaquam autem de ſicca, rida, ac difficili Dei memoria, hæc enim emini unquam aufertur, qui fide imbutus t, in quocunque dein ſtatu verſetur. Et evera Beata mox ſubjungit, quod omnium orum ſpiritualium cruciatuum curam non abuerit, ſed ſolummodo de Deo offenſo oluerit. Ex quo ſic arguo: ſi ergo tanis inter tenebras, ac occultationes Dei e ejus offenſis tantopere doluit, utique um intime præſentem habuit, non quidem ulci ac delectabili amoris præſentia, ſed more doloroſo ac excruciante. Hæc omia dicta ſint, nequis circa hujusmodi doumentorum intelligentiam a vero aberret.

178. Verum ad ligationem memoriæ conſiderandam progrediamur. Hæc quoque potentia per dictam lucem propriarum miſeriarum recordationi vehementer affixa ab omnibus aliis rerum tam naturalium quam ſupernaturalium ſpeciebus alienatur. Hinc perſonæ in hac purgatione verſantes ſunt obliviosæ: cadunt frequenter in ingentes animi ſtupiditates, & in inſolitos memoriæ defectus: tranſigunt horas integras, quin ſciant, quid egerint, quid agant, aut quid agere velint, nec ad impediendos hos defectus juvat, ſibi ipſis invigilare, & debitam circa ſuas operationes attentionem curare; cum pænales hæ ſpecies enim totam memoriam præoccupent, & ſua violentia ibi dominentur, potentia hæc remanet debilitata, nec ad excitandas hujus vel illius rei ſpecies ſufficienti virtute pollet: & hinc obliviosus ac ſtupidus agendi modus oritur.

179. Tandem etiam in ſenſitivo appetitu plena omnium affectionum exſpoliatio ſequitur: cum erga res ſanctas aridus, & exſiccatus maneat, nec ad temperandas has ſiccitates & ad levamen ferendum ulla de cælis conſolationis ſtilla cadat (ſi caſus paulo poſt declarandos excipias, ubi Deus ſcilicet favorem quemdam impertitur, ut ad tolerantiam plus animi addat) Erga terrena

na dein eſt penitus inſipidus, tum quia in hoc ſtatu ea nullatenus curat, tum quia ingentes, quas patitur, afflictiones eum penitus ab his avulſum tenent. Et hinc lector faciliter rectam ſibi ideam formare poterit, de ſtatu commiſeratione digno, in quo purgantes hæ animæ verſantur, quandoquidem tota potentiarum noſtrarum felicitas a ſuorum actuum exercitatione pendet, hac enim ſublata omnes in ſtatu violentiſſimo perſeverant. Si dein moleſtiſſimi, quos imaginari nobis unquam poſſumus, actus illis exercendi præſcribantur (prout in caſu noſtro contingit) earum vita ad veram inferni imaginem reducitur. Ita myſticus Henricus Harpius de ſpiritualibus his purgationibus agens ait: *Poteſt autem illud vocari languor infernalis, in quo decumbit anima, non præ amore; ſed præ anguſtia, & afflictione, nunquam inveniens conſolationem neque in Deo, neque in creaturis. Theol. Myſt. Lib. 2. cap.* 47.)

180. His omnibus ſuperadde, quod ipſæ cum Patribus ſpiritualibus collationes, quæ perſonis afflictis ingenti cæteroquin levamini eſſe ſolent, animabus in hac purgatione conſtitutis ingens tormentum afferant. Cum Directores enim eas conſolari conantur, & ingentia, quæ ex cruciatibus his in earum ſpiritum redundatura ſunt, bona repræſentant: de hoc ſeſe nul-

latenus perſuaſas reddere poſſunt, ex cauſa vehementis, cui immerſæ hærent, propriorum malorum ſenſus; exiſtimantque Directores non videre, quæ ipſæ vident, nec intelligere, quæ ipſæ experiuntur; & propterea eos etiam ita loqui, reapſe autem in hoc afflictionum ſuarum remedium non eſſe repoſitum. Et hinc loco ſolaminis ex hujusmodi collationibus hauriendi, novo inde doloris vulnere ſauciantur, malum ſuum irremediabile opinantes. Et tale haud dubie etiam eſt: ſiquidem Deus vult, ut hæ animæ patiantur; & hunc ipſum in finem permittit, ut omnia, quæ ad mitigandos earum dolores adhibentur, lenimina inutilia evadant, uſque dum ſpiritus earum purgatio completa ſit. S. Joannes a Cruce (*Noct. obſc. Lib. 2. cap. 7.*) dicit, quod hæ purgationes neutiquam omnes eodem rigore procedant, nec eodem tempore durent, ſed vel diuturniores, vel breviores, vel magis, vel minus acerbæ ſint, juxta gradum unionis ſcilicet, ad quem anima elevanda eſt; durant tamen ordinarie annos aliquot, ſpeciatim ſi dulces & ſuaves communicationes ſæpius interponantur: hæ enim in cauſa ſunt, quod purgatio ſæpius denuo reſumenda, & ſic tardius complenda ſit.

181. Ad horum intelligentiam ſcire oportet, quod Deus hujuſcemodi purga-

ıtionum tempore afflicto ſpiritui quando-
ıe ſuaves quasdam refocillationes imper-
ri ſoleat, ut novum patiendi animum ſu-
at, & ad acerbum purgationis ſuæ iter
'oſequendum novas vires hauriat. Res
ıc ratione procedit. Deus facit, ut ipſa
a, quæ tenebricoſo & purganti modo ani-
am pervadebat, contemplationis lux di-
ːrſimode in hac operetur, eamque illu-
inante, amabili, ac ſuavi modo colluſtret.
ınc anima ſtatum mutat: ſiquidem a te-
ːbris ad lucem, ab afflictionibus ad qui-
em, ab amaritudinibus ad ſpiritus dulce-
nes tranſit; & ſicut captivus ruptis vin-
ılis & ſolutis catenis ex obſcuro carcere
;rediens auram libertatis reſpirat; ſic illa
ıguſtiis ſuæ purgationis, in qua catenis
ıaſi ac vinculis conſtricta tenebatur, ex-
luta valde ſuavi ſpiritus libertate perfrui-
r. Hic Deus contemplationes valde dul-
s, favores valde delectabiles, quietem
timam, ac ſerenitatem illi elargitur: quæ
ınia aliorum majorum, quæ ipſam ex-
ectant, bonorum prælusio quædam, ac
gnus ſimul ſunt. Tunc anima præ gau-
o ſui ipſius capax non eſt, & ſubinde om-
ːs ſuos cruciatus jam finitos credens,
ːum ipſa identidem repetit: *Jam hiems
ɪnſiit, imber abiit, & receſſit*, exiſtimans,
ſe impoſterum continuo cæleſtium delicia-
m vere gaviſuram: prout ipſe regius Pro-

 phe-

pheta in ſimili conſolationis ſtatu dixit: *Ego dixi in abundantia mea: non movebor in æternum* (*pſalm.* 29. *v.* 7.) Verum ſicut hic paulo poſt ſeſe denuo tribulationum mari immerſum vidit, prout ipſe fatetur: *Avertiſti faciem tuam a me, & factus ſum conturbatus:* ſic illa, dum nil minus cogitat, ſeſe denuo tenebrarum, afflictionum, & anguſtiarum acerbiorum forte, & diutius duraturarum abyſſo abſorptam intuetur.

182. Rei hujus ratio eſt, quod in ejusmodi animabus, licet hæ id non advertant, quædam imperfectiones, & ſubtiles ac minutæ quædam infirmitates remanſerint, quæ ut eradicentur, acutiori, ac penetrantiori adhuc purgatione indigent. Tunc denuo malorum ſuorum cognitioni immergi & perſuaſum ſibi habere incipiunt, Deum ſibi contrarium & ſeſe ab eo rejectas eſſe; credunt rurſus, alio tempore hauſta experientia fruſtra obſtante, omnia ſpiritualia ſua bona jam terminata & ſeſe vix non perditas eſſe. Quapropter & obſcuritates, afflictiones, anguſtiæ, ac cruciatus rurſus revertuntur; imo majori ſæpe cum acerbitate revertuntur. Licet tamen in his conſolationum intervallis ſenſibilem, ac ſuavem gratiam raro adeo abundare contingat, ut majoris purgationis neceſſitatem animæ penitus abſcondat. Sentiunt hæ ani-

imæ ordinarie in ſuis intimis neſcio quid, uod deeſt, quodque ſpiritus deliciis in plea pace frui non ſinit. Sentiunt intra ſe, t, S. Joannes a Cruce, inimicum quemam ſomno ſopitum, de quo timent, ne ırſus evigilet, & ad genium ſuum reeat: prout revera étiam contingit.

83. His poſitis ad propoſitum noſtrum redeamus. Itaque dico: ſi dulces æ interruptiones animæ frequenter ſupereniant, purgatio illius diu protrahetur: ım ſpirituales, quas Deus elargitur, deciæ non ad purgationem, ſed ad afflicti iritus erectionem ordinentur. Si vero purıtio absque ſpiritualium refocillationum ıixtura eodem afflictionum, ac cruciatuum exu procedat; imo in progreſſu quoad aerbitatem & rigorem increſcat, ejusmodi ırgatio erit brevior, quia deſideratæ muntiæ effectum brevi tempore conſequetur. t talis videtur fuiſſe ſpiritualis purgatio . Angelæ, utpote in qua nullius conſotionis mentio, & de ſolis cruciatibus ſero fit: unde & paulo poſt biennium cometa fuit.

CAPUT XVIII.

Qua ratione prædictæ tenebræ, afflictiones, anguſtiæ, cruciatus, & potentiarum ligatio ſpiritum repurgent, & ad myſticam ac perfectam amoris unionem diſponant, explicatur.

184. Declaratis jam moleſtis lucis purgativæ effectibus, diſcutiendum nobis ſupereſt, qualiter per hos perfecta illa in ſpiritum purgatio redundet, qua ad divinam unionem aptus efficitur. Faciliter capite hoc me expedire poſſem, ſi ſecundum illam regulam, quod unum contrarium altero curetur, dicerem, quod per tenebras intellectus ad alterius lucis receptionem diſponatur, quod voluntas & totus interior homo per afflictiones, anguſtias, & cruciatus præparetur ad ſuſcipiendum illud gaudium, quod myſtica unio ſecumfert, quodque potentiarum ligatio ſpiritum agilem, ac celerem reddat, ut in Dei ſinum evolare, & in eum transformari poſſit. Verum cum compendioſus nimium hic declarandi modus nequaquam ſufficiat ad rite intelligendum præclarum illud opus, quod Deus per hanc purgationem in animabus ad dulces amoris ſui amplexus admitten-

dis

dis efficit; hinc ad declarationes magis ſingulares deſcendam, quin tamen ordini, quem ſuperiori capite tenui, me alligem.

185. Hic alibi dicta in memoriam revocari oportet, ſcilicet quod elevationem ſeu exaltationem (juxta myſticorum Doctorum, imo ipſius JEſu Chriſti Doctrinam) conveniens depreſſio ſeu humiliatio præcedere debeat. Unde S. Thereſia teſtatur, ſibi nullum unquam extraordinarium favorem a Deo fuiſſe collatum, quin profundiſſima prius depreſſio præceſſiſſet, vi cujus circa ſui ipſius exiſtimationem penitus exinanita fuiſſet. Ex quibus conſequitur, quod cum myſtica amoris unio ſublimiſſimus, ad quem anima in mortali hac vita elevari poteſt gradus ſit, hanc qua neceſſaria diſpoſitio præcedere debeat quam intima, & quam profundiſſima, quæ dari poſſit, depreſſio. Et hanc ipſam lux purgativa introducit, dum proprium nihilum, peccata, defectus & miſerias ob oculos ponit. Cum enim quam penetrantiſſima ſit, omnem exiſtimationem, omnem, qui de ipſo remanſerat conceptum, omnem ſive apertam, ſive occultam, quam de ſuis operationibus fovebat, complacentiam ex imis fibris eradicat, quodque majori in pretio habendum, profunde imprimit veram ſui ipſius cognitionem, ſive cognitionem ſui

de-

demiſſiſſimam & magnopere exinanientem. Verum eſt, quod anima in purgatione ſenſus, prout diximus, per complures tam interiores; quam exteriores tribulationes vilem ac depreſſum de ſe ipſa conceptum conſequatur: verum hic nullatenus comparari meretur cum eo, qui in purgatione ſpiritus ſupervenit: in hac enim per aliam abſque comparatione penetrantiorem lucem anima apertis quaſi oculis intuetur ſuum nihilum, ſuos defectus, & ſuas fragilitates: unde & vilis ſui ipſius idea animæ intima pervadit, & adeo alte in ea radicatur, ut nunquam amplius evaneſcat, animamque dein longe removeat ab eo, ut ſibi ipſi præter proprias miſerias quidquam attribuat. Hoc adeo verum eſt, ut B. Angela de Fulginio poſt enarratam ſpiritualem ſuam purgationem omnes ejus bonos effectus in hac demiſſa ſui cognitione reponere videatur, dum ita ſcribit: *Et per cognitionem offenſionum, & defectuum, quam per prædictam humilitatem anima adipiſcitur, anima purgatur a ſuperbia, & a dæmonibus; & propterea quanto anima magis complanata, & depauperata, & humiliata eſt inferius, tanto magis aptatur, & purgatur, & purificatur, ut magis elevetur: quia nulla anima poteſt aliter, nec plus elevari, niſi quantum humiliatur, & profundius in humilitate complanatur, & radicatur.* (*ſupra cit. cap.*)

186.

186. Præterea per ſpiritualem hanc purgationem radicitus evelluntur omnes habitus imperfecti in parte ſive rationali, ſive ſenſitiva antea contracti: id quod purgatio ſenſus nec effecit, nec efficere potuit; licet eos ad ſummum forte debilitare potuerit. En rationem: cum anima per lucem purgativam omnes ſuos defectus profunde perſpiciat, juxta jam dicta adeo vivacem dolorem, & afflictionem adeo intimam de iis concipit, ut non modo a talibus repurgetur, ſed & omnis facilitas, & omnis inclinatio in iis committendis ante contracta ſimul deſtruatur. Si verum enim eſt effatum Philoſophorum, quod ad formandum habitum etiam unus actus intenſus ſufficiat; dicendum etiam erit, quod unus actus habitui contrarius, ſi is valde intenſus ac vehemens fuerit, ad eum deſtruendum ſufficere poſſit, ſecundum illud principium: *Contrariorum eadem eſt diſciplina.* Quanta ergo ad omnes pravos ex præteritis defectibus oriundos habitus exterminandos virtute pollebunt tot actus & intenſiſſimi & vehementiſſimi doloris, qui purgationis hujus tempore continuo exercentur?

187. Idem dicendum de affectionibus imperfectis, & adhæſionibus tam ad terrena, quam ad cœleſtia, quæ poſt primam purgationem in ſenſu æque, ac ſpiritu

ritu remanſerunt. In his ſpiritus purgationibus contingit, quod ſuccedere amat in materialibus corporis purgationibus, in quibus per diuturnam ac rigidam diætam noxii humores abſumuntur, & corpus integræ ſanitati reſtituitur. Sic hic Deus & ſpiritui, & ſenſitivo appetitui rigidiſſimam præſcribit diætam, dum unum æque ac alterum per moleſtum illud contemplationis lumen tam circa res ſacras, quam circa profana terræ hujus bona omni ſenſu privat. Per rigidam jam & acerbam hanc ab omni affectione abſtinentiam omnes imperfectas inclinationes exſiccat, omnes adhæſiones abſumit, & animam in debita perfectione, & optima ad myſticam unionem diſpoſitione reponit. Hæc omnia per primam purgationem neutiquam evinci potuerunt: tum quia diæta ibi ſervari ſolita non eſt adeo rigida: tum quia diæta ad ſenſum præcipue, qui aridus & ſolatio privatus manet, non autem etiam ad ſpiritum pertinet, utpote qui ſæpe principio quodam quietæ contemplationis, in certa amorifica, quam in Deo invenit, attentione perfruitur, ut ſuo jam loco declaravi.

188. Verum fructus hujus purgationis, præ aliis ſummo in pretio habendus eſt, triumphus, quem ab amore pro-

prio

rio mille modis devicto reportat. Om-
es horrendæ afflictiones, omnes graves
nguſtiæ, & omnes atroces, quos declara-
imus, dolores totidem ſagittæ & tela,
uibus amor proprius impetitur, ac toti-
em vulnera & plagæ ſunt, quibus ille
onfoditur: ita ut tot doloris ictibus ſi non
necetur, certe penitus mortificetur, &
ocum faciat amori ſancto, qui victricibus
gnis ſpiritum ſibi vendicat, ut Deo il-
um uniat.

89. Ut verum autem fatear, ad com-
plendum hoc amoris opus liga-
ura potentiarum multum conducit. Quan-
doquidem unio myſtica opus divinum eſt,
n divinis potius quam humanis actibus
conſiſtens, ad quos anima non niſi paſſi-
ve a Deo mota concurrere poteſt, conſen-
iendo ſcilicet operi, quod Deus in ea pro-
ducit. Jam ſicut in terrenis in quoddam
ſubjectum nova forma introduci non po-
teſt, quin altera, qua prius occupabatur,
forma ex eo ejiciatur, præcipue ſi hæc
illi contraria ſit; ſic & Deus (de lege ordi-
naria loquendo) neque in memoriam ſpecies
divinas, neque in intellectum cognitiones
divinas, neque in voluntatem divinum,
quo myſtica unio efformatur, amorem po-
teſt introducere, niſi potentias has vili &
imperfecto ſuo operandi modo prius exſpo-

liaverit. Jam hæc omnia perfecte obtinentur per purum quoddam contemplationis lumen, quod, dum animam modo purgativo pervadit, memoriam obſuſcat, & hac ratione a ſuis ſpeciebus avellit, ac alienat. Unde dein inſolitæ, de quibus ſupra diximus, obliviones proficiſcuntur. Lumen hoc intellectum profundis tenebris abſorptum revera in naturali ſuo lumine obſcurat, & in operando retardat: & hinc hujuſcemodi perſonæ parum attentæ, ac ad tractanda negotia atque occupationes externas parum aptæ ſunt: impedit eum etiam in cognitionibus ſupernaturalibus (in ſenſu ſuperius declarato) & hinc in ſuis cogitationibus ad Deum ac cæleſtia elevandis multam difficultatem perſentiunt. Tandem in ſicco, imo in ingentibus afflictionibus reponit voluntatem: & ſic hanc exuit omnibus ſuis affectibus, etiam ſupernaturalibus (non tamen quoad ſubſtantiam.) Si Deus dein hac ligatura, aut, ut aptius loquar, hac retardatione potentiarum eas imperfecto hoc ſuo operandi modo exſpoliatas, & certum importunum juxta proprium genium agendi pruritum depoſitum videat; tunc replet eas ſpeciebus mundis, cognitionibus ſublimibus, & puro amore, quocum ſi anima modo quodam divino operetur, in Deum transformari incipit.

Nec hæc potentiarum ligatio Lecto-
rem ex eo mirum habeat, qua-
ıac ratione animæ operandi meritum
ratur. Primo, quia anima, non ob-
tibus hujusmodi impedimentis, ſeſe
en (licet multa cum difficultate) ad
m poteſt erigere per actus ſanctos,
quo ſicciores ac difficiliores, eo ma-
merito digni ſunt, ut alibi dixi.
ındo quia inter acerbiſſimas ſuas affli-
ıes plurimum meretur: & ſi in crucia-
n igne conſumi ſe patienter ferat, ac-
iſſimum, quod ei unquam poſſibile eſt,
holocauſtum offert. Nimium quantum
ı verum eſt: *Cor contritum & humilia-
Deus non deſpicies.* Tertio etſi etiam
dam meriti imminutio foret, millies
tamen compenſaretur in ſtatu unio-
, cui ligatio hæc qua proxima diſpo-
inſervit.

Adeſt inſuper alia ſuperius indica-
ta ratio, ex qua hujus potentia-
ligaminis neceſſitas comprobatur: hæc
o verſatur, quod propria agendi vir-
ſeu, ut Philoſophi ajunt, noſtra acti-
s, & propriæ induſtriæ ad divinæ u-
ıis conſecutionem nihil conferant, imo
nopere eidem obſint. Ad hoc amoris
s ſolummodo juvat animæ noſtræ po-
ias indifferentes, exſpoliatas, & mani-

bus Dei commiſſas relinquere, inſtar argillæ in manibus figuli, ut eam ad actus proportionem ejus excedentes permovere poſſit. Sicut enim argilla opus turbaret, ſi ſuper rotam, in qua artifex præclarum ex ea vas efformaturus eſſet, motum arriperet diverſum ab eo, quem figulus ei imprimit; ita & ſi anima in Dei manibus paſſive ſe non habere, & imperfectum ſuum cognoſcendi, ac vilem ſuum amandi modum ſequi velit, myſtica in ea unio nunquam perficietur: hæc enim alium intelligendi, & puriorem ac ſublimiorem amandi modum exigit, ad quem illa omni proportione caret, & qui illi non niſi a Deo infundi poteſt. Jam vero hæc potentiarum vivacitas ac arbitrium in hac purgatione mortificari, & naturalis hæc hoc vel illo modo operandi inclinatio per prædictam ligationem aut retardationem actuum illis auferri, ſive ſtabiliter impediri debet, ut Deo ſeſe committant, eumque in ſe perficere ſinant præclarum illud amoris opus, quod ipſæ per ſe efformare nequeunt.

192. Si lector autem adhucdum forte admirari pergeret, quod per acerbam hanc purgationem in animam introduci debeant tot ſubtiliſſimæ expolitiones, ſcilicet eradicatio omnium contractorum pravorum habituum, evulſio omnium imper-

perfectarum tam ad divina quam ad terrena adhæſionum; intima ac radicata profundæ humilitatis exinanitio, amoris proprii depreſſio, omnium potentiarum in ſuis actibus retardatio uſque ad ipſam etiam proprii circa operandi modum arbitrii, & inclinationis exſpoliationem, ponderare ſufficiet, quod ad hoc, ut perſona aliqua perfecta amoris transformatione cum Deo uniatur, ejus ſpiritus adeo repurgari ac ſubtilis fieri debeat, ut eadem cum ipſo Dei ſpiritu res efficiatur: *Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt.* Hoc unicum omnem ejus admirationem diſſipabit: intelliget enim, quod, ſicut anima ad perfectam cum Deo unionem in beata Patria pervenire nequit, niſi prius in terribili purgatorio rite mundata fuerit; ſic neque ad eam, licet in gradu minus perfecto, pertingere poſſit etiam in hac vita, niſi in ſimili purgatorio prius expolita fuerit.

CAPUT XIX.

Inflammationes amoris, quas anima in purgativæ hujus noctis progreſſu ſentire incipit, declarantur: & tandem ſimilitudine quadam totum purgationis hujus ſyſtema explicatur.

193. **A**nima ſpiritualis hujus noctis tempore,

pore, denſis tenebris, ac horrendis, quas patitur, afflictionibus neutiquam obſtantibus, ſemper divino amore inflammata perſiſtit. Verum eſt, quod ſub initium has amoris flammas non ſentiat; imo longius quam cælum a terra eas a ſe remotas opinetur. Aſt id ex eo proficiſcitur, quod hujuſcemodi inflammationis nudam duntaxat ſubſtantiam habeat. In progreſſu purgationis autem etiam quoad anxii, vivacis, & penetrantis ardoris accidentia eam perſentit. Hic in memoriam revocari oportet doctrinam D. Thomæ, quam capite tertio expoſui, & capite decimo ſeptimo denuo repetii, circa devotionem quoad ſubſtantiam ſcilicet, & quoad accidentia, quæ inde in ſpiritum, ac in partem etiam ſenſitivam redundant. Si eandem jam doctrinam aliis quoque virtutibus, & ſpeciatim divino amori applicemus, ſcire oportet, quod inflammatio divini amoris quoad ſubſtantiam conſiſtat in ingenti exiſtimatione divinæ bonitatis, quæ voluntatem promtam reddit ad quamvis etiam magnam rem pro eo ideo ſolum præſtandam, ut ei placeat, ejus guſtum attingat, ejusque voluntatem adimpleat. Hæc amoris flamma jam a primo ſpiritualis purgationis principio animæ non deeſt, licet ejus ardores non ſentiat. Ita S. Joannes a Cruce (*Noct. obſc. Lib. 2. cap. 13.*) ſcribens: *Verum hoc*

loco animadvertendum eſt, quod licet a principio, quando nox hæc ſpiritualis inchoatur, hæc amoris inflammatio minime percipiatur: eo quod iſte amoris ignis nondum operationem ſuam perfecerit; loco tamen inflammationis hujus confert confeſtim animæ Deus quemdam æſtimativum ſui amorem adeo ingentem, ut (ſicuti diximus) id quod magis illam affligit, quodque maxime in noctis hujus tribulationibus ſentit, anxietas ſollicitudoque ſit, qua metuit, ne Dei jacturam fecerit, ab eoque repudiata ſit. - - - Adeo enim ingens eſt æſtimationis amor, quo Deum proſequitur (quanquam in obſcuritate, neque ipſa eum percipiente) ut non ſolum hæc, quæ diximus, libenter pateretur, ſed magna cum alacritate multoties moreretur, ut illi rem gratam præſtaret. Ex his manifeſte deducitur, quod ſub dictæ purgationis initium tota amoris flamma quoad ſubſtantiam jam adſit, ſed non ſentiatur: ſucceſſu temporis autem, dum anima acri tot cruciatuum, & anguſtiarum lixivio a maculis, & infirmitatibus ſuis purgari incipit, ignis ille amoris totus prius in voluntate latens in ſpiritus intimis ſeſe prodere incipiat vivacitate, ardore, & angoribus erga Deum, quos nos ad mentem Angelici inflammationes amoris accidentales appellamus. Tunc ſacer hic ignis omnes animæ ſinus pervadit, & vehementem inibi amoris paſſionem ſuccendit, quo ſaucia dilectum ſuum inſe-

quitur, mille modis deſiderat, & mille modis inquirit: in omnibus, quæ operatur, cogitat & dicit, in omni loco, & omni tempore eum expetit: ejus affectus in continuo motu verſantur, eoquod ſummo Bono uniri ſemper aſpiret.

194. Verum ut magis intelligatur, quam vehementes hi amoris angores ſint, reſcire oportet cauſſas quasdam, quæ in hoc purgationis ſtatu ad eos accendendos & quaſi irritandos concurrunt. Prima cauſſa eſt, quod hæc amoris inflammatio eo ipſo tempore ſuperveniat, quo animæ potentiæ, & ſenſitivi etiam appetitus omni affectione exſpoliati, aridi, exſiccati, & omnis alterius cæleſtis æque ac terreni guſtus incapaces ſunt: ita ut voluntas prorſus jejuna infuſum tunc a Deo divinum hunc ignem totis viribus amplectatur: unde flammis amoris vehementer corripitur. Altera cauſſa eſt, quod hæc amoris inflammatio eo tempore contingat, quo purgatio continuatur, & intellectus in malorum ſuorum obtutu defixus adhucdum in tenebris verſatur, anima autem a Deo ſe repudiatam pertimeſcit. Unde conſequitur, quod anima tam ingentis, quod non niſi obſcure cognoſcit, boni amore profunde vulnerata exanimetur, & præ inveniendi deſiderio ad extrema deducatur: & hic anxii amoris

cru-

cruciatus eo magis increſcit, quo magis ſeſe amantem ab eo non redamari pertimeſcit. Præclarum hujus ſymbolum ſacrum nobis Epithalamium ſubminiſtrat. Sacra ſponſa nocturno tempore e lectulo ſuo ſurgens & amoris angoribus plena dilectum ſuum inquirit, quærens publicas plateas circumit, & occultandæ affectionis ſuæ impotens, cordis ſui amore ſaucii paſſionem omnibus manifeſtat: *Adjuro vos filiæ Jeruſalem, ſi inveneritis dilectum meum, ut nuntietis ei, quia amore langueo.* (*Cant. cap.* 5. *v.* 8.) Haud aliter anima in media purgationis hujus nocte quodam divini amoris attactu ſaucia ad inquirendum dilectum ſuum ſuis ſe affectibus erigit: circumſpicit quaquaverſum, & pervolat ſuis deſideriis loca omnia: cum vero eum inter obſcuras, quibus involuta eſt, tenebras invenire nequeat, excruciatur pro eo, & quoniam ſe ab eo non redamari ſuſpicatur, præ amore exanimatur. Hic eſt impatiens ille amor, in quo ſubjectum diu durare nequit: & cui neque ipſe etiam dilectus diu reſiſtere valet, quin per amoris unionem cum amante ſe conjungat.

195. Duas tamen, quæ circa ſuperiorem doctrinam occurrere poſſint, difficultates hic complanare oportet. Prima eſt, qua ratione anima in purgationis hujus

medio amoris in Deum angoribus inflammetur, ſi in tenebris poſita eum non cognoſcit? Altera eſt, ſi anima obſcuritatibus his involuta ſeſe Deo indignam reputat, qua ratione cum eo uniri fervidis adeo deſideriis quærit? Ad primam difficultatem reſpondeo, me nunquam dixiſſe, quod anima his amoris angoribus excruciata ſuas inter tenebras Deum nullatenus cognoſcat: hac ratione enim utique impoſſibile foret, ut eum amaret: cognoſcit eum, ſed obſcure. Unde dici ſolummodo poteſt, quod eum plus amet, quam cognoſcat: cognoſcit eum obſcure, amat autem vivaciter & cum ardore: licet enim voluntas ſine omni prævia cognitione amare non poſſit juxta notum illud principium: *Nil volitum, quin præcognitum*: poteſt tamen juxta Philoſophorum doctrinam anima objectum quoddam magis cognoſcere, quam amare, & viciſſim magis amare quam cognoſcere. Id quod in caſu noſtro veritati eo magis conſentaneum videtur, quod inflammatio, de qua ſermocinamur, non ſit amor, quem quis propriis conſiderationibus & induſtriis excitare poſſit: amor hic eſt amor infuſus a Deo, qui, dum illum animæ infundit, nullam certe cum ejus cognitionibus proportionem ſervare tenetur. Ad ſecundam difficultatem dico, quod hoc ex quadam amoris proprietate oriatur, ex hac ſcilicet, quod amantem,

tem, ut perſonæ amatæ conjungatur, animoſum & audacem reddat: hæc qualitas evincit, ut anima in purgatione adhuc conſtituta, licet quoad intellectum ſe miſerabilem agnoſcat, & a Deo repudiatam ſuſpicetur, quoad voluntatem tamen ad eum anxie inquirendum, & divinos ejus amplexus ſancto cum ardore deſiderandos per amoris efficacitatem impellatur.

196. Eadem purgatione durante accidit, ut dum intellectus per tenebrarum ſuarum preſſuram continuo magis perpurgatur, placida & ſerena quædam ejusdem illuſtratio ad voluntatis inflammationem ſuperveniat: & tunc per ambarum potentiarum unionem amor ſuavis æque, ac fortis producitur, vi cujus ſpiritus & ſapide & ſublimiter de Deo ſentit. Hoc jam eſt quoddam myſticæ, quæ pedetentim illi præparatur, unionis principium: & hinc non conceditur niſi circa purgationis finem, dum anima cruciatuum ſuorum terminum e longinquo jam detegere incipit.

197. At tria hic notanda ſunt. Primo, quod amoris inflammatio in voluntate ſoleat præcedere: & dum purgatio continuo magis perficitur, ex parte intellectus dein illuminatio ſubſequatur. Secundo, quod hi amoris ardores non ſint continui;

tinui; ſed identidem per intervalla inſurgant: ſiquidem Deus atrocem purgationem per breve tempus quandoque ſuſpendit: & tunc anima non modo amoris ignem perſentit, ſed præclarum ſimul, quod pedetentim in ſe perficitur; opus unacum ſuo dilecto intuetur: id quod prius detegere non potuerat. Haud ſecus ac ferrarius faber, ferrum candens igne extrahens, videt opus a ſe elaboratum, quod prius inter fornacis flammas intueri non potuerat. Tertio quod accenſi amoris angores, qui in purgatione ſpiritus contingunt, quam maxime diſcrepent ab iis, quos animæ juxta dicta capitis XV in purgatione ſenſus experiri ſolent: cum hi in parte ſenſitiva ſuccendantur, & inferioris ordinis, imo etiam temperandi ſint, ne ſanitati corporis detrimentum afferant: dum illi amorifico quodam tanto penetrabiliori, quanto magis ſpirituali ſupplicio ſpiritum transfigunt; ſpiritus enim eſt, qui ingentis, ac nullo alio bono compenſandi boni defectum cum vivacitate in ſe ipſo perſentit. Verum eſt, quod per redundantiam ſenſus quoque cruciatus hujus particeps fiat: ſed ſpiritus moleſti hujus ſenſus nullam prorſus rationem habet; cum is non modo ejusdem cauſſa ſit, ſed ipſe quoque eundem multo vivacius experiatur.

198. Concludo cum ſimilitudine S. Joannis a Cruce, (*Noct. obſc. lib.* 2. *cap.* 10.) qua omnes ſupradicti effectus & purgationis hujus proprietates uberiori lumine perfunduntur. Dum ignis e. g. lignum quoddam in ſui ſubſtantiam transmutare cupit, ſuis ardoribus illud invadit, & ſua agendi virtute omnia ſibi contraria e. g. frigus, humores, & ſimilia inde expellere conatur: ad horum contrariorum motum lignum denigratur, obſcuratur, & totum redditur tenebricoſum: tum crepitare & ſtridere incipit, dumque omnem ſuum humorem quaſi lachrymans ſtillatim emittit, ſub violenta illa, qua divexatur, actione videtur affligi. Ejectis, quæ igni ſuum in ligni ſubſtantiam ingreſſum impediebant contrariis, ille hoc victor ingreditur, totum accendit, ac quaquaverſum inflammat. Cum vero in ligni viſceribus intime abſconditæ lateant aliæ adhuc inimicæ qualitates, ignis poſt primam inflammationem nondum quieſcit; ſed profundius penetrat, uſquedum expulſis omnibus naturæ ſuæ contrariis illud in ſui ſubſtantiam convertat; & ſic illud, quod prius lignum fuerat, totum pariter accenſum, totum ſplendidum, ac totum luminoſum reddat.

199. Jam ſimilitudinem hanc propoſito noſtro applicemus, utpote cui mirum

in modum convenit. Dum purgatio ſpiritus incipit, animæ pura, ac ſublimis quædam contemplationis lux infunditur, quæ per perfectam amoris unionem tandem illam etiam in Deum transformare debet. Cum vero ſub initium multas ſibi & Deo contrarias in ea qualitates inveniat: ut hæ expellantur, eas infeſtat, omnes commovet, omnesque animæ magna cum claritate ponit ob oculos. Tunc anima ſe totam fuſcam, totam nigram, totam turbatam, totam ſordidam, & totam immundam videt: reputat ſe coram Dei oculis abominandam, exiſtimat ſe ejus amore indignam, timetque, ne ab eo rejecta ſit: non jam ex eo, quod in hoc ſtatu pejor ſit, quam antea fuerit; ſed ex eo, quod apertis oculis, & magna cum penetratione perſpiciat, quæ prius in ſe nunquam viderat. Hinc mæſti timores, anxiæ ſuſpiciones, afflictiones, anguſtiæ, planctus, gemitus, & ſuſpiria, niſi tamen ipſe doloris exceſſus ſuſpiria ac planctus impediat. Cum hæc contemplationis lux, dicto purganti modo operans, dein contraria hæc, craſſiora ac præcipua ſaltem ex anima ejecit, incipit eam divino amore inflammare. Divinæ hæ inflammationes ſubinde equidem placidi, ac ſuavis amoris ignis ſunt, ut plurimum autem (durante hoc animæ ſtatu) anxii, impatientis, ac ſitibundi amoris ignis eſſe ſolent. Cum vero

hujus-

hujusmodi amoris inflammationibus non obſtantibus, aliæ diverſæ adhuc imperfectæ qualitates in intimis animæ penetralibus profunde abſconditæ lateant, purgativa lux eam denuo infeſtare, obſcurare & affligere ſemper pergit, úſque dum perfecte expurgatam totam in amorem convertat, & totam in eandem cum Deo rem transformet. En amoris ſemitas, per quas Deus animas ſibi dilectas ad perfectam amoris unionem perducit. Si unquam alias, hic certe omnium maxime verum ſit, quod (*lib.* 1. *Reg. cap.* 2. *v.* 6.) legimus: *Dominus mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit.* Reponit enim animam inter afflictiones mortis, ut perfectiſſimam illi vitam tribuat: mittit eam in ſuppliciorum infernum, ut modicum ei gloriæ paradiſum impertiatur.

200. Interea quatuor ex dicta paritate ſequelas deducamus. Prima eſt, quod ſicut ipſe ille ignis, qui lignum ab initio non modo torquet, ſed & fúſcum ac nigrum reddit, illud tandem in ſui ſubſtantiam convertit, ac ſplendidum & clarum efficit, ſic etiam divina lux, quæ animam in principio tenebris, ac doloribus replet, ipſa ea ſit, quæ eandem tandem in Deum transformat. Nec id ex culpa dictæ lucis proficiſcitur, utpote quæ limpidus, in ſe ipſo ac purus divinæ ſapientiæ radius eſt,

ſed oritur ex defectu animæ; hæc enim, imperfecta cum ſit, lumen adeo ſublime non alio quam purgativo modo recipere poteſt juxta principium illud, *quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur.* Altera ſequela eſt, quod, ſicut lignum inflammari incipit ſecundum proportionem, qua a qualitatibus contrariis expurgatur; ſic & anima amore ſuccendatur juxta proportionem, qua a ſuis defectibus repurgatur. Tertia eſt, quod ſicut ignis in lignum, licet hoc jam flammas concipere videat, agere non deſinit, eoquod interius necdum rite purgatum ſit; ita & purgativa lux animam, quæ flammas amoris jam concepit, denuo torquere incipiat, quia alios quosdam minutos defectus interius in ejus ſpiritu radicatos adhuc reperit. Quarta tandem, quod ſicut ignis ad lignum applicatus hoc certo accendit, niſi inde amoveatur, aut naturalis hunc effectum producendi vis eidem auferatur. Sic certum etiam ſit, quod purgativa lux animam in Deum ſit transformatura, ſi hæc ſeſe in ſua purgatione conſtantem & fidelem exhibuerit: tum quia nobilem adeo effectum producendi virtus ei non deeſt: tum quia nulla aſſignari poteſt ratio, ob quam animæ ſubtrahi debeat, poſtquam hanc rite jam diſpoſuit, ac præparavit.

CA-

CAPUT XX.

Monita practica pro directore, circa prædictam ſpiritus purgationem.

201. Monitum Primum. Si Director animas tenebris, timoribus, anguſtiis, ac cruciatibus repletas videat, eum nequaquam faciliter credere oportet, quod hujusmodi perſonæ in deſcripta paulo ante ſpiritus purgatione verſentur: niſi in multos, & graves errores incidere velit; prout alios ſpiritus magiſtros incidiſſe ſcimus: dum tales ad hunc ſtatum evectos exiſtimarunt, qui longe adhuc remoti erant. Quapropter rem mature perpendi oportet: obſcuritates enim, anguſtiæ, & internæ afflictiones ſunt tribulationes, quibus ferme omnes ſubjacent, qui per viam orationis ingrediuntur: cum rariſſimi tamen ſint, quos Deus ſpiritualis hujus purgationis rigoribus exponit, prout S. Joannes a Cruce dicit. Ratio nemini non patet. Purgatio hæc, ſi debita cum perfectione ad finem deducatur, animam ſecure mittit in poſſeſſionem myſticæ unionis & transformationis amoris: prout jam oſtendimus. Jam ſicut pauciſſimi ſunt, quibus Deus culmen adeo ſublime præparavit, ſic & pauciſſimos oportet eſſe, quos Deus in

in via illuc perducente reponit. Ne itaque Director in tanti momenti negotio decipiatur, conveniens exiſtimavi indicia hic quædam apponere, quæ lucem ipſi præferant, ut dignoſcere poſſit, num interiores, quas anima patitur, tribulationes ad dictam purgationem pertineant.

202. Indicia hæc Director tum ex iis, quæ purgationem præcedunt, tum et illis, quæ eandem comitantur, deſumere poterit. Ordinarie contingit, ut animæ, quas Deus in ſpiritus purgatione reponit, purgationem ſenſus cum ſolidarum virtutum conſecutione jam egreſſæ, & alium dein valde diverſum adeptæ jam ſint ſtatum, illuminationis ſcilicet, in quo quodam temporis tractu ſuaviſſimas ſpiritus communicationes deguſtarunt, ac divinorum favorum dulcedine in chriſtianis ſeſe virtutibus corroborarunt. Cum vero, ut capite XVI indicavi, quandoque accidat, ut Deus eodem tempore unam æque ac alteram purgationem ſimul perficiat, quin ullum conſolationis ac pacis intervallum immiſceat, hinc in caſu hoc attendere oportet, num anima per gratiam non ordinariam adjuta præterito tempore ſeſe viriliter in perfectione exercuerit, & in virtute rite ſolidaverit. Paucis, ſive res hoc ſive illo modo ſuccedat, priusquam ani-

a purgationem ſpiritus ingrediatur, eam
perfectione valde provectam eſſe eſt ne-
ſſarium, ut aſperrimos purgationis hujus
ores exantlare valeat. Ecce primum,
quo Director oculum defixum habere
bet, indicium, ſed hoc necdum ſufficit.

3. Obſervet præterea, qualiter anima
tenebrarum ſuarum tempore ſit
ſpoſita: & ex hac diſpoſitione ad præ-
ıtis ſtatus qualitatem diſcernendam hau-
ıt lumen; cum ſpiritus purgatio juxta
ctrinam S. Joannis a Cruce characteres
ıosdam ſibi proprios habeat, qui eam
omni alia purgatione valde notabiliter
ſtinguunt. Obſervet itaque, num anima
flicta in imperfectionum & miſeriarum ſua-
m obtutu adeo profunde defigatur, ut ad
editationem, aut rerum cæleſtium con-
mplationem elevare ſe nequeat, & num
inde adeo acerbum ſpirituale ſupplicium
eam redundet, ut quandoque (abſque
aggeratione & cum omni verborum pro-
rietate loquendo) in mortis periculum ad-
ucatur: eouſque enim hujuſmodi animarum
fflictiones extenduntur, ut citatus Sanctus
Noct. obſc. lib. 2. Cap. 6.) ait: *Humiliat
ic Deus plurimum animam, ut illam poſt-
odum plurimum exaltet: & niſi diſpone-
et Deus, ut ſentimenta iſta, quando vivaci-
r in anima ſuccenduntur, citius ſopirentur,*

pauciſſimis illa diebus corpus deſereret: ſed ſunt intercalata tempora, quibus intima eorum vivacitas percipitur. Aut num interni, quos exantlat, cruciatus tanti ſint, ut omnes ægrorum corporum infirmitates, ac ipſos Martyrum dolores ſuperent, ut B. Angela de Fulginio dicit. Secundo attendat, num ingentes hæ afflictiones præcipue oriantur a dolore ob Deum offenſum, aut ab intima perſuaſione ac timore, ne is contrarius, & ipſa ab eo repudiata ſit. Tertio num anima inter ſupplicia adeo acerba, & inter medias adeo profundas tenebras amorem Dei appretiativum adeo fortem foveat, ut tantundem iterato pati, & mille pro eo vitas profundere parata foret, ſi id illi acceptum ac gratum eſſe reſciret. Quarto num anima, denſis licet caliginibus involuta diligenter invigilet, ne Deo in ulla ne minima quidem re diſpliceat, & ex oppoſito ſumma ſollicitudine in omnibus eidem placere ſtudeat. *Illico enim* (ait citatus Sanctus *Noct. obſc. lib.* 2. *cap* 16) *animadvertit in ſe anima veram quamdam feriamque determinationem & energiam nihil hujusmodi perpetrandi, quod Dei offenſam eſſe arbitretur, nihilque eorum prætermittendi, quæ ad ipſius obſequium ſpectare videantur. Amor ſiquidem ille obſcurus cum quadam vigilanti ſollicitudine, & interiori eorum, quæ ipſius cauſſa facere vel prætermittere ad placendum ei*

debet,

debet., cura ſuccenditur; oculate conſiderando & mille modis indagando, ſi forte aliquam illi indignandi cauſſam præbuerit: idque multo majori cum ſollicitudine & anxietate, quam antea. Quinto num perſona, ſi doloribus & infirmitatibus corporis aut inſectationibus & calumniis hominum divexetur, ſeſe inde nullatenus aggravatam ſentiat, ſiquidem in purgatione ſpiritus omnes exteriores afflictiones per interna, quæ ſpiritum excruciant, ſupplicia enervantur; & abſorbentur. Sexto num anima in purgationis ſuæ progreſſu deſcriptas ſuperiori capite anxii & vulnerantis amoris inflammationes perſentiat; ubi tamen attendendum, quod vulnus amoris non ſenſui, ſed ſpiritui inflictum eſſe debeat, licet ſenſus quoque hujusmodi doloris particeps fiat. Si Director jam in perſona, quæ de internis tribulationibus conqueritur, prædicta indicia deprehendat, omni cum prudentia ſibi perſuaſum habere, imo cum certitudine ſecurus eſſe poteſt, quod illa in purgatione ſpiritus verſetur. Si dictos characteres autem non inveniat, eam in ſenſus purgatione repoſitam poterit credere: niſi tamen caſus daretur, quo hæc omnia, quæ a pænitente cauſſis ſupernaturalibus attribuuntur, melancholiæ, aut pravorum appetitionum effectus forent, prout in homine valde imperfecto, aut hypocriſi vitiato contingere poſſet.

204. MONITUM SECUNDUM. Poſtquam Director diſcipulum ſuum in hoc purgationis clibano a Deo repoſitum eſſe cognoverit, videat, num is patiendi amans ſit, & cruci huic, ponderoſiſſimæ licet, lubenti animo ſe ſubjiciat. Si hæc omnia in eo reperiat, nullatenus pertimeſcat, cum in ſua purgatione ſecuro pede progrediatur. Quandoquidem purgationes ſpiritus nequaquam tam periculoſæ ſunt, ac purgationes ſenſus, licet anima in horribili tenebrarum, dubiorum, timorum, afflictionum & anguſtiarum tempeſtate verſetur: in luce ſua purgativa enim ſolidum omnes ſuas actiones rite ordinandi principium ſemper ſecum habet, a quo non modo ab omni inconveniente cuſtoditur, ſed magna ſimul efficacitate ad ſublimiſſimam ac præclariſſimam perfectionem deducitur. Securitatem hanc, qua anima acerbæ hujus purgationis tempore progreditur, ſanctus Joannes a Cruce longo ſermone & multis ſolidis argumentis demonſtrat, quæ nos breviter ad paucas quaſdam rationes quaſi in pugnum contrahemus. Igitur anima in hac purgatione per tenebras ſecura incedit. Primo quia Deus eidem a primo ſtatim principio non modo ingentem, de quo ſæpius locuti ſumus, amorem appretiativum infundit, ſed & fortiſſimam ac efficaciſſimam ei in nulla etsi modica re diſplicendi, & in omni

divi-

vinum ſervitium concernenti negotio ficium ſuum exacte adimplendi voluntam elargitur. Secundo propter ligamen, io Deus omnes ejus tam rationales quam nſitivas potentias conſtringit. Hic ponerari oportet, quod omnia, quotquot in æſenti vita admittuntur, peccata ac dectus a pravo potentiarum noſtrarum uſu oficiſcantur. Peccamus enim vel quia tiocinio intellectus aut arbritrio voluntis male utimnr, vel quia ſenſitivi apetitus inclinationibus nos in transverſum gi patimur. Unde conſequitur, quod obnebrato intellectu, impedita phantaſia, ſiccata, afflicta, ac in ſuis affectibus, in ulli rei inniti poſſit, coarctata voluntte, & penitus arefacto in omnibus ſuis m divinis quam terrenis affectionibus nſitivo appetitu (quæ omnia in hac purtione contingunt) ſublata ſit radix que origo omnium peccatorum ac defctuum, qui ex dictarum potentiarum lirtate, hujusque malo uſu naſcuntur. t reapſe dicit ſanctus propriæ innixus perientiæ, quod ſenſitivæ potentiæ in c ſtatu ad inutilia ac vana valde pam divertant: quodque ſpirituales potene ab omni vana gloria, ab omni caico gaudio & a quovis alio defectu val remotæ ſint. Ita ut manifeſte appaat, quod Deus animam excæcet, & per-

tenebroſas has vias manu dein ducat, ut per iter ſuum ſecura ingrediatur. Nec id mirum videri debet, cum hæ non ſint tenebræ ex defectu luminis oriundæ, ſed provenientes ex magna abundantia & ingenti claritate lucis, quæ intellectum nondum purgatum ideo ſolum, quia proportione adhucdum caret, ſuis ſplendoribus obſcurat, ſicut ſol oculorum noſtrorum pupillas obfuſcat. Et hinc ſunt tenebræ, quæ obſcurando animæ & viam oſtendunt, & ſecuri per eam ducis officium exhibent. Tertio quia anima quo magis hac caliginum ſpecie obtenebratur, eo magis Deo appropinquat, & eo magis ab illo protegitur, S. David dicit, quod Deus in tenebris habitet: *Et poſuit tenebras latibulum ſuum.* (*Pſal.* 17. *v.* 12.) Non quod ulla Deo obſcuritas inſit, cum vera potius lux ſit: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem.* Sed quod puriſſima ejus lux humanæ mentis oculo, præcipue ſi is ob multas ſuas imperfectiones (prout in caſu noſtro contingit) immundus ſit, denſas tenebras offundat. Ex quibus deducendum, quod anima, quo profundioribus purgationis ſuæ tempore tenebris obruitur, eo propius ad Deum accedat, haud ſecus ac magis obfuſcatur oculus, qui ſoli magis appropinquat; quo propius autem ad Deum accedit, eo magis etiam ab eo protegitur, & potentius

de-

defenditur ab omni eo, quod Deus non eſt. Quarto quia anima purgatione hac durante ferme continuo per viam tolerantiæ ingreditur, quæ, ut ad Deum perveniatur, præ omnibus aliis quam ſecuriſſima eſt: nulla enim re magis emundatur, purgatur, & cautior, ſapientior, perfectior ac Deo acceptior redditur, quam cruciatibus, præcipue ſi acerbi ſint.

295. MONITUM TERTIUM. Ut anima autem purgationis ſuæ iter cum ſecuritate conficiat, opus eſt, ut ingentium, quæ deſcripſimus, internorum ſuppliciorum cruci lubenti animo ſe ſubjiciat, ut crucem hanc amplectatur & pectori adſtringat; ſecus enim nec per viam ſuam ſecura ingrederetur, nec ad divinæ unionis terminum pertingeret. Audiat Director, quid hanc in rem S. Joannes a Cruce (*Noct. obſc. lib. 2. cap. 7.*) ſcribat: *In hoc ſtatu ita parum ſe ipſam poteſt juvare anima, ſicut ille, qui manibus pedibusque ligatis tenebroſo incluſus ergaſtulo, neque ſe ipſum loco movere, nec aliquid videre, ſed neque aliquid opis inferne, ſuperneque conſequi valens detinetur: donec inquam hic emolliatur, humilietur, & repurgetur ſpiritus: adeoque ſubtilis, ſimplex & tenuis evadat, ut cum ſpiritu divino unum fieri poſſit, ſecundum gradum & menſuram unionis amoris, ad quam miſericordia divina illam evehere voluerit.*

En modum, quo anima de unione amoris per purgationem hanc adipiſcenda ſecuram ſe reddere debet: coram Deo ſe demittere, ſanctæ ejusdem voluntati acquieſcere: internos ſuos cruciatus cum conformatione tolerare, quamdiu Deus voluerit: volet autem uſque dum ejus ſpiritus adeo purus, adeo ſubtilis, & adeo delicatus efficiatur, ut eadem cum Deo res fieri poſſit. Hoc a Directore hujuscemodi animabus inculcari, hoc ſæpius illis repeti oportet: huc tota ſpiritualis magiſterii ars dirigenda eſt: ſi anima enim ſubmiſſam hanc ſubjectionem conſequatur, non obſtantibus timoribus, ſuſpicionibus, anguſtiis, ac angoribus, ad divinæ unionis terminum ſecura pertingit.

206. Hunc in finem illis Redemtorem patientem frequenter ob oculos ponat, præcipue in horto Gethſemani, ubi melancholia, timoribus, mæroribus, angoribus & internis doloribus adeo obrutus fuit, ut ad extremum agonem redigeretur; ac ſanguinei ſudoris rivuli ex omnibus ejus membris extorquerentur. Præclariſſimo hoc exemplo animos illis addat, ut ad imitationem JEſu, & ex ejus amore interna ſupplicia exantlent, ac amarum cruciatuum ſuorum calicem bibant. Ad hæc, & alia, quæ Director adducet, fortia incitamenta ex profunda defectuum ſuorum

pon-

ponderatione afflictus Diſcipulus reſpondebit, ſeſe nullam in Cruce ſua pacem reperire poſſe, eoquod ſuis eam culpis ipſe ſibi fabricaverit. Reponi autem oportet, quod, licet ipſe cruciatuum, quos in præſenti ſuſtinet, cauſſa fuerit, certum nihilominus, ac indubitatum ſit, præſentes tenebras, & afflictiones a Deo immitti: ille enim cum recordatione & viva apprehenſione peccatorum easdem excitat. Igitur ſe deprimat, ſe conformet, ſe relinquat, ac ad ſuppliciorum ſuorum crucem ſe accommodet.

207. Myſticus Taulerus, de hac purgationum ſpecie loquens, ait, ex hujus conformationis defectu provenire, quod ejusmodi afflictiones in nonnullis animabus ultra deſtinatum terminum protrahantur, quodque ob modicam ſubjectionem divinæ illuſtrationis & myſticæ unionis fructum integre non conſequantur. En ipſa ejusdem verba diligenti ponderatione digna: *Naſcitur autem hic in eis mœſtitia, & dolor, quod nondum veros illos cognoſcant fructus, qui hinc proveniunt: aut certe ex ſui ipſorum irreſignatione, quod ad patiendum minime ſint reſignati, vel quod nimium eis moleſtum & diuturnum videatur, ad finem uſque iſtas preſſuras & afflictiones tolerare. Sed certum habeant; niſi ad finem uſque pertulerint, ſe ipſas prolongare, multoque amplius exaggerare, ſeu aggravare,*

vare, vero quoque illo fructu privare ſe ipſos, qui hinc propediem exoriretur, ſi tamen innocenter, animoque voluntario ſufferre, & ex amore ſe reſignare poſſent. Quod quo facerent ſimplicius, tanto nobilius fructum illum mererentur, longeque excellentius illuſtrarentur. Enim vero poſt hanc noctem obſcuram, ac tenebroſam lux profecto clariſſima ſuccedit (ſi tamen recte ſe gerat homo) quæ univerſum illius fundum intus æterna veritate illuſtrabit. Atque hinc non foris in oculis hominum, ſed intus coram Deo certus efficietur, ad ſummum illum, atque puriſſimum ſe poſſe amorem pertingere, ubi ſe ipſum perdit homo, & abnegat, atque relinquit propter Deum cum omnibus, quæ ſua ſunt, ſimulque unus cum Deo fit amor. (in ſerm. Ss. Mart.)

208. MONITUM QUARTUM. Notet Director, quod, licet hæ animæ a Deo per viam ſecuram ducantur, cuidam tamen in deſperationem labendi periculo ſint expoſitæ, non quidem ex cauſſa purgativæ lucis; hæc enim, dum propria peccata ac miſerias ob oculos ponit, non niſi exceſſu quodam doloris ob Deum offenſum eas transfigere, & profundiſſima animi demiſſione exinanire intendit; ſed ex incitatione dæmonis, qui violento quodam impulſu humilitatem in deſperationem vertere poteſt: cum tandem præſentis vitæ ſecuritas tanta

nun-

nunquam ſit, ut hominem peccati incapacem ſeu impeccabilem reddat. Quapropter Director eas in ſpe firmas ac fortes vigili oculo conſervare ſtudeat. Injungat eis, ut actus ſpei nuda, ſaltem voluntate ſemper eliciant: & licet ſibi maximi per orbem peccatores, & coram Dei oculis exoſiſſimi videantur; licet damnationem ſuam apertis quaſi oculis intueri opinentur, prout B. Angelæ de Fulginio contigit; actus ſpei meliori, quo poſſunt, modo repetere nunquam intermittant, quanquam hi ſicci & inſipidi appareant. Unde cum afflicto Jobo identidem dicant: *Etiamſi occideris me, in te ſperabo*: amore tuo Domine dignus non ſum: ob culpas meas mereor damnari: ſed hanc injuriam, ut de tua bonitate diffidam, tibi nunquam inferam, nunquam in ſæcula. Eundem in finem eas generalem totius vitæ anteactæ confeſſionem deponere non permittat, tum quia hoc opus non habent, tum quia in hoc ſtatu noceret potius. Nequidem patiatur, ut de ſacræ Communionis frequentia quidquam imminuant: & ſi dicant, quod ingentem ſuam indignitatem agnoſcentes tanto Sacramento appropinquare non poſſint, nullatenus illis aſſentiatur, ſed adigat eas, ut omnem difficultatem vincant, & diebus conſuetis ad menſam Euchariſticam accedant; imo jubeat eas ſolito frequentius communicare, ut ad exantlandas

pur-

purgationis ſuæ afflictiones robur ſpiritus adipiſcantur, & ut cum angelici Panis fortitudine ad divinæ unionis faſtigium feliciter eluctentur, prout Elias per panem Angeli ad culmen montis Horeb pervenit: *Et ambulavit in fortitudine cibi illius, uſque ad montem Horeb.* (*Reg.* 3. *cap.* 19. *v.* 8.)

209. MONITUM QUINTUM. Afflictis his perſonis Director multam caritatem & amabilitatem exhibere ſtudeat non modo cruciatuum commiſerationem commonſtrando, ſed & rejectionis divinæ timore earum mentes liberando. Verum eſt, quod purgantibus his animabus hujuſcemodi ſolamina, prout alibi dixi, parum proſint, quia Deus vult, ut in purgationum ſuarum fornace excrucientur. Interea tamen & humanitatis & caritatis leges exigunt, ut vehementer afflictis omnem comitatem & manſuetudinem exhibeamus. Quapropter ſi infirmæ ſint (prout in hoc ſtatu frequenter contingere amat, eoquod humana natura tantorum cruciatuum pondus ſuſtinere non valeat) frequenter eas & adeat & conſoletur. Si valetudine integra perfruantur, externa pænitentiæ opera non modo augeri non patiatur, ſed potius imminui curet: idque pluribus ex cauſſis. Primo quia perſonis in hac purgatione conſtitutis Deus ipſe pænitentiam injungit, & acerbam quidem.

dem. Secundo etſi multas exteriores auſteritates non ſuperaddat, haud parum tamen erit, ſi ſanitatem ſervet integram inter interiores ſpiritus cruciatus, quorum etiam corpus haud leviter particeps fit. Tertio quia in hoc ſtatu, ubi acerbiori longe dolore ſpiritus transfigitur, corporis afflictiones parum ſentiuntur. Quidam afflictis hujusmodi perſonis ſuadent, ut honeſta quadam recreatione ſe refocillent. Conſilium equidem bonum eſt, ſi tamen oppreſſi ſpiritus levamen, quod intenditur, obtineatur. Ego autem effectum hunc raro inde oriturum exiſtimo, quia ad ſpiritum e moleſta, cui lux purgativa eum magna cum vehementia immerſum tenet, abyſſo eruendum res exteriores neutiquam ſufficiunt.

210. Monitum Sextum. Dixi, quod per harum ſpiritus purgationum decurſum divina lux purgativo, obſcuro, ac moleſto modo infeſtare quandoque ceſſet, animamque de improviſo illuminanti, ac ſuavi modo pervadat. Contingit hoc, dum Deus in afflicti ſpiritus ſolamen ſuam lucem potentiæ capacitati attemperat, accommodatque: præterea infundit, aut in memoria intellectiva ſaltem excitat ſpeciem quamdam ſuæ bonitatis, ſuæ magnitudinis & ſuæ amabilitatis. Tunc anima lucem illam ſibi

bi attemperatam cum illuſtratione, ac ſuavitate excipit: atque majori adhuc cum dulcedine ſeſe erigit ad contemplationem eorum divinorum, de quibus ſpeciem intelligibilem recepit. Hinc ingens ſerenitas, ingens pax, & ingens delectatio in totum ſpiritum redundat. Dum tamen anima a vehementi dolore ad ingens gaudium tranſit, caveat Director, ne cum aviditate ſpirituali illi dulcedini ſe immergat: invigiletque, ut cum ſobrietate eam recipiat, animum ab ea penitus avulſum ſervet, elevetque ſe ſupra dulcem illum ſenſum, indifferens ad eum vel deſerendum vel amplectendum, prout Deo placuerit. Secus agendo enim novis purgationibus materiam ſubminiſtraret.

211. MONITUM SEPTIMUM. Terminatis ſpiritus purgationibus, ſi Director ſuum diſcipulum eas pertranſiſſe videat cum ſoliditate virtutis ſpeciatim cum plena conformatione, cum profunda humilitate ac ſui ipſius exinanitione (utpote in quibus oculos præcipue defixos habere oportet) tunc contentus eo eſſe, eique plenam fidem habere poterit, cum ingentes Dei favores in puri ſpiritus communicatione ſe recipere dixerit. Interea tamen nequaquam credat eum peccati penitus incapacem ſeu impeccabilem eſſe effectum; & hinc

ſi

eum in impatientiam quamdam, aut a-
um ſimilem defectum labi videat, nec
dmiretur, nec inquietus fiat, nec diſcipulum
nale fundatis ſuſpicionibus, & vanis um-
ris inquietum reddat. Scimus enim etiam
anctos in carne mortali degentes nequequam
ib omni levi defectu immunes fuiſſe. Ad
ioc tamen Directorem intentum eſſe opor-
et, ut pænitens ex ſuis defectibus ſe ſe de-
piciendi, de ſe ipſo diffidendi, & omnem
uam ſpem in Deo collocandi anſam & in-
itamentum arripiat: deinde autem per-
ectionis curriculum aperto corde proſequi
ergat.

CAPUT XXI.

Alia, quibus ſpiritus expurgatur, adminicula explicantur.

212. Ut expoliantur animæ eorum, quos Deus ad ſupremos ac eminentiſſimos, qui in præſenti vita contemplativis animabus impertiuntur, divinæ unionis gradus elevare vult, altero præterea utitur remedio: hoc in certis vulneribus amoris conſiſtit, quæ non cordi, ſed ſpiritui infliguntur, eumque purgandi, ac ad excelſos adeo favores adaptandi vim habent. Hæc tamen non ſunt dulcedine, ac ſuavitate re-

repleta vulnera illa amoris, quibus Deus afficit animas conſtitutas in ſtabilis, ac perfectæ unionis ſtatu, quem Myſtici per allegoriam cum matrimonio declarant. Sunt vulnera amoris ſed acerbiſſima, quæ per doloris acerbitatem ſpiritum emundant, ac ad ſublimes illos divinæ unionis gradus diſponunt.

213. S. Thomas attribuit hæc vulnera amori acuto, vi cujus amans ſubtiliſſima quadam cognitione amati intima pervadit, amatus autem ſimili cognitione pariter amantis intima penetrat: *Amans quodammodo penetrat in amatum, & ſecundum hoc amor dicitur acutus: acuti enim eſt dividendo ad intima rei devenire: & ſimiliter amatus penetrat amantem, ad interiora ejus perveniens. Et propter hoc dicitur, quod amor vulnerat, & transfigit jecur.* (*in* 3. *ſent. Diſt.* 27. *qu.* 1. *art.* 1. *ad* 4.) Variis doloris vulneribus (ait S. Joannes a Cruce) divinus amor animas tranſverberat. Nos unicum commemorabimus, de quo ſanctus hic in ſuo cantico ſpirituali (*cantu* 1.) & mater ſeraphica in ſuo Caſtello interiore (*Manſ.* 6. *Cap.* 11.) mentionem facit. Hoc ex acerbiſſimis eſt, & acutiſſimis, quibus Deus animam purgare ac transfigere ſolet: quodque præ omnibus aliis amoris vulnus appellari meretur. Conſiſtit hoc *in ignito, & accenſo amoris attactu, vi cujus Deus derepente animam per hoc, quod*

ſe

ſe ab illa ſentiri faciat, ad ſui poſſeſſionem elevat, & mox iterum ſe abſcondit. Ad ardentem hunc attactum anima tota in flammas amoris abit, ad ſubitaneam & velocem divini ſponſi ſubtractionem autem dolore mox adeo acuto transfigitur, ut nullis exprimi verbis poſſit: ad guſtatum illum Dei ſenſum anima ardet vehementi amore, & ad illam Dei ſubductionem vulnerata manet ingenti dolore: & quo ardentior, ac vivacior, excitatus in ſpirituali illo Dei attactu, amor fuerit, eo penetrabilior etiam erit dolor, quo in animadverſa e veſtigio ejus abſentia obruitur ita, ut miſella quaſi ictu ſagittæ ignitæ, prout S. Thereſia eam appellat, inflammata, ac vulnerata remaneat.

214. Ut hæc omnia clariora fiant, ſcire oportet, quod Deus dilectis animabus ſe duplici ratione communicet: ſubinde, ut eas gaudio repleat, & quandoque, ut doloribus cumulet. Si gaudio perfuſurus ſe communicet, non modo multa cum ſuavitate ſe manifeſtat, ſed pergit etiam dulci, ſuavi, ac delectabili amore totam recreare, ac exſatiare. Si vero afflicturus ſe animæ communicet, ſeſe manifeſtat equidem, ſed ocyus iterum abſcondit, ita ut per velocem illam amati, ac intime deguſtati objecti ſubtractionem ardentiſſimo ejusdem deſiderio acute transfixa maneat.

215. Hic primus amoriferæ ſagittæ ictus eſt. Verum vulneris hujus dolor dein ultra menſuram increſcit, dum Deus tam vivam ſui notitiam animæ tribuit, ut, prout S. Thereſia ait, *in magnos etiam clamores ſubinde prorumpat, quantumvis alioqui ipſa patiens, & ad ingentes dolores ferendos ſatis exercitata ſit.* Viva hæc, qua vulnus amoris exacerbatur, notitia non niſi penetrantiſſima doni intellectus lux eſt, qua animæ infinita Dei amabilitas magna cum claritate detegitur; guſtanda tamen non præbetur: nam juxta S. Thomam *Donum Intellectus eſt quædam acuta perſpectio divinorum.* (22. *quæſt.* 49. *art.* 2. *ad* 2.) ſed ſine ulla circa idem divinum objectum delectatione, prout idem S. Doctor alibi docet. Cum anima ergo in ignito illo amoris attactu Deum deguſtaverit, & transfixionis dolorem in ejus ſubtractione pariter ſenſerit; hinc ſi per ſpeculativam & acutam, nullatenus tamen delectabilem hanc doni intellectus lucem eum dein contemplетur, adeo intimo, adeo penetrabili, & adeo atroci dolore conficitur, ut in mortis periculum adducatur. Et S. Thereſia refert, ſeſe vidiſſe perſonam (hæc haud dubie ipſa mater Seraphica fuerit) quam præ doloris exceſſu vivis exceſſuram exiſtimavit. Et reapſe corpus dein non modo ſine ſenſu, ſine arteriæ pulſu, ſine calore totum frigidum ac conquaſſatum, ſed & per plures dies adeo

debile,

debile, ac afflictum perſiſtit, ut vix ullius operationis capax ſit. Et tamen vulnus hoc amoris non afficit corpus, utpote cujus nullam attingit potentiam, ſed penetrat duntaxat ſpiritum: hic enim ſolus, dum ſummi boni a ſe guſtati privationem ſubito animadvertit, etiam jaculi igniti ictum, & vulneris acerbitatem perſentit. Nihilominus, cum in corpus ob ſuam cum anima unionem modica dicti doloris portio redundet, modica hæc participatio ſufficit, ut illud ad mortis confinia deducatur, quæ reapſe quandoque ſequeretur, niſi Deus animam viſione quadam corroboraret ad vitam, licet remote ab eo, in hac lachrymarum valle continuandam.

216. Summa autem omnium admiratione dignum eſt, quod dolor adeo vehemens & adeo inſolitus animæ tam ſapidus ac ſuavis fiat, ut ſine illo nunquam eſſe vellet; unde per experientiam edocta ſupra citata magiſtra ait: *Interim tamen hanc pœnam libentiſſime fert, & ſiquidem Deo ita videretur, toto vitæ ſuæ tempore eam ſufferre parata eſſet; eſto id non eſſet ſemel, ſed aſſiduo mori. Et certe minus quid id non eſt.* (*loco citat.*) Et S. Joannes a Cruce ejus comes (*loco citat.*) *hæc vocantur amoris vulnera, quæ animæ ſunt ſapidiſſima, qua propter dum his amoris haſtis trajicitur, millies mortem lubens oppeteret.* Et expertiſſimi hi ſancti non abs ratione ita ſer-

mocinantur: licet enim vulnera hæc jaculis acutiſſimis aperiantur; ipſa tamen hæc jacula in divini amoris fornace dulciſſimis caritatis flammis temperantur, quibus ſua ſuavitas nunquam deeſt.

217. Interea dum anima vulnerata in letalibus his ſpaſmis languet, tota ſimul caritatis flammis aduritur: ſiquidem ad primum ignitum, quem ſuperius retuli, amoris attactum ocyus flamma quædam in illa ſuccenditur, quæ totam conſumit, & in cineres redigit, quidquid in ea terrenum, caducum & fragile, aut ut ſanctæ Thereſiæ terminis utar, *quidquid de hac naturæ noſtræ terra invenit, comminuit, & in pulverem redigit* (*caſt. int. Manſ.* 6. *Cap.* 11.) Conſumta dein ferventi hac flamma exit a ſe ipſa, tranſit ad novum vitæ genus, & e ſuis cineribus phœnicis inſtar, prout S. Joannes a Cruce ſe exprimit, formoſior renaſcitur, ita ut ſancta noſtra magiſtra bene dixerit, quod vulnus hoc *ignei jaculi ictus* ſit; cum feriat & adurat, vulneret & in cineres redigat. Quæ omnia, ut cuivis patet, ordinantur ad amorem proprium penitus deprimendum, & ad animam non modo naturali ſua vivendi ratione exſpoliandam, ſed & divino quodam temperamento induendam, vi cujus apta diſpoſitaque redditur, ut ſeſe cum Deo conjungat ſtrictiſſimo, quod in hac vita conceditur,

ditur, amoris vinculo, ſpiritualis ſcilicet cum Deo matrimonii unione.

218. Adhuc admirabilius autem eſt, quod anima, quin ictum declinare poſſit, ob modiciſſimas occaſiones hoc ignis ſpiculo transfigi ſoleat, dum vel verbum quoddam audit E. g. quod vita hæc noſtra tamdiu non finiatur, quod Deo fruendi tempus venturum ſit, & ſimilia: tunc enim anima in momento jaculo hoc amoris vulneratur, aduritur, & in cineres redigitur. Perdit ocyus non ſolum ſenſuum externorum uſum, ſed & in potentiis internis ita ſuſpenſa hæret, ut non niſi de ſui doloris cauſſa cogitare poſſit: eoquod donum intellectus, ut dixi, in præfata ſummi, quo frui non poteſt, boni contemplatione eam tam profunde defixam teneat, ut ad alia objecta divertere nequeat.

219. Vulneris hujus dolor quandoque brevi evaneſcit, ſubinde autem horas integras perdurat, prout Deus ſcilicet ſuavis cujusdam communicationis balſamo eidem ſerius aut citius medetur. Interea quamdiu vulnus apertum hiat, anima acuto & exanimanti ad Deum in beata patria perfruendum avolandi deſiderio langueſcit: cumque videat, tanti boni poſſeſſionem ſola ſibi morte tribui poſſe, præ moriendi deſi-

derio emoritur. Et tamen (rem ſane admirandam) ſi moriendi deſiderium, ait S. Thereſia, adeo intendatur, ut perſona in proximo extinctionis ſuæ periculo verſetur, deſiderat, ut pauliſper remittat, ne moriatur. Hoc autem fragilis naturæ motus eſt, ut ea ipſa rite obſervat: cum hoc non obſtante voluntas in ſuo deſiderio tamen perſiſtat, ut licet mortem ſibi præſentem videat, nullatenus inde dimoveri poſſit, eoquod ſine Deo ſuo vivere neutiquam curet.

220. In deſcripto hactenus doloroſi amoris vulnere nullum phantaſiæ opus, nec ulla ejusdem imaginatio intervenit, eoquod in puro ſpiritu perficiatur, ut jam dixi. Nihilominus Deo, ut ſponſæ cuidam ſibi dilectæ ſe eo favorabiliorem exhiberet, quandoque placuit, hoc, quod in ejus ſpiritu modo inviſibili perficitur, amoris opus viſione etiam imaginaria præfigurare. Prout S. Thereſiæ contigit: (*in vita Cap.* 29.) hæc enim ad latus ſuum conſpexit Seraphinum ardenti & flagranti vultu ingens jaculum in cuſpide inflamatum manu tenentem, qui jaculo illo non modo cor ejus ac viſcera transfixit, ſed & hoc retrahens quamdam ſimul viſcerum partem, velut heroicæ caritatis trophæum, extraxit. *Tam vehemens autem* (ait ſancta) *hæc pœna erat, ut in modicos me clamores, & lamenta prorumpere cogeret:*

geret; ſed ſuavitas, quam ſummus hic dolor mihi adferebat, tam exceſſiva erat, ut eam mihi auferri prorſus nollem, nec anima minori voluptate ac delectamento contenta foret quam ipſomet Deo. Hæc omnia non niſi imaginaria repræſentatio fuerunt eorum, quæ eodem momento modo ſpirituali in ejus anima perfecta ſunt: cum ſancta mox ſubjungat, quod dolor *non corporalis ſed ſpiritualis* fuerit. Et ſic etiam vulnus amoris non corporale, ſed ſpirituale fuit, licet Dominus, ut eam eo majoribus favoribus ac blandimentis cumularet, corporea viſione id eidem repræſentaverit.

221. Jam progrediamur ad declarandum aliud ſpiritus purgativum remedium, quo Deus ſpiritum S. Thereſiæ expolivit, & ad divinum matrimonium proxime diſpoſuit. Hoc aliud non eſt, quam *ardentiſſimum, & acerbiſſimum Dei abſentis deſiderium, quo amans anima ad mortis agonem deducitur:* & hinc letalis languor amoris a me appellatur. Ut hic intelligatur, explicari neceſſe eſt, quid in hoc acerbæ ſed delectabilis ſimul orationis gradu contingat: cumque hunc nemo unus clarius expoſuerit, quam S. Thereſia, utpote quæ ex propria experientia de eodem ſermocinatur, hinc non niſi majori, qua potero, claritate repræſentabo, quæ ipſa in vita capite XX. hac de re ſcripſit. Ex-

citatur in anima quoddam Dei deſiderium, quod ipſa ignorat, unde proveniat, eoquod infuſum ſit, & a nulla hominis induſtria pendeat. Deſiderium hoc non modo animam ſupra ſe ipſam & ſuper omnia creata potenter elevat, ſed & in vaſta quadam ſolitudine reponit, in qua ullius creaturæ ſocietatem neque invenit neque deſiderat, imo rejicit, repellitque, eoquod ſolum Deum unice concupiſcat. Quod autem ſolitudinem hanc ultra modum adauget, & moleſtiſſimam ſimul reddit, in eo verſatur, quod animæ in ſolitario hoc deſerto agenti Deus qua remotiſſimus repræſentetur: unde ſocietatem creaturarum nec habet, nec habere vult; ſocietatem & poſſeſſionem Dei autem, quam tam ardenter deſiderat, habere non poteſt. Ita ut miſella in violentiſſimo quodam ſtatu quaſi cœlum inter & terram ſuſpenſa hæreat. *Tum* (ait Sancta) *Deus ei magnalia ſua modo quodam maxime admirabili, & ſingulari communicat. - - - hæc enim communicatio non tam eſt ad animam conſolandam, quam ut eidem hinc pateat, quam merito ſe anima cruciet, & doleat, quod abſens ſit ab eo bono, quod omnia in ſe complectitur bona.* Communicatione hac Dei deſiderium ultra modum ſuccenditur, & cruciatus adeo ſubtilis ingeneratur, ut anima in mortis agone reponatur, & revera in ingenti mortis periculo conſtituatur, prout Sancta affir-

mat, atque ex propria experientia ſibi compertum eſſe teſtatur, eoquod in vehementibus ſuis infirmitatibus morti ſæpius vicina fuerit. Tum dicit, quod letali hoc languore afflicta ex vehementia doloris omnium ſenſuum uſu fuerit deſtituta, quod arteriarum pulſus defecerint, quod brachiorum oſſa fuerint luxata, quod manus obriguerint, quodque per aliquot dies quandoque a capite ad plantas doloribus cumulata permanſerit, & adjungit, quod, dum hujuscemodi oratio continuata fuit, crediderit ſeſe tandem vita exuendam, & moleſtorum illorum deſideriorum objectum conſecuturam eſſe. Nihilominus aſſerit, quod letale hoc ſupplicium; haud ſecus ac alii amoris cruciatus (ut ſæpius diximus) animam maximopere ſimul delectet adeo, ut in eo ſemel conſtituta nunquam inde exire vellet. Imo dicit tandem, hunc amoris agonem a ſeſe magis quam omnes alias, quantumvis excelſas, quibus a Domino cumulata fuerat, gratias fuiſſe adamatum.

222. Jam acutiſſimorum horum, quibus anima ad extremum agonem deducitur, deſideriorum cauſſas declaremns. Quod anima in ingenti illa ſolitudine conſtituatur, ex repudiatione proficiſcitur, vi cujus ex efficaci, quod in illa excitatur, Dei deſiderio creata omnia deſpicit, reſpuitque. Quod

Deus

Deus autem e longinquo, & quidem per notitias ad mortis agonem uſque tranſverberantes, animæ repræſentetur, non niſi ab ipſa hac contemplatione oritur, utpote in quam Deus per ſolum donum intellectus & quidem in gradu valde eminenti, nullatenus autem per donum ſapientiæ influit. Jam alibi cum Angelico, aliisque doctoribus diximus, quod dono ſapientiæ proprium ſit, Deum non modo præſentem, ſed & multa cum ſuavitate fruendum animæ exhibere. Jam ſicut in hac oratione donum hoc nullatenus operatur, ſic nec Deus animæ vicinus repræſentatur, ſed e longinquo & quaſi per remotum proſpectum duntaxat oſtenditur. Diximus præterea alibi, quod doni intellectus officium ſolummodo ſit profundam rerum divinarum penetrationem, nequaquam autem etiam delectationem, ſatisfactionem, & ſatietatem animæ tribuere. Et hinc cum animæ in hac contemplatione conſtitutæ intellectus ſubtiliſſima quadam penetratione, ſine omni tamen delectatione, in Dei bonitate defigatur; alia ſane affectio, dum ſeſe ab eo remotam videt, oriri nequit, quam deſiderium, ac cruciatus ſumme penetrans & ſubtilis, (prout ſancta illum appellat) qui eam ſenſim ſine ſenſu ad mortis agonem deducat. Notandum tamen, quod hic amoris languor non ſemper in tam intenſo, qualem hactenus deſcripſimus, gra-

du; ſed quod modo major, modo minor, ingens tamen ſemper ſpiritus martyrium ſit.

223. Ut Director autem amoris vulnera a letalibus ſancti amoris languoribus rite diſtinguere noſcat, opportunum judicavi, diſcrimen, quo priora a poſterioribus diſcernuntur, hoc in loco aſſignare. Prima itaque differentia eſt hæc, quod vulnera, ut jam audivimus, in momento fiant, id quod vulneribus proprium eſt; languor autem, licet de improviſo superveniat, pedetentim increſcat; id quod languoribus congruit. Primo reponitur anima in ſolitudine, deinde in anxio deſiderio, & tandem in letali agone. Secunda differentia exinde oritur, quod ad infligendum amoris vulnus non ſolum donum intellectus, ſed donum etiam ſapientiæ concurrat: cum, ut jam diximus, ad tale vulnus ignitus amoris attactus requiratur, vi cujus anima Deum cum ſuavitate & ardore perſentit: id quod ſine dono ſapientiæ fieri nequit: ad hoc donum enim pertinet ſaporem & inflammationem circa divina impertiri: cum in letalem tamen amoris languorem ſolum donum intellectus influat: & hinc amoris inflamationes, quas in illo contingere diximus, in hoc non ſuccedunt.

224. Ad horum documentorum complementum autem tria adhuc ſtabilienda ſuperſunt. Primo, quod dicta vulnera, & languores aut deſideria vera remedia purgativa ſint. Secundo quod ſint remedia purgativa ſpiritus, & tertio qua ratione per hæc remedia anima ad perfectam ac ſtabilem cum Deo unionem diſponatur. Omnia tam vulnera ſcilicet, quam languores hic ſimul complector; cum iidem amborum effectus ſint. Quod transfigentes hæ contemplationes remedia ſubjecti eas recipientis purgativa ſint, in dubium revocari nequit: cum Deus ipſe S. Thereſiæ in acerbis his orationibus languenti id effatus ſit. *Cum ergo* (inquit Sancta *loc. cit.*) *in principio timerem* (*uti prope ſemper timere ſoleo in ſingulis, quas a Domino accipio, gratiis, quoadusque majeſtas ejus, eas continuando me ſecuram reddat*) *dixit mihi; ne timerem, pluriſque gratiam hanc facerem, quam omnes, quas hactenus mihi præſtiterat: quod per hanc pœnam anima purificetur, efformetur, & ſicut aurum in fornace purgetur, quod ſic donorum ſuorum vermiculatum opus ſuperinducat melius, & quod hac ratione emundetur ab eo, quod in purgatorio ei expiandum erat.*

225. Quod Deus ſanctæ tanta cum claritate propoſuit, illa ex propriæ mentis ſenſu in caſtello interiori repetit,

ubi

ubi de doloroſa hac contemplationis ſpecie loquens ſcribit: *Quam te o Deus & Dominus meus ab amatoribus tuis ſubducis, & eos crucias! ſed modicum ſunt omnia cum eo collata, quod poſtea eis das. Par eſt, ut, quod multum eſt, & magnum, magno conſtet. Quando vero potius quod hæc anima hac ratione purificetur, quo in ſeptimam manſionem intrare mereatur, ſicut eas, quæ in cœlum admittendæ ſunt, animas prius in purgatorio purgari & mundari oportet.* (*Manſ.* 6. *Cap.* 12.)

126. Secundo ſimili modo dubitari nequit, quin purgativum hoc remedium ad expoliendum ſpiritum ordinetur: cum ſancta dicat, quod acerbus hic cruciatus non in corpore (licet in hoc, utpote ejusdem ſubjecti partem, magna illius pars redundet) ſed in ſpiritu, imo in ſpiritus intimis perſentiatur, & adjungat, quod per ingentis hujus ſupplicii experientiam didicerit, quam acerbe in purgantibus flammis animæ a corporibus ſeparatæ excrucientur. En ejusdem verba: (caſt. an. Manſ. 6. Cap. 11.) *hæc quippe pœna non in corpore, ſed in animæ interioribus ſentitur. Hinc illa ipſa* (loquitur hic de ſe ipſa) *de qua ante dixi, collegit, quanto hujus ſenſus & dolores vivaciores ſint, quam corporis; ſimul quoque ei declaratum & repræſentatum eſt, iſtius modi dolores eſſe, quos addicti purgatorio perferunt: etenim*

quod

quod corpore careant, non id in cauſa eſt, ut non multo plura patiantur, & durius affligantur, quam univerſi homines, qui corpus habent. Qua propter ſi hæc contemplationis lux cruciatuum ſuorum acerbitate ſpiritum tranſfigit, etiam in ſpiritu (præcipue ſaltem) purgationis ſuæ effectum debebit producere.

227. Ut tertio intelligatur modus quo contemplatio hæc ſpiritum expurgat, recordari oportet eorum, quæ ſuperioribus capitibus de alia illa purgativa luce agentes diximus. Diximus unum ex præcipuis purgationis ſpiritus effectibus in eo conſiſtere, quod per eam omnes tam ad cæleſtia quam ad terreſtria & adhæſiones & affectiones ex ſpirituali & ſenſitiva etiam parte exſtirpentur. Et hoc ipſum dicta contemplatione mirum in modum obtinetur: ingens enim illa, in quo anima conſtituitur, ſolitudo ac deſertum non niſi admirabilis & ſingularis quædam avulſio eſt ab omni eo, quod Deus non eſt; cumque ipſi ſupernaturales ac cæleſtes guſtus non ſint Deus, hinc anima etiam ab his magna cum fortitudine ſe ſeparat; prout ſancta innuit, dum dicit, quod anima in hac ſolitudine agens ne cæleſtium quidem rerum, niſi in Deo, ſocietatem cupiat. Alter purgationum ſpiritus effectus in eo verſatur, quod per eam e ſpiritu, & per conſequens etiam e ſenſu

ejus-

ejusdem comite, quantumcunque fieri poteſt, evellantur omnes inordinatæ affectiones, inclinationes, & habitus imperfecti: verbo quod vetus homo penitus exuatur. Et ad hoc ipſum moleſta hæc contemplatio citius ac perfectius deducit, quam altera illa ſuperius a nobis expoſita. Ratio eſt clara. Omnes noſtri appetitus, propenſiones, & pravi habitus in amore proprio radicantur: ab hoc enim gignuntur; ab hoc nutriuntur: ab hoc alimenta æque ac vitam hauriunt. Et hinc ſublato amore proprio omnes eos extinctos concidere neceſſe eſt: haud ſecus ac arborem tellure, in qua profunde radicabatur, ſubtracta proſterni, ac areſcere neceſſe eſt. Jam omnia letalia illa vulnera, illi mortis agones, illæ oſſium luxaturæ, illæ corporis conquaſſationes, quas ſancta in hac oratione contingere ait, ad mortem ſubjecto inferendam utique non ordinantur; cum hoc potius poſt exantlatos hos cruciatus ad vitam divinam denuo reſurgere debeat: hæc omnia ſolummodo ad enecandum amorem proprium tendunt. Ita ut, dum vulneribus his, & fatalibus his ictibus frequenter impetitur, fieri id nequeat, quin tandem emoriatur, aut ut aptius loquar, omnigenis mortificatus maneat. Illo autem emortuo, aut penitus mortificato omnes etiam ejusdem habitus, omnesque ejusdem pravas affectiones ac in-

clinationes emori neceſſe eſt. Et hinc S. Thereſia bene dicit, quod hic contemplationis radius, *quidquid de hac naturæ noſtræ terra invenit, comminuat, & in pulverem redigat*, *in caſt. int. manſ.* 6. *Cap.* 11. Et de vulneribus loquens ait: *ſagittam hanc velut veneno quodam infectam eſſe, quod ipſam* (animam ſcilicet) *ad ſeſe propter Domini hujus amorem penitus abnegandam: imo & vitam pro ipſo quam libentiſſime exponendam moveat.* (*in vita Cap.* 29.)

228. Ex hac contemplatione naſcitur etiam ligatura potentiarum, de qua ſuperius ſermonem fecimus. Id ſancta noſtra verbis expreſſis docet: *Ita namque id potentias in momento alligat, ut ad nihil omnino faciendum libertatem tunc habeant, niſi ad hoc ſolum, quod hunc dolorem adaugeat.* (*in caſt. int. loc cit.*) Et in vitæ ſuæ libro (cap. 29.) *Imaginativa nihil repræſentat, & potentiæ, quamdiu anima in hoc ſtatu eſt, multo tempore non operantur: ita ut ſicut in unione & raptu gaudium, ſic hic ſupplicium eas ſuſpendat.* Hinc oritur, quod potentiæ, hoc modo coarctatæ, & divina luce conſtrictæ, naturali pro arbitrio ſuo operandi inclinatione exſpoliari diſcant, & in Dei manibus repoſitæ, ab eo ſe moveri patiantur. Id quod quam plurimum confert ad formandam myſticam, ac perfectam illam unio-

n, ad quam ex natura ſua omni adeo
portione carent.

9. Ex his omnibus, quæ in ſecunda tractatus hujus parte diximus, dedu-
s, quod perfecta purgatio ſpiritus per du-
cem contemplationis lucem contingat:
a animam denſis tenebris obſcurat, eam-
e, dum in peccatorum & miſeriarum pro-
iarum obtutu defigit, graviſſimis afflictio-
ous cumulat: altera animæ Dei amabili-
em vivaciter repræſentat, non autem eum
finem, ut amoris poſſeſſionem tribuat,
l ut acutiſſima, quibus anima transfiga-
r, & in mortis agone reponatur, deſide-
ı excitet. His remediis Deus exſpoliat,
quaſi decorticat animam omnibus, inti-
is etiam infirmitatibus, quas in myſticæ
ionis præjudicium vel ex natura, vel ex
lpa contraxerat: ſi vero dein rite diſpoſita
præparata fuerit: utraque hæc divina
x ſuavi modo illuceſcit, & ſic animam
rfecta unione in Deum transformat, qua-
nus id tamen cum præſenti vitæ noſtræ
atu componi poteſt. Quædam animæ
iori, aliæ poſteriori, non nullæ autem
iam utraque dicta luce a Deo repurgantur.

30. Ultimo Directorem exoro, ut conſideret, quod & difficillimum, & uti-
ſſimum magiſterij ſui opus ſit bonum re-

gimen animarum, in purgationibus Tractatu hoc declaratis commorantium. Difficile eſt hoc negotium: eoquod viæ, per quas hujusmodi animæ incedunt, multæ ac variæ, & omnes ſimul aſperæ ac tenebroſæ ſint: unde ut ſecure ducantur, magna in Directore peritia requiritur. Utilis autem labor hic eſt, quia, ſi animæ periculoſas has vias feliciter perficiant, tandem ad ſublimem perfectionem, & ingentem cum Deo familiaritatem pertingunt. Quapropter cum opus hoc arduum ſit, director per ſtudium ſeſe aptum atque expertum reddere ſatagat: cum utile autem ſimul ſit, toto zelo, & tota ſua caritate illud ampleſtatur: nulli pro Dei gloria labori parcat: præprimis, ne erret, Domino Deo ſe ſemper commendet, ac lumen ab eo ſine intermiſſione efflagitet.

231. Tandem myſtico huic Directorio coronidem impono cum monito ad Directorem, quod, licet extraordinaria, quæ contemplativis animabus accidere ſolent, gratiæ opera facillimo, quo potueram, modo declarare conatus fuerim, & ſpeculativis, ut ajunt, notitiis practica inſuper & opportuna monita ſuperaddiderim, nihilominus credam, hæc omnia ad rectum de nonnullorum ſpiritu formandum judicium necdum ſuffectura fore, niſi luminibus a me ſuppeditatis Deus ipſe quemdam cæleſtis ſuæ lu-

cis

cis radium ſuperinfuderit. Ratio eſt manifeſta. Hominum ſpiritus haud ſecus ac eorum facies quodammodo ſimiles, & quodammodo inter ſe diſſimiles ſunt: facies eorum ſunt ſimiles, quia omnes fronte, ſuperciliis, oculis, labris, mento, genis, ac naribus componuntur; & tamen omnes etiam ſunt diſſimiles, quia ipſæ hæ partes, licet quoad Subſtantiam in omnibus eædem, in magnitudine, colore, forma, & figuratione tamen inter ſe differunt. Sic contemplatio, ejus gradus, ac purgationes eæ ipſæ ſunt, quas ſupra deſcripſi; tempus, modus, ordo, ac incrementum hujuſcemodi rerum autem nequaquam in omnibus animabus idem eſt; Deus ſuum ductum ſolet variare. Quamobrem præter documenta, opere hoc contenta, ad hujuscemodi res rite diſcernendas divina inſuper lux eſt neceſſaria, quæ illi neutiquam negabitur, ſi eandem in ſuis orationibus inſtanter efflagitet; præcipue ſi de ſingularium animarum ſpiritu judicium ferre neceſſe ſit. Verum eſt, quod experientia, rerum omnium magiſtra, longæva ſacri ſui miniſterij exercitatione extraordinariarum hujusmodi rerum intelligentiam facilem redditura, ac prudentiſſimos non minus, quam convenientiſſimos ſuggeſtura ſit modos, quibus animæ per vias has ingredientes rite dirigantur.

FINIS.

INDEX
RERUM MEMORABILIUM, QUÆ IN TOTO OPERE CONTINENTUR.

Numerus primus Tractatum, ſecundus Paragraphum indicat.

A.

Amari etiam in contemplatione bonum non poteſt, niſi cognitum. I. 46.

Amor Dei ſine ulla ejus cognitione in quacunque contemplationis ſpecie eſt impoſſibilis. II. 247.

Angores amoris in quo conſiſtant. III. 92. Alii incipientibus, alii proficientibus, alii perfectis proprii ſunt. 97. & ſequ. Hi ultimi ardentes, tormentoſi, ſed ſimul ſuaves ſunt. 100. & ſeq. Finis, cur Deus animas hiſce cruciatibus ſubjiciat. 105. Non ceſſant, uſque dum anima ad perfectam unionem pervenerit, 106. & ſequ. Suppeditantur monita practica pro horum directione. 107.

Anima ſuis potentiis cognoſcitivis eodem tempore duobus objectis diſtinctis poteſt attendere. III. 35. & ſeq.

Anima, ſi orationis tempore voluptatem nullam in Deo inveniat, illam non inter crea-

creaturas quærat, non ſe diffundat in diſcurſus inutiles, nec lenta, pigraque perſiſtat, ſed in bonis actibus, & externis caritatis Zelique operibus ſe exerceat. II. 101.

Animæ purgatorii quomodo appareant. IV. 71.

Apparitio. Hujus objectum eſſe poteſt, quidquid in Cælo & in terra eſt: id eſt JEſus Chriſtus, B. Virgo, animæ defunctorum, ſeu in Cælo, ſeu in purgatorio ſint, dæmones, imo & damnati, licet raro. IV. 12.

Apparitiones JEſu Chriſti, Mariæ, Sanctorum, animarum purgatorii fiunt Angelorum miniſterio. IV. 19.

Appetitus concupiſcibilis quid ſit, & quot paſſiones ad eum pertineant. I. 36. & ſeq.

Appetitus iraſcibilis quid ſit, & quæ paſſiones ad hunc referantur. I. 36. & ſeq.

Appetitus ſenſitivus quid ſit, & quæ ejus potentiæ. I. 35.

Ariditas. Quomodo anima in ea ſe gerat, ut Deo fidelis perſeveret. II. 98.

Ariditas, & ſubtractio contemplationis cur a Deo immittatur. II. 97.

Ariditas, quomodo in anima naſcatur. V. 28. Hinc inde eſt principium contemplationis, cujus rei ratio affertur. 37.

Ariditas. Quando ad contemplationem, vel ad ſolam perfectionem ordinetur. 38. Quando a purgatione paſſiva in bonum animæ, vel a tepore, aut melancholia proveniat. 36.

Ariditas ſalutares in anima fructus perfectionis producit, ſi Deo fidelis perſiſtat, illamque ad contemplationem diſponit. 41. & ſequ.

Ariditas ſenſitiva purgatio ſenſus eſt, ſpiritualis vero purgatio ſpiritus. 162. & ſeq.

Ariditas. Quomodo anima in illa ſe gerat, ut per eam in perfectione proficiat. 53.

Ariditas in meditatione. Quomodo anima in illa ſe gerat. II. 63. & 64.

C.

Caritas quo ſenſu pellat timorem. I. 85.

Cauſæ, quæ animam ab uno myſticæ unionis ſtatu ad ſtatum infelicem præcipitare poſſunt. III. 173.

Cognitiones ſpirituales quomodo formentur. I. 43.

Confidentia in Deum conjuncta ſit cum totali diffidentia in ſe, ſanctoque timore. III. 172.

Conſcientiæ ratio directori accurate reddenda. IV. 70.

Conſideratio vitæ & Paſſionis JEſu Chriſti qualis in incipientibus, proficientibus, & perfectis eſſe debeat. II. 137. Qualis per diem ejus memoria eſſe debeat ſecundum diverſum perſonarum ſtatum. 138.

Conſolationes ſpirituales ſenſibiles. Quomodo director animas in illis dirigere debeat. II. 65.

Con-

Contemplativi directore opus habent. I. 24.

Contemplatio actuum ſuorum elevationem a Spiritus Sancti donis accipit. I. 56. & ſeq.

Contemplatio bonorum omnium in hac vita maximum eſſe auctoritate, & ratione demonſtratur. II. 2. Qui a Deo ad illam vocatur, non debet a directore ab ea deduci, nec introduci, qui non vocatur. II. 16. & ſequ. Cum ea deficit, anima non obſtinate in illa hærere quærat, ſed ad meditationem redeat. II. 29.

Contemplatio definitur, & explicatur in quo fixus ille intuitus contemplativus conſiſtat, & quomodo per hunc a meditatione differat, & cur ſimul dulcem valde amorem involvat, & quomodo per hunc a ſpeculatione quadam ſimplici differat. II. 32. & ſeq. Non eſt tempus determinatum, quo ad hanc tranſire liceat. II. 67.

Contemplatio dividitur in acquiſitam & infuſam: quid ſit acquiſita, quid infuſa. Cur infuſa dicatur, in quibus utraque conveniat, & in quibus diſcrepet. II. 68. 69. & ſeq. Hæc fit vel per cognitiones affirmativas, vel negativas, ſeu ut alii dicunt per poſitionem & negationem. Explicantur ambo hi modi. II. 80. & ſeq.

Contemplatio triplicem habet motum rectum, obliquum, & circularem. Explicantur hi motus. II. 86. & ſeq.

Contemplatio acquiſita. Hæc a perſonis

ſufficienter diſpoſitis acquiri poteſt, non vero infuſa, quam nemo ſibi procurare intendat, ſed quibus a Deo donatur, humiliter illam acceptent. 90. & ſeq. Quomodo anima in illa ſe gerere debeat. Conceditur etiam incipientibus imperfectis, in gradu tamen inferiore. 94. & 96. Ejus objectum proprium eſt Deus, ejus attributa, cunctaque ejus opera naturæ, & gratiæ, & univerſim omne objectum fidei. 103. Poſt Deum objectum magis proprium eſt JEſus Chriſtus. Rejiciuntur objectiones falſorum contemplantium, qui JEſum Chriſtum ejusque ſanctiſſimam humanitatem a contemplatione excludunt. 112. & ſequ. Devotio erga ſanctiſſimam Virginem & Sanctos eam non deſtruit, ſed promovet. 139. Aſſignantur contemplationis principia 140. & ſeq. Quæ ſint diſpoſitiones ad illam. 230. Etiam ad gradus contemplationis extraordinariæ, extaſes, & raptus non requiruntur gratiæ gratis datæ, ſed ſufficit donum ſapientiæ, & intellectus: requiritur autem etiam pro acquiſita aliquod donum Sancti Spiritus. 147.

Contemplatio pura ſine concurſu phantaſiæ non datur in gradibus inferioribus, minusque perfectis. 157. & ſeq. Reſpondetur objectionibus, quæ fiunt in contrarium, & exſplicatur modus, quo id contingat. 163. & ſeq. Ad contemplationem puram phantaſia effective non concurrit. 166. & ſeq.

Con-

Contemplationis proprietates inſeparabiles ſunt ſuſpenſio mentis in Deum, dilectio, pax, aliæque proprietates admirabiles. 217 & ſeq. Ejus effectus in anima illam recipiente. 223. & ſequ.

Contemplationem puram Deus non niſi animabus purgatis, & perfectis largitur. 214.

Contemplatio in ſummo gradu ſuo, non diu durat. 245. In hac plus cognoſci, quam amari, & plus amari, quam cognoſci poteſt. 253. Libertas amoris in nulla licet altiſſima contemplatione perditur. 254. & 255.

Contemplatio in ſupremis myſticæ unionis gradibus, non vero in inferioribus, animam de ſtatu gratiæ ſecuram reddit, quia ejusmodi unio practica ejus revelatio eſt. 257. Huic ſcientiæ humanæ non ſunt impedimento. 261. Non tamen proprie loquendo in hac conſiſtit perfectio, nec eſt medium neceſſarium ad eam conſequendam. 262. & 263. Quid ſit contemplationis gradus: alii per actus diſtinctos, alii per indiſtinctos formantur. III. 2. & ſeq.

D.

Defectus, quibus incipientes ſolent eſſe obnoxii. V. 23.

Deliquia in oratione quietis aliquando naturalis debilitatis effectus ſunt. Unde hoc cognoſcatur. III. 50.

Dæmon nos non tentat, quantum vellet,

aut

aut de ſe poſſet, quia a Deo refrænatur. V. 97.

Deſideria Dei, quæ animam ad mortis agonem deducunt, explicantur. Sunt media purgativa ſpiritus. V. 221. & ſeq.

Devotio alia ſubſtantialis, alia accidentalis ſpiritualis eſt, alia accidentalis ſenſibilis V. 33.

Devotio ſenſibilis laudabilis eſt, licetque illam procurare. II. 50.

Difficultas, quam peccator in ordine ad bonum etiam poſt gratiam ſanctificantem acceptam ſentit, unde derivetur. I. 52.

Director. Quomodo animas deſolatas, vel conſolatas dirigat. II. 62. & ſequ. Animas ad myſticam unionem elevatas digne æſtimet, nullum tamen hujus æſtimationis ſignum eis oſtendat. III. 156. Quomodo procedat cum animabus ad contemplationem a Deo vocatis. II. 16. & ſequ. Signa, unde hoc poſſit cognoſcere. 24. & ſeq. Non perturbet animam, quam a meditanda paſſione Chriſti ad contemplationem elevari videt. II. 136. & ſeq. Nocet animabus, ſi nimium credulus, vel incredulus eſt. I. 2. IV. 4. Id quod a potiori verum eſt in materia de viſionibus, & revelationibus. IV. 57. & 58.

Director pænitenti non permittat adorare JEſum Chriſtum, & B. V. Mariam, niſi viſionis veritatem antea cognoverit. IV. 68.

Cum

Cum animabus in purgatione paſſiva poſitis ſuaviter procedat, nec ullam offenſionem oſtendat, ſi pænitens tentationes aperiat, quas dæmon contra ipſum directorem ſuggerit. V. 126. & ſeq. Obarmet ſe patientia, ſi animas in purgatione paſſiva detentas dirigendas habeat, quia magna crucis ejusmodi pars ad ipſum pertinebit. V. 145. & ſeq. Lumen ſæpe petat a Deo. ibid. Non facile credat pænitenti, ſi dicat, in oratione ſe Deo unitum eſſe: ſigna hoc cognoſcendi. III. 167. Nec illi nimium confidat, ejusque cuſtodiam negligere incipiat, etſi ad unionem divinam pervenerit. 172. Animo non cadat, ſiquam animam a ſe directam ab alto, ad quem a Deo elevata erat, gradu delapſam eſſe videat, ſed adjuvet illam ut reſurgat. 174. Examinet diligenter maxime fæminas, in quibus effectus exſtatici apparent: ſigna hos cognoſcendi. 189. Unde cognoſcat animam ad contemplationem eſſe vocatam. II. 24. & ſeq.

Diviſio animæ & ſpiritus quid ſit, & in quo conſiſtat. 168.

Dona Spiritus Sancti in quo conſiſtant. I. 57. Explicantur, quid ſint hæc dona in habitu, quid in actu. 58. Sunt neceſſaria ad ſalutem cum perfectione acquirendam. 59. Explicatur donum ſapientiæ, & ejus effectus. 63. Donum intellectus. Finis, ad quem Deus hoc donum concedit, & ejus effectus. 65.

65. Donum conſilii. 72. Donum ſcientiæ, quomodo a dono ſapientiæ, & intellectus diſtinguatur. 68. & ſeq. Donum fortitudinis in quo conſiſtat, & quomodo diſtinguatur a fortitudine quatenus eſt virtus. 76. & 77. Quid ſit donum pietatis, & quæ ejus officia. 79. & ſeq. Donum timoris. Diſtinguuntur variæ timoris ſpecies, & declaratur qualis ad dona Spiritus Sancti pertineat 82. & ſeq.

E.

Ebrietas amoris. Alia perfecta, alia imperfecta eſt. Utriusque natura, & effectus. III. 55. & ſeq. Aſſignantur regulæ pro ejus directione. 68. & ſeq.

Exorciſmi non ſemper juvant ad perſonas, quæ ad purgationem paſſivam a dæmone obſidentur, penitus liberandas. Proſunt vero præcepta ſacerdotalia ad ejus audaciam ſaltem refrænandam. V. 103. & 105.

Extaſis in quo conſiſtat. Quomodo ab aliis contemplationis gradibus diſtinguatur. Aliæ a vehementia amoris, aliæ a magnitudine gaudii oriuntur. III. 177. & ſeq. In his totalis contingit ſenſuum alienatio, idque ſine miraculo. 182. Poſſunt provenire vel a deo, vel a natura, vel a dæmone. 184. Si a dæmone proveniunt, id non abſque conſenſu animæ ipſius contingit. 186. Quomodo director cum ejusmodi anima procedat. Ibid. Extaſes diuturnæ, quomodo Director in his

ſe gerat. Quomodo earum veritas poſſit cognoſci. 190. & 191. Poſſunt probari per obedientiam, modo præcepta non ſint pure mentalia, ſed etiam externe manifeſtata. Aliæ autem probationes reprobantur tanquam abuſus auctoritatis directoris. 192.

F.

Favilla amoris quid ſit. III. 67.

Fiducia in deum potens contra aſſultus dæmonis etiam extraordinarios ſcutum. V. 96.

Flamma amoris favor valde ſublimis, magnique gaudii ferax. III. 255.

G.

Gratia ſanctificans quid ſit: ejus excelſæ proprietates. I. 50.

Gratiæ gratis datæ quot, qualesque ſint. I. 88. Declarantur in particulari. 102.

Gratiæ actuales quid & quam neceſſariæ ſint ad actus ſupernaturales. 53.

Gratiæ extraordinariæ aliquæ perfectionem in anima ſupponunt, aliæ non item, ſed illam producunt. IV. 66.

Gratiæ extraordinariæ contemplationis in genere ſæpius fæminis, quam viris conceduntur, cujus aliquæ rationes afferuntur. 261. & ſeq.

H.

Habitus infuſi quid ſint, & quomodo diſtinguantur ab acquiſitis. I. 51.

Hæreſes circa contemplationem variis temporibus ortæ. II. 1.

I.

Imaginationes, & diſcurſus contemplationem non impediunt. Contrarium dicere error Quietiſtarum eſt. Imo nec cognitionem Dei in ſe ipſo impediunt. Debet tamen uſus phantaſiæ eſſe diſcretus. II. 208. & ſeq.

Impreſſiones paſſionis Chriſti, aliarumque rerum ſupernaturalium quomodo in corde vel membris corporis formentur. Varia circa has impreſſiones monita. III. 263. & ſeq.

Indifferentia circa favores divinos quantum proſit. III. 284. & ſeq.

Inflammationes amoris, quæ tempore purgationis ſpiritus accidunt. Explicantur earum cauſſæ: quo tempore accidant: ſimilitudine quadam declarantur. V. 195. & 199.

L.

Languor mortalis amoris quid ſit. V. 223.

Locutiones in ſenſu latiore quales ſint. IV. 138.

Locutionum in ſenſu ſtricto tres ſunt ſpecies, auriculares, imaginariæ, & intellectuales, quæ omnes declarantur. 140. & ſeq.

Au-

Auriculares conceduntur incipientibus. 187. Imaginariæ dividuntur in ſucceſſivas, formales, & ſubſtantiales. 149. Succeſſivæ quales ſint, & quantum deceptionibus dæmonis obnoxiæ. 151. & 152.

Signa cognoſcendi utrum a Deo, phantaſia, vel dæmone ſint. 153. Quomodo in his procedere debeat, qui non vult decipi. 188. Locutiones formales quales ſint, earumque effectus. 154. & ſeq. Indicia, an a Deo, an a proprio intellectu, an a dæmone proveniant. 157. & ſeq. Nunquam absque directoris conſilio ad horum verborum executionem procedendum, directorique obediendum, etiamſi ejus ſententia locutionibus foret contraria. 190. & ſeq.

Locutiones intellectuales angelicæ quomodo formentur juxta Thomiſtas, quorum ſententia poſtpoſita aſſumitur alia P. Saurez, & explicatur, quomodo formentur locutiones intellectuales inter Deum, & animam. 171. & ſeq.

Locutiones ſubſtantiales quales ſint, illarum ingens efficacia, nulli tamen deceptioni ſunt obnoxiæ. 164. & ſeq.

Lux purgativa in intellectu non bene diſpoſito denſas producit tenebras, horrendasque afflictiones in voluntate, dum illum in malorum ſuorum intuitu profunde defigit. V. 169. In memoria cauſat magnas anguſtias, & in appetitu ſenſitivo extremos cruciatus.

174. & 175. Spoliat potentias rationales, & ſenſitivas actibus ſuis connaturalibus, cujus modus explicatur. 177. & ſeq.

M.

Meditatio. Ejus prærogativæ. Laudatur & commendatur a S. Scriptura, ab auctoritate, & exemplo Sanctorum: ab uſu univerſali Eccleſiæ. II. 8. & ſeq. Quam neceſſaria ſit ad hominis reformationem. I. 41. Speciatim autem neceſſaria eſt incipientibus, ut fiant ſpirituales. II. 57. & 58.

Meritum noſtrorum actuum in quo conſiſtat. I. 54.

Molinos. Ejus errores quam perverſi. III. 41.

O.

Oblatio ſui Deo facta ſæpe repetenda. II. 51.

Obſeſſio diabolica in quo conſiſtat. V. 76. Permittitur a Deo ad purgationem ſenſus, quod exemplis Sanctorum, & rationibus comprobatur. V. 79.

Oratio vera quietis in quo conſiſtat. III. 26. In quo differat ab oratione ſilentii. 34. Quam diverſa ſit ab illa, quam Quietiſtæ docent. 40.

Oratio ſpiritualis ſilentii, ejus proprietates, & monita practica pro illa. 15.

P.

P.

Paſſiones appetitus ſenſitivi quales ſint: non ſe movent absque aliqua corporis alteratione. I. 37.

Quot ſint 38. Optimum contra paſſiones remedium eſt alio divertere cogitationes, id quod etiam de certis tentationibus dicendum 42.

Plagæ amoris quid ſint, quomodo in ſpiritu formentur, & quomodo vulnerando ſanent. III, 258. & ſeq.

Poſſeſſio diabolica in quo conſiſtat. Hæc non pertinet ad purgationes, quæ ad perfectionem diriguntur, ſed in pænam imittitur. V. 64. & ſeq.

Prophetiæ. Vide *revelatio.*

Purgatio animæ alia activa, alia paſſiva eſt. V. 8.

Quid ſit activa, quid paſſiva. 8. & 9. Purgationis paſſivæ neceſſitas. 11. Duplex ejus ſpecies, alia ſenſus, alia ſpiritus. Finis utriusque. 13. Monita univerſalia circa has. 14.

Purgatio ſenſus quo tempore, & in quem finem a Deo immittatur. 16. Hac finita, ſi ad acquirendum contemplationis donum dirigitur, anima comuniter ingentes favores accipit. 149. quæ tamen ſenſibus Corporis poſſunt eſſe noxiæ. 150.

Purgatio Spiritus quem in finem a Deo immittatur. 154. & ſeq. Quam acerba ſit,

& quo tempore contingat. 156. & ſeq. Quandoque cum purgatione ſenſus unitur. 158. & ſeq.

Media purgativa ſpiritus ſunt ariditas ſpiritualis, & lux quædam puriſſima, & altiſſima, quæ animam modo purgativo invadit. 163. & ſeq. Durat eo longius, quo ſæpius per communicationes, & confortationes ſupernaturales interrumpuntur. 180. & ſeq. fructus inde redundantes. 184. & ſeq.

Q.

Quies. Vide *Oratio quietis*.

Quietiſtæ. Eorum objectiones contra meditationem revelluntur. II. 13. Eorum errores circa objectum contemplationis. 108. item circa devotionem ſenſibilem. 50.

R.

Raptus. Eorum tres claſſes. In aliquibus anima a ſenſibus externis ad viſionem imaginariam: in aliis a ſenſibus externis & internis ad intellectualem: in aliis ſpiritus ad viſionem Dei abripitur. III. 195. & ſeq.

Raptus perfectus, in quo celebrantur ſponſalia animæ cum Deo, eſt, in quo ad viſionem intellectualem abripitur, & ſpiritus cum ſpiritu unitur. 200. In ſummo gradu conſideratus brevis eſt, in ſuis intervallis autem poteſt eſſe longior. 203. Senſus non tantum ex-

externi ſed etiam interni perduntur, cum raptus eſt in ſuo ſummo gradu. Ejus effectus in anima. 213. Cum raptus in ſummo eſt, locutiones nullæ audiuntur. IV. 145. Diſcrimen raptuum, qui in ſtatu unionis ſtabilis, & perfectæ contingunt, ab illis, qui in ſtatu ſpiritualium ſponſalium accidunt. III. 273. Cur corpus in his raptibus in aere ſuſpenſum hæreat. 274.

Recollectio infuſa in quo conſiſtat, & fructus, quos producit. III. 4. Monita practica circa hanc pro directore. 11.

Reformatio hominis a phantaſia incipienda. I. 41.

Revelatio in quo conſiſtat. IV. 197. & ſeq. Ad hanc requiritur lumen infuſum. 200. Luminis hujus natura. 201. Modi diverſi, quibus revelationes fiunt. 204. & ſeq. Quandoque ad ſanctificationem recipientis: quandoque autem ad aliorum utilitatem diriguntur: illæ ſemper cum ſtatu gratiæ conjunctæ ſunt: iſtæ poſſunt etiam conjungi cum ſtatu peccati. Ordinariæ tamen non niſi ſanctis animabus conceduntur. 211. & ſeq.

Revelatio facta perſonæ privatæ aliis fit ſolum probabilis, nec aliis objectum fidei divinæ eſſe poteſt.

Qui vero revelationem recipit, tenetur veritatem revelatam credere. 214. Quæ revelationes abſtractionem a ſenſibus involvant, & quæ non. 216. Revelatio, ſeu prophetia

imperfecta etiam dæmonem auctorem habere poteſt. 217. Revelatio a Deo variis modis fieri poteſt. 218. Ex decem ſignis revelatio vera a falſa poteſt diſcerni. 219. Revelationes & prophetiæ vere non fiunt mente perturbata more phreneticorum, & delirantium, ſed mente ſobria, & illuminata. 225.

Facile eſt errare circa ſenſum revelationis, quia is ſæpe obſcurus eſt, & revelatio ſæpe conditionata, licet videatur abſoluta. 245. & ſeq. Revelatio deſiderari non debet, imo, qui illam recipit, delibato ejus fructu eam continuo dimittat. 246. & ſeq. Revelationibus perſonarum, quæ ad ejusmodi gratias recipiendas non ſunt diſpoſitæ, fides non eſt adhibenda. 233. 250. 251. Revelationes rerum occultarum particularium a Deo non petendæ. 256. & ſeq. Revelationes in ſomno raræ ſunt, & propter errandi periculum non multum attendendæ. 254. Revelationes fæminarum non facile credendæ, 252, ſed probe examinandæ 253.

S.

Senſus interni cognoſcitivi quales ſint, & quomodo forment actus ſuos. I. 32. & ſeq.

Senſus ſpirituales in anima ad ſimilitudinem corporeorum. III. 23. 115. & ſeq.

Silentium. Vide *Oratio ſilentii.*

Solitudo prima ad contemplationem diſpoſitio, & quæ ſit ſolitudo virtuoſa. II. 233. & ſeq.

Somnia alia a Deo, alia a natura; alia a dæmone. IV. 206. & 207.

Somnus ſpiritualis duplex: unde naſcatur: differt ab extaſi. III. 76. & ſeq.

Species. Quomodo anima ſpecies acquirat ad rerum intelligentiam. I. 44.

Spes heroica in quo conſiſtat. V. 49.

Spiritus in contemplationem non ſe inferat, niſi a Deo ad illam elevetur. II. 59. III. 295.

Sponſalia animæ cum Deo: in quo conſiſtant. III. 163. & ſeq. Ornat Deus ſponſam ſuam variis donis quæ, in raptibus illi impertitur, & poſtea impertitos relinquit. 213. Fiunt hæc ſponſalia durante raptu 210.

Supernaturalitas noſtrorum actuum unde derivetur. I. 54.

T.

Tactus divini in anima in quo conſiſtant. III. 115. & ſeq. Differentia inter illos, quibus Beati in cœlo, & quibus dilectæ animæ in terra gaudeant. Accidunt improviſo. 124. Videntur animæ in ipſa ſua ſubſtantia imprimi, ideoque ab aliquibus doctoribus myſticis tactus ſubſtantiales dicuntur. 125. Fiunt in potentiis animæ, indeque ſapidiſſimæ de Deo notitiæ oriuntur. 126. Quanta attentione utendum, ut diſcernatur, an anima revera, ſicut præſefert, ejuſmodi tactus experiatur. 129. & ſeq.

Tactus ſubſtantiales in anima ad perfectam & ſtabilem unionem elevata in quo conſiſtant. 225.

Theologia myſtica alia doctrinalis, alia experimentalis. I. 19. & 20. Doctrinalis eſt ſcientia partim ſpeculativa, partim practica, quale ſit ejus objectum. 21. & 22.

Timor ſervilis qualis ſit. I. 83. Timor Dei initialis, & filialis. 84. Timor per vias rectas incedendi reperitur etiam in animabus altiſſima contemplatione donatis. II. 260.

V.

Vanitas quandoque arte diabolica etiam ex bona viſione naſcitur. IV. 36, imo etiam ex revelatione 232.

Viſio corporea in quo conſiſtat. IV. 10. Quæ ſint propria ejusmodi viſionum objecta. 12. Quomodo contingant 19. &. ſeq. Quomodo fiant in SS. Altaris Sacramento. 23. Quomodo fiat viſio B. V. Mariæ. 24. Finis ejusmodi viſionum. 28. & ſeq. Viſio corporea favor eſt incipientium. 30. Signa veram a falſa diſtinguendi. 32. & ſeq. Cautela pro directore circa ejusmodi viſiones. 42. & ſeq. Quid faciendum animæ, quæ viſioni non amplius debet reſiſtere. 45. Doctrina circa hoc punctum. 47. Hæ viſiones multis deceptionibus ſunt obnoxiæ. 50. Quid præſcribendum animæ, quæ bonas viſiones a

Deo recipit. 51. Solvuntur aliqua dubia. 53. & ſeq. Compendium monitorum circa has viſiones. 64. Monita alia 66 & ſeq. ſpeciatim circa viſiones animarum purgatorii 71. & ſeq.

Viſio imaginaria in quo conſiſtat. 79. & ſeq. Deceptionibus magis, quam corporea, eſt ſubjecta. 89. & ſeq. Contingit ex improviſo: aliæ ejus proprietates. 91.

Viſiones fæminarum probe examinandæ 97. Præſertim ſi in his, vel quibuscunque aliis hypochriſis ſuſpicio ſubſit. Media hanc detegendi. 100.

Viſio pure intellectualis in quo conſiſtat 103. Quia pure intellectualis eſt, a phantaſia nullo modo dependeat oportet. 105. Quibus inſtrumentis perficiatur 106. Solus Deus eas in anima poteſt producere 107. Hac viſione anima quodvis objectum videre poteſt 108. Duobus modis anima per viſionem intellectualem Chriſtum, & B. V. Mariam videre poteſt. 109. Viſione intellectuali quæ Deum, divina attributa, vel JEſum Chriſtum repræſentat, non debet anima ſe ſpoliare. 114. Spoliet vero ſeſe illa, quæ veritates creatas repræſentat. 115. Viſiones intellectuales diu durare poſſunt. 116. Poſſunt etiam aliquando obvenire incipientibus. 117.

Viſio Dei in caligine quid ſit. IV. 122. In quo gradu orationis hæc contingat. 129 & ſeq.

Viſio Dei clara, & manifeſta, ſed non in-

tuitiva 132. Quid ad hanc requiratur. 135.

Unio animæ cum Deo non poteſt dici ſomnus animæ. III. 81. Multæ ejus ſpecies, quæ tamen omnes non ſunt unio myſtica. 134.

Unio myſtica in quo conſiſtat. 139. & ſeq. In hac anima ſe ipſam deſerit quoad cognitionem, propriaque ſenſa, non tamen quoad ſubſtantiam. 144. & ſeq. In quo ſtatu ſint animæ potentiæ tempore hujus unionis. 150. In hac non conſiſtit perfectio Chriſtiana, ſed in unione conformitatis cum voluntate divina. 152. Promovet tamen unio myſtica conformitatem cum voluntate divina. 156.

Unio conformitatis varios habet perfectionis gradus, ad quam ut perveniatur, neceſſe eſt mortificare paſſiones, & evellere perverſos habitus. 154.

Unio ſimplex amoris non differt ab unione myſtica, niſi in ſolo gradu, & modo, quo anima in deum transformatur. 157. & ſeq.

Unio cum Deo, quam S. Thereſia, & alii Doctores myſtici, Matrimonium ſpirituale vocant, in quo conſiſtat. 221. Explicatur, quomodo perficiatur. 227. & ſeq.

Vulnera amoris in ſtatu perfectæ, & ſtabilis unionis cum Deo quid ſint, quomodo formentur, & quomodo a ſpiritu in corpus redundent. III. 260.

Vulnus amoris doloroſum, & purgativum quid ſit, ejus proprietates, & effectus. V. 211.

O. A. M. D. G.